ARISTOTELIS STAGIRITÆ PERIPATETICORVM PRINCIPIS ORGANVM:

Hoc est, libri omnes ad Logicam pertinentes,

IVL. PACIVS A BERIGA

è Græca in Latinam linguam conuertit: tractatuum, capitum, & particularum distinctionibus ac perpetuis notis illustrauit.

Additi sunt duo INDICES: vnus tractatuum & capitum, alter rerum memorabilium.



PARISIIS,
Apud SEBASTIANVM CHAPPELET, viâ Iacobæâ, sub signo Oliuæ.

M. DC. XIX.

TYPOGRAPHVS LECTORI S. D.

NE ignores, amice Lector, quæ in hac nouissima Aristotelici Organi editione à IVLIO PACIO præstita sunt: paucis ea tibi indicare operæ pretium duxi.

I. Interpretationem suam Latinam recognouit, ac multis locis correxit, & à 3 capite Octaui Topici prorsus nouam fecit.

II. Distinctionem suam in Tractatus & Capita in ipso contexu Latinè tantum inseruit, vt & Aristotelea methodus appareat, & contextus Græcus purus putus maneat. In particulisque distinguendis, ob eandem causam superiores (vt vocant) cifras adhiberi voluit.

III. Vulgatam capitum distinctionem, quæ apud Latinos videtur magis recepta, (mirificè enim variant editiones) ad oram libri iuxta Latinam translationem adscripsit, cum vt eius interpretatio facilius cum

aliorum versionibus possit conferri, tum etiam vt singula huius Organi loca, quæ interdum à recentioribus scriptoribus sub illa capitum distinctione indicantur inueniri possint.

IV. Reperies præterea ad oram libri in Posterioribus Analyticis, cifras, (quas vocant) arithmeticas, 1. 2. 3. 4. &c. quibus indicantur contextus secundum diuisionem Commentatoris, quam multi, præsertim Itali & Hispani Philosophi sequuntur in locis Aristotelicis citandis.

V. Præter multos alios typos quos PACIVS adiecit, inuentionis typum (pag. 275.) ad mentem Aristotelis descripsit: quia vulgo nec idem est in omnibus editionibus, nec vllus extat, qui vel antiquum auctorem habeat, vel commode sit descriptus. Nam in aliis descriptionibus nec elementa suo ordine sunt scripta, & problema cum medio termino & propositionibus est commixtum: Sed hæc omnia sunt in Paciano typo distincta, & Aristotelica serie delineata.

VI. In calce indices appositi sunt: Primus librorum, tractatuum & capitum: alter rerum memorabilium.

ARISTOTELIS VITA, ex Dionyſio Halicarnaſſeo.

Interp. Hier. Vuolſio.

ARiſtoteles filius fuit Nicomachi; qui genus & artem referebat ad Machaonem, Æſculapij F. matre natus Phæſtide, à Chalcidenſi quodam oriunda, ex eorum numero qui Stagira in coloniam profecti ſunt. Natus autem eſt Olympiade xcix. triennio Demoſthene maior, prætore Athenis Diotrephe. Polyzelo autem prætore, patre mortuo, decimum octauum annum agens, Athenas venit, & Platoni commendatus, viginti annos cum eo exegit. Platone autem, Theophilo prætore, mortuo, abiit ad Hermiam Atarnei tyrannum: ac triennium cum eo moratus, Eubulo prætore Mitylenas ſeceſſit: inde ad Philippum venit, Pythodoto prætore: apud quem Alexandrum inſtituens, octo annos exegit. Poſt Philippi obitum, Euæneto prætore, profectus Athenas, duodecim annos in Lyceo ſcholas habuit. Decimotertio autem, Alexandro mortuo, prætore Cephiſodoro Chalcidem migrauit, ibique ex morbo deceſſit, cùm tres & ſexaginta vixiſſet annos.

DE LIBRIS ARISTOTELIS, ex lib. XIII. Strabonis, interprete Guil. Xylandro.

PRotulit Scepsis Socraticos Erastum & Coriscum, & Neleum Corisci F. qui auditor fuit Aristotelis & Theophrasti: & huius etiam bibliothecam successione nactus est, in qua Aristotelis etiam fuit bibliotheca: nam Aristoteles suam Theophrasto tradidit, cui & scholam reliquit. Primus omnium, qui nobis sunt noti, Aristoteles bibliothecam conductis libris composuit, idque Ægypti reges facere docuit. Theophrastus bibliothecam Neleo tradidit. Hic libros Scepsin translatos posteris suis reliquit, ineruditis hominibus: qui incuriè positos sub clauibus retinuerunt: cúmque Attalicorum regum studium intellexissent, quibus Scepsis parebat, conquirentium libros ad instruendam Pergami bibliothecam: sub terra suos in fossa quadam occultauerunt. Ibi ab humore & blattis vitiatos tandem qui ex ea erant stirpe Aristotelis Theophrastíque libros Apelliconi Teio magna pecunia vendiderunt. Tenebatur is Apellico librorum amore, quàm philosophiæ studio maiore: itaque erosarum particularum quærens instaurationem, in noua libros transtulit exemplaria, lacunas non rectè implens: edidítque libros mendorum plenos. Vsu venit Peripateticis antiquis, qui post Theophrastum vixerunt, cùm omnino libris carerent, paucósque duntaxat, præcipuè exotericos, haberent: vt nulla de re exquisitè pertractando eam, philosophari possent, sed tantùm de propo-

ſitis diſputarent. Poſterioribus ab eo tempore quo libri iſti ſunt editi, facilius fuit philoſophari, & Ariſtotelem imitari: quanquam ob mendorum multitudinem cogerentur multa probabiliter modò dicere. Multum huc etiam Roma contulit: (ſtatim enim à morte Apellicontis Sylla cùm Athenas cepiſſet, bibliothecam illius recepit: quæ cùm huc eſſet allata, Tyrannio à bibliothecæ præfecto obtinuit, vt ſibi eorum vſus permitteretur, homo Ariſtotelis ſtudioſus) & librorum venditores nonnulli ineptis vſi librariis, neque cum exemplari deſcripta comparantes: quod & aliis accidit libris qui exſcribuntur vendendi cauſa & Romæ & Alexandreæ.

EX PLVTARCHO IN SYLLA.

OMnibus poſt hæc nauibus ſoluit ab Epheſo, tertióque die in Piræum appulit. Ibi ſacris initiatus, Apelliconis Teij bibliothecam ſibi exemit, in qua plerique Ariſtotelis & Theophraſti habebantur libri, nondum planè vulgo cogniti. Fertur ea bibliotheca Romam perlata, Tyrannionem grammaticum pleroſque libros compilaſſe: ab eo adeptum exemplaria Andronicum Rhodiũ, in medium protuliſſe: atque edidiſſe ea, quæ hodie circumferuntur volumina. Et quidem apparet ſuperioris ætatis Peripateticos ipſos elegantis ingenij ſtudiíque fuiſſe: Ariſtotelis autem libros & Theophraſti, neque multos neque accuratè legiſſe, quòd hi à Nelei Scepſij (cui libros Theophraſtus reliquerat) hærede ad rudes & ſordidos homines perueniſſent.

SYNOPSIS LIBRORVM QVI IN HOC ORGANO continentur.

ISAGOGE PORPHYRII (pag. 1.) non est pars Logicæ, sed introductio ad Logicam: quia Porphyrius non auctoris, sed interpretis munere fungitur; explicans quinque vocabula, quibus Aristoteles in libris Logicis frequenter vtitur, præsertim in Categoriis.

Cùm Logicæ obiectũ sit Syllogismus, in hoc Organo Logico explicantur,

- Primò, syllogismi partes.
  - Quà significant primas notiones. — CATEGORIÆ. pag. 25.
  - Quà sunt, secundæ notiones. — DE INTERPRETATIONE. pag. 65.
- Secundò, syllogismus,
  - Generaliter. — PRIORA ANALYTICA. Pag. 96.
  - Specialiter, id est,
    - Demõstratiuus. — POSTERIORA ANALYTICA. Pag. 256.
    - Dialecticus. — TOPICA. Pag. 363.
    - Sophisticus. — DE SOPHISTICIS ELENCHIS. Pag. 575.

PORPHYRII ISAGOGE,

IVL. PACIO Interprete.

Præfatio, CAP. I.

CVM necesse, Chrysaori, & ad Categoriarum Aristotelicarum doctrinam nosse quid *sit* genus, quid differentia, quid species, quid proprium, quid accidens, & ad definitiones afferendas, & omnino ad ea quę ad diuisionem & demonstrationem *spectant*: cũ *que* vtilis sit horũ cognitio: 2 Breuem tibi tractationem faciens, tentabo paucis, vt institutionis ratio postulat, ea, quæ apud priscos *philosophos extant*, percurrere, ab abstrusioribus quidem quæstionibus abstinens, simpliciores vero modicè coniectans. 3 Ne longe abeam: de generibus & speciebus consistantne *in rerum natura*, an in solis nudis animi notionibus posita sint: & si consistunt *in rerum natura*, num corpora sint, an incorporalia: & vtrum separata *sint*, an in *rebus* sensilibus & circa has consistant, recusabo dicere: cum abstrusissima huiusmodi tractatio, & alius maioris indigeat quisitionis. 4 Quemadmodum autem de his *a* ac *eliquis b* propositis magis ad logicen accommo-

CAP. I.
1 Categorematũ quadruplex est Vtilitas.

2 Categoremata à Porphyrio & vt institutioni conuenit explicantur.

3 Tres de generibus & speciebus difficillimæ quæstiones prætermittuntur.

4 Categoremata Porphyrius logice considerat, sequẽs potissimum Peripateticos.

a Genere & specie. b Differentia proprio, & accidente.

date veteres disseruerunt, & horum maxime Peripatetici, nunc tibi tentabo monstrare.

EXPOSITIO QVINQVE VOCVM, TRACTATVS prior.

CAP. II.

De genere & specie. CAP. II.

1 *Genus & species sunt vocabula homonyma.*
2 *Genus in prima significatione sumitur pro multitudine ab vno principio ortum ducente.*
3 *Genus in secunda significatione accipitur pro principio multitudinis: cuiusmodi principium est pater, & patria.*
4 *Secunda generis significatio magis est in vsu quã prima.*
5 *Eadem significatio secundo loco relata prius vsu recepta est, quã prima.*
6 *Tertia generis significatio logica est, & superioribus significationib. similis.*

VIdetur autem neque genus, neque species simpliciter dici. [1] Genus enim dicitur collectio aliquorum, qui ad vnum quiddam & inter se quodam modo affecti sunt. Qua significatione dicitur Heraclidarum genus ex habitudine, quæ *est* ab vno (nimirum ab Hercule) & multitudinis eorum qui necessitudine ab illo *ducta* sunt aliquo modo inter se coniuncti: vt ab aliis generibus distinguatur, *ita* appellatum. [3] Rursus & aliter genus dicitur principium, vnde quisque ortum ducit: siue *consideretur ortus* ab eo qui genuit, siue à loco in quo quis genitus est. sic enim dicimus Orestem à Tantalo genus ducere, Hyllum ab Hercule, & rursus Pindarum esse genere Thebanum: Platonem, Atheniensem, quoniam patria est principiũ quoddam, ex quo singuli ortum ducunt, sicut etiam pater. [4] Hæc autem significatio videtur esse in promptu. Heraclidæ namque dicuntur, qui genus ducunt ab Hercule: & Cecropidæ, qui à Cecrope: & horum affines. [5] Ac primum genus vocatum est, principium illud, vnde ortum quisque ducit: postea vero & multitudo eorum, qui ab vno principio, vtputa *ab* Hercule, *orti sunt*: quod *genus* definiente & ab aliis segregantes, nominauimus vniuersa multitudinem, Heraclidarum genus. [6] Alio q[illegible] que modo iterum dicitur genus, cui subiicitur

cies, horum fortaſſe exemplo *ita* appellatum. Etenim huiuſmodi genus eſt principium quoddam eorum quæ ſub ſe *ſunt*, & videtur vniuerſam etiam multitudinem continere quæ ſub ſe *eſt*. 7 Cum igitur tribus modis genus dicatur, de tertio apud philoſophos ſermo *eſt*. [8] Quod etiam deſcriptione explicarunt, dicentes genus eſſe quod plurib. & differentib. ſpecie attribuitur in *quæſtione* quid eſt *a*: velut animal. 9 Nam eorum quæ attribuuntur, alia dicuntur de vno tantum, vt indiuidua, cuiuſmodi *eſt* Socrates. & hic, & hoc alia de pluribus, vt genera, & ſpecies, & differentiæ, & propriâ, & accidentia communiter non proprie alicui. Eſt autem genus vt animal: ſpecies, vt homo: differentia, vt rationale: proprium, vt aptum ad ridendum: accidens, vt album, nigrum, ſedere.

7 Tertia ſignificatio à philoſophis conſideratur.

8 Definitio generis logicæ, id eſt, in tertia ſignificatione accepti.

a Ita definit Ariſto Top. l.1.c.5.par 6.

9 Oſtenſurus genus data definitione ſeiungi ab omnibus aliis categorematis, diuidit categorema in ſex genera quæ breuiter exemplis declarat.

10 Ab iis igitur, quæ vni tantummodo attribuuntur, genera differunt, quia ipſa pluribus attribuuntur. 11 Ab iis vero, quæ pluribus *attribuuntur ita differunt*: A ſpeciebus quidem: quoniam etſi ſpecies multis attribuuntur non tamen ſpecie, ſed tantum numero differentibus *attribuuntur*. homo enim, cum ſit ſpecies, Socrati & Platoni attribuitur, qui non ſpecie inter ſe differunt, ſed numero. animal autem, cum ſit genus, homini & boui & equo attribuitur, qui ſpecie quoque inter ſe differunt, non ſolum numero. 12 A proprio autem differt genus: quoniam proprium vni tantum ſpeciei, cuius eſt proprium, & indiuiduis ſub ea ſpecie *contentis* attribuitur: vt aptum ad ridendum, *attribuitur* ſoli homini & particularibus hominibus: genus vero non vni ſpeciei attribuitur, ſed pluribus & differentibus ſpecie. 13 Verum à differentia & communiter accidentibus differt genus: quia etſi pluribus & diffe-

10 Separat genus ab indiuiduo.

11 A ſpecie.

12 A proprio.

13 A differentiâ, & ab accidente.

rentibus specie attribuuntur differentiæ, & communiter accidentia, non tamen attribuuntur in *quæstione* quid est, sed in *quæstione* quale quid est. Interrogantibus enim aliquibus quid sit illud cui hæc attribuuntur, genus respondemus: differentias vero, & accidentia non respondemus; quia non in *quæstione* quid est, attribuuntur subiecto, sed potius in *quæstione* quale quid est. cum enim quis interrogat quale quid est homo, dicimus rationale: & cum *interrogat* quale quid est coruus, dicimus nigrum. ac rationale quidem est differentia: nigrum vero, accidens. sed cum, quid homo sit, interrogamur: animal respōdemus: animal autem est hominis genus. 14 Quapropter genus, eo quod dicitur de pluribus secernitur ab indiuiduis quæ vni dumtaxat attribuuntur. 15 Sed eo quod *dicitur* de differentibus specie, distinguitur ab iis quæ vt species, siue vt propria attribuuntur.

16 Eo autem quod attribuitur in *quæstione* quid est, separatur à differentiis & *a* communiter accidentibus, quæ non in *quæstione* quid est, sed in *quæstione* quale quod est, aut quomodo quid affectum est attribuuntur, vnumquodque *scilicet iis* quibus attribuitur. 17 Nihil igitur superuacuum, nihil prætermissum est in dicta generis, *id est* notionis *b*, descriptione. 18 Species vero dicitur etiam de cuiusque forma, qua *significatione* dictum est *c*.

CAP III.

Primum quidem species digna est imperio.

19 Dicitur quoque species quæ sub explicato *d* genere *ponitur*, qua *significatione* cōsueuimus dicere hominem *esse* speciem animalis, cum animal sit genus: album autem, speciem coloris: triangulum vero, speciem figuræ. 20 Quod si & genus explicantes,

14 *Deinceps ostendit nihil esse de generis definitione superuacuum. Nam primo dici de pluribus distinguit genus ab indiuiduo.*

15 *Secundo dici de differentibus specie seiungit genus à specie, & à proprio.*

16 *Tertio Attribui in quæstione quid est, separat genus à differentia & ab accidente*

17 *Concludit definitionem generis esse perfectam*

b Genera & species secūdum Aristot. sūt notiones, i. in intellectu tantum consistunt, nō extra intellectū in rerum natura. secundū Platonē vero sunt res à quo vocātur ideę

18 *Species in prima significatione sumitur pro forma.*

c Ab Euripide vt testis est Athenæus li. 13. cap 7.

19 *Species in secunda significatione est, quæ subiicitur generi.* *a* Id est, definito sup. partic. 8. 20. *Genus & ... quia inter se mutuo referuntur, per se inuicem definiri debent.*

ſpeciei mentionem fecimus dicentes, Quod pluribus & differẽtibus ſpecie attribuitur in *quæſtione* quid eſt: & ſpeciem dicimus *eſſe*, quæ ſub explicato genere *ponitur*, noſſe oportet; quoniam & genus alicuius eſt genus, & ſpecies alicuius eſt ſpecies, vtrumque vtriuſque; neceſſe *poſſe* in vtrorumque definitionibus vti vtriſque. [21] Explicant igitur ſpeciem ſic, Species eſt, quæ collocatur ſub genere. &, Cui genus attribuitur in *quæſtione* quid eſt. Præterea etiã ſic, Species eſt, quæ pluribus & differentibus numero attribuitur *e* in *quæſtione* quid eſt.

21 Tres ſpeciei definitiones.

e Id eſt, attribuetur tantũ differentibus numero, non etiam differentibus ſpecie vt genus.

[22] Sed hæc explicatio eſt *ſpeciei* ſpecialiſſimæ, & quæ eſt tantum ſpecies, numquam genus, aliæ vero ſunt etiam earum quæ non *ſunt* ſpecialiſſimæ.

22 Tertia definitio eſt propria ſpeciei ſpecialiſſimæ: reliquæ definitiones cõueniunt omni ſpeciei, id eſt, tam ſubalternæ quam ſpecialiſſimæ.

[23] Perſpicuum vero fiet quod dicimus, hoc modo: In vnaquaque categoria ſunt quædam generaliſſima, & rurſus alia ſpecialiſſima: & inter generaliſſima & ſpecialiſſima, *ſunt* alia, quæ eadem dicuntur & genera & ſpecies. Generaliſſimum eſt, quo non poteſt eſſe aliud ſuperius genus. Specialiſſimum *eſt*, quo non poteſt eſſe alia inferior ſpecies. inter generaliſſimum autem & ſpecialiſſimum *ſunt* alia, quæ eadem ſunt & genera & ſpecies, ad aliud tamen atque aliud relata. [24] Fiat autem in vna categoria manifeſtum, quod dicimus, Subſtantia eſt & ipſa genus, ſub ea eſt corpus. & ſub corpore animatum corpus, ſub quo animal. ſub animali autem rationale animal. ſub quo homo. ſub homine autem Socrates, & Plato, & particulares homines. Sed ex his ſubſtantia *eſt* generaliſſimum illud & quod ſolum *eſt* genus. homo vero *eſt* ſpecialiſſimum illud & quod ſolum *eſt* ſpecies. corpus autem *eſt* ſpecies ſubſtantiæ, genus animati corporis, ſed & animatum corpus *eſt* ſpecies corporis, genus animalis.

23 Diuidit categorias in tres partes, nempe in generaliſſima ſubalterna & ſpecialiſſima. Adde indiuidua, quæ continẽtur ſub ſpecialiſſimis, vt ſpecialiſſimæ ſub ſubalternis, & ſubalternæ ſub generaliſſimis.

24 Datam diuiſionem declarat in Categoria ſubſtantiæ.

rursus animal *est* species animati corporis, genus rationalis animalis, rationale autem animal *est* species animalis, genus hominis. homo vero *est* quidem species animalis rationalis, sed non *est* etiam genus particularium singulorum hominum, verum species tantummodo. & quicquid ante indiuidua *positum*, proxime iis attribuitur, species solum est, non etiam genus. Vt igitur substantia quæ in summo *loco posita* est, quia nullum habet ante se genus, est generalissimum illud: ita etiam homo, qui est species, postquam non est alia species, nec aliquid quod possit diuidi in species, sed indiuidua (indiuiduum enim dicitur Socrates, & Plato, & Alcibiades, & hoc album) solum est species, & extrema illa species, & (vt diximus) specialissimum illud. Media vero, priorum species, posteriorum genera sunt. [25] Quocirca hæc duos habent habitus: *alterum* ad priora, quo species eorum esse dicuntur: *alterum* ad inferiora, quo genera eorum esse dicuntur. [26] Extrema vero vnum habent habitum. nam & generalissimum erga inferiora quidem affectum est, cum sit omnium summum genus: ergà superiora vero non item habet; cum summum sit & principium primum, & (vt diximus) *id* quo nullum potest esse superius genus. [27] Sed & *species* specialissima vnum habet habitum, quo quidem erga anteriora, quorum est species, *affecta est*. nec diuersum habet eum habitum. *quo refertur* ad posteriora: sed & indiuiduorum species dicitur. verum species indiuiduorum dicitur, vt ea continens: species vero priorum, vt ab eis contenta. [28] *Sic* igitur definiunt genus generalissimum. Quod, cum sit genus, non est species. & rursus, Quo non potest esse aliud superius genus. [29] Speciem autem specialissi-

25 Deinceps octo attributa categoriarum considerat. Primum attributum est habitus, id est relatio siue affectio alterius partis ad alteram. Subalterna duobus habitibus prædita sunt. altero erga superiora, quorum dicuntur species: altero erga inferiora, quorum vocãtur genera.

26 Generalissima vnum habent habitum erga inferiora, quorum dicuntur genera.

27 Specialissimis vnus est habitus tam erga superiora, quã erga inferiora: quia vtroque respectu appellantur species.

28 Secundum attributum est definitio Generalissimi duas definitiones affert non re, sed verbis tantum differentes

29 Speciei specialissimæ tres definitiones proponit: in quarũ prima fit mẽtio generis, in altera speciei in tertia indiuiduorum.

mam sic *definiunt*, Quæ cum sit species, non est genus, &, Quam, cum sit species, in species diuidere non possumus. item, Quæ plurib. & differentib. numero attribuitur in *quæstione* quid est. [30] Media vero extremorum, vocant species & genera subalterna & vnumquodque eorum, genus ac speciem esse ponunt, ad aliud tamen atque aliud relatum. Nam quæ *sunt* ante specialissima adscendendo vsque ad generalissimum, subalterna genera & species dicuntur. [31] Vt Agamemnon *est* Atrides, Pelopides, Tantalides, & postremum Iouis *f*. [32] Sed in genealogiis ad vnum (verbi gratia ad Iouem) plerunque principium referunt, in generibus vero & speciebus non sic *res* habet: quoniam Ens non est cõmune omnium genus: nec omnia ratione vnius supremi generis sunt homogenea, vt ait Aristot. sed ponantur, vt in Categoriis, prima illa decem genera, quasi prima decem principia. quod si quis omnia appellet ENTIA, homonymως *g* (inquit) appellabit, non synonymως, etenim si Ens esset vnum commune omnium genus, omnia synonymως dicerentur Entia. sed cum decem sint prima illa: communitas *est* in nomine tantum; non etiam in definitione ad illud nomen *accommodata*. Decem igitur *sunt* generalissima. [33] Sed specialissima sunt quidem aliquo numero, non tamen infinito. [34] Indiuidua vero, quę sunt post specialissima, *sunt* infinita. [35] Idcirco cum vsque ad specialissima à genera-

30 Subalterna definit, Quę diuerso respectu sunt genera & species vel, Quæ inter generalissimum & specialissimã collocantur.

31 Tertium attributum est similitudo nam categorię sunt similes genealogiis propterea quod generalissimum est simile primo parenti, specialissima vltimis liberis, subalterna medius personis.

f Rectius dices, Adami.

32 Quartũ attributum est numerus quo categoriæ differũt à genealogiis: quia genealogię referuntur ad vnum parẽtem, categoriæ vero non referuntur ad vnũ genus. Etenim generalissima sont decem, id est, substantia, quãtitas, qualitas, &c. quæ ab Aristot. declarãtur in lib. Categoriar.

g Late accipit Porphyrius hoc vocabulum, homonyma, vt complectatur quicquid non est synonymum, sed proprie loquendo, ens nec synonymos nec homonymos attribuitur, sed ratione quadam media inter attributionem homonymam, & synonymam, vt Aristot. docet Metaph. 3. c. 2.

33 *Specialissimorum numerus est incertus. Adde maiorem esse numerum specialissimorum quam subalternorum & maiorem subalternorum quam generalissimorum.*

34 *Indiuiduorum numerus est infinitus secundum philosophos existimantes mundum esse æternum* 35 *Quintum attributum est scientia, quæ haberi potest progrediendo à generalissimis vsque ad specialissima, omissis indiuiduis.*

h In Philebo.

lissimis descenderimus, iubebat Plato *h* quiescere: descendere autẽ per ea quæ sunt in medio, diuidendo specificis differentiis. infinita vero, inquit, omittenda, quia non potest eorum scientia comparari.

36 Sextum attributum est vis vniendi vel diuidendi. Nam genus vnit species, species vnit indiuidua, rursus indiuidua speciem, species genus diuidunt.

36 Descendendo igitur ad specialissima, necesse *est* diuidendo per multitudinem ire: adscendentes autem ad generalissima, necesse est colligere multitudinem in vnum. vim enim multa in vnum colligendi habet species, & adhuc magis genus, contra vero quæ *sunt* in parte & singulæ res vnum in multa semper diuidunt. etenim speciei participatione multi homines *sunt* vnus *homo*. ob eos vero qui sunt in parte & singulos, vnus ille & communis *est* multi. quia quod *est* singulare, semper habet vim diuidendi: quod autem *est* commune, habet vim colligendi & vniendi.

37 Septimum attributum est attributio vel subiectio, nam superiora attribuuntur inferioribus & inferiora subiiciuntur superioribus, non contra.

37 Iam vero cum quid sit genus, & quid species, explicatum sit, cumque genus sit vnum, species plures: (quandoquidem diuisio generis semper *fit* in plures species) genus quidem semper speciei attribuitur, & omnia superiora inferioribus: species autem nec generi proximo, nec superioribus *attribuitur*: quia non reciprocatur. oportet enim aut æqualia æqualibus attribui, vt equo aptum ad hinniendum: aut maiora minoribus vt animal homini: sed minora maioribus non item. Nam dicere non possis animal esse hominem, vt dicere potes hominem esse animal. Quibus autem species attribuitur, iis etiam speciei genus necessario attribuetur. & generis genus, vsque ad generalissimum. nam si vere dicitur, Socratem *esse* hominem, hominem *esse* animal, animal *esse* substantiam: vere etiam dicetur, Socratem *esse* animal & substantiam. cum enim semper superiora inferioribus attribuantur: species quidem indiuiduo

attribuetur: genus autem tam speciei quam indiuiduo: generalissimum vero & generi, vel generibus si plura sint media & subalterna, & speciei, & indiuiduo, nam generalissimum quidem dicitur de omnibus generibus & speciebus & indiuiduis sub se *constitutis*; genus autem quod *est* ante *speciem* specialissimam, de omnibus specialissimis, & indiuiduis. quæ vero species *est* dumtaxat, de omnibus indiuiduis. sed indiuiduum de vno tantum particulari. 38 Indiuiduum autem dicitur Socrates: &, Hoc album, &, Hic qui accedit. *&* Sophronisci filius, si modo solus ei Socrates filius sit. quæ autem huiuscemodi *sunt*, *ideo* dicuntur indiuidua, quia vnumquodque constat ex proprietatibus, quarum collectio nunquam in aliquo alio eadem esse potest. nã Socratis proprietates non possunt in aliquo alio particulari eadem esse: hominis vero (communis inquam) proprietates possunt esse eædem in pluribus. immo in omnibus particularibus hominibus qua homines *sunt*. 39 Continetur igitur indiuiduũ à specie: species à genere. propterea quod genus est totum quiddam: indiuiduum, pars: species, & totum & pars: sed pars alius, totum non alius, sed in aliis, quia totum *est* in partibus. 40 De genere igitur & specie, & quid *sit* generalissimum, & quid specialissimum, quæque eadem *sint* genera & species, nec non quę sint indiuidua, & quot modis *accipiantur* genus, & species, dictum est.

38 Cum sæpius indiuiduorum mentionem fecerit, præsertim in proxima particula: nunc declarat quæ vocentur indiuidua.

39 Octauum attributum est habere totius aut partis rationem; superiora in categoria rationem obtinent totius: inferiora partis.

40 Epilogus.

De differentia. CAP. III.

CAP. III.

1 Prima differentia distinctio est trimembris.

2 Differentia communiter dicta sumitur ab accidenti separabili.

DIfferentia vero communiter & proprie, & maxime proprie dicatur. 2 Communiter enim differre alterum ab altero dicitur, quod va-

rietate distat quomodocumque vel à semetipso vel ab alio. differt enim Socrates à Platone varietate: & ipse à seipso, cum est puer, & cum vir effectus; & cum agit aliquid, aut agere desiit. semperque in varietatibus, quibus est aliquo modo affectus, cernitur. 3. Propriè vero differre alterum ab altero dicitur, quando inseparabili accidente alterum ab altero differt. inseparabile autem accidens *est*, vt oculorum cæsius color, aut nasi aduncitas, aut cicatrix cũ ex vulnere quasi callum obduxit. 4. Maxime autem proprie differre alterum ab altero dicitur, cum specifica differentia distat, vt homo ab equo differt specifica differentia *id est* rationali qualitate.

3 Differentiæ proprie dictæ sumitur ab accidente inseparabili.

4 Differentia maxime proprie dicta sumitur à qualitate essentiali.

5 Vniuersaliter igitur omnis differentia alicui adiuncta varium facit, sed quæ communiter, & *quæ* proprie *accipiuntur*, diuersum efficiunt: quæ vero maxime proprie aliud. 6 Sane quæ faciunt aliud, specificæ vocantur: quæ autem, diuersum, simpliciter differentiæ: nam animali accedens Rationalis differentia aliud fecit, & speciem animalis fecit. *differentia* autem à motu sumpta, diuersum tantum à quiescente fecit. quare altera aliud, altera diuersum tantum fecit. 7 Atque ex iis differentiis quæ aliud faciunt, tam diuisiones fiunt generum in species, quam definitiones afferuntur quæ constant ex generibus & huiusmodi differentiis. ex iis vero quæ diuersum modo efficiunt, diuersitates solum consistunt, & eius quod aliquo modo affectum est, mutationes. 8 Rursus ab initio rem repetendo, dicendum est, differentiarũ alias esse separabiles, alias inseparabiles. nam moueri & quiescere, & egrotare, & valere, & id genus cetera, separabilia sunt. naribus autem esse aduncis, vel simis; aut ratione preditum, vel rationis expers, *sunt* insepara-

5 Tria illa differentiæ significata inter se consequuntur. Primo ab effectis.

6 Secundo ab appellatione siue epitheto.

7 Tertio ab vsu.

8 Secunda differentiæ distinctio est bimembris.

bilia. 9 Inseparabilium autem aliç attribuuntur per se, aliç ex accidente. nam rationale per se inest homini, & mortale, & disciplinę capax esse. naribus autem esse aduncis, aut simis, ex accidente, non per se. [10] Quę igitur per se adsunt, in definitione adhibentur, & faciunt aliud. quæ vero *sunt* ex accidente, neque in definitione adhibentur nec faciunt aliud, sed diuersum. [11] Et quæ *sunt* per sę, contentionem & remissionem non admittunt, quæ vero sunt ex accidente, quamuis sint inseparabiles, contentionem, & remissionem accipiunt. etenim neque genus magis & minus attribuitur ei cuius est genus, neque generis differentiæ quibus diuiditur; hæ namque sunt, quæ cuiusque definitionem complent: essentia vero cuiusque *rei est* vna & eadem, ac neque contentionem admittit, neque remissionem. aduncum vero aut simum nasum habere, aut aliquo modo coloratum esse, & contenditur & remittitur. [12] Cum igitur tres species differentiæ conspiciantur, *cum* que aliæ sint separabiles, aliæ inseparabiles; & inseparabilium aliæ sint per se, aliæ ex accidente: rursus differentiarum per se, aliæ sunt quibus diuidimus genera in species, aliæ quibus diuisa efficiuntur species; Veluti, cum hæ omnes sint per se differentiæ animalis, animatum & sensitiuum, necnon rationale & irrationale, item mortale & immortale, animatum & sensitiuum est differentia constituens essentiam animalis. animal namque est substantia animata sensitiua. mortale autem & immortale, necnon rationale & irrationale, sunt differentiæ diuisiuæ animalis, quia per eas diuidimus genera in species.

[13] Sed hæ differentiæ diuisiuæ generum, completiuæ sunt & constitutiuæ specierum. animal enim

9 Vnum ex a[...] ctis membris duo subdiuid[...] tur.

10 Exposita [...]cund. distinctionis ac sub[...] distinctionis membra inter se conferuntur. Primo ab vsu & ab effectu.

11 Secundo ab adiuncto.

12 Hactenus vocabulum di[f]ferentia distin[...]xit in varia [si]gnificata: dein[...]ceps agit de di[f]ferentia per s[e] quę sola est v[e]ra differentia constituens te[r]tium categore[...]ma Hęc diui[...]ditur in diui[si]uam & consti[tu]tiuam.

13 Eadem di[...]uerso respectu est differentia diuisiua & constitutiua.

diuiditur his differentiis, rationali & irrationali, item mortali & immortali. ſed hæ differentiæ, rationale & mortale, conſtituunt hominem: rationale & immortale, angelum: mortale & irrationale, bruta animantia. Sic etiam cum ſupremam ſubſtantiam diuidant hæ differentiæ, animatum & inanimatum, necnon ſenſitiuum & ſenſu carens: animatum & ſenſitiuum adiuncta ſubſtantiæ perficiunt animal; animatum autem & ſenſu carens perficiunt plantam. [14] Quoniam igitur eædem aliquo modo acceptæ, ſunt conſtitutiuæ, aliquo modo diuiſiuæ: omnes appellantur Specificæ. [15] Atque harum maxime vſus *eſt* in diuiſionibus generum, & in definitionibus: non etiam *differentiarum* ex accidente inſeparabilium, & multo minus ſeparabilium. [16] Has autem definientes inquiunt, Differentia eſt, qua ſpecies ſuperat genus. nam homo ſuperat animal, quia habet rationale & mortale. quandoquidem animal neque nihil horum eſt: (alioquin vnde ſpecies haberent differentias.) neque omnes oppoſitas habet: (quoniam idem ſimul haberet oppoſita) ſed (vt cenſent) poteſtate quidem omnes *ſpecierum* ſub ſe *conſtitutarum* differentias habet, actu vero nullam. itaque nec ex iis quæ non ſunt, aliquid fit, nec oppoſita ſimul erunt in eodem. [17] Sic quoque eam definiunt, Differentia eſt, quæ pluribus & differentibus ſpecie attribuitur in *quæſtione* quale quid eſt. Rationale enim & mortale cum homini attribuatur, *de eo* dicitur in *quæſtione* quale quid eſt homo, non in *quæſtione* quid eſt. nam interrogati, quid eſt homo, apte reſpondebimus, animal. interrogati autem, quale animal, apte reſpondebimus *eſſe*, rationale, & mortale. Cum enim res conſtent ex materia & forma, vel iis quæ

14 Ex dictis colligitur omnem differentiã quæ eſt per ſe, recte appellari ſpecificam.

15 Specificis differentiis vtimur in definitionibus & diuiſionibus afferendis.

16 Specificę differentię definitio prima.

17 Definitio ſecunda.

proportione respondent materiæ & formę: quemadmodum statua ex æris materia & figura, *tanquam* forma: sic etiam homo communis & specialis *a* constat ex genere quod proportione respondet materię, & differentiæ quę respondet formę. totum autem hoc, animal rationale, mortale, est homo, vt ibi statua. 18 Describunt etiam ita, Differentia est *id* quod naturalem vim habet separandi ea quę sub eodem genere *collocantur*. nam rationale & irrationale separant hominem & equum; quæ *sunt* sub eodem genere, *nempe sub* animali. 19 Explicant etiam ita, Differentia est *id* quo quidque differt. nam homo & equus ratione generis non differunt; cum & nos & equi simus animalia: sed rationale adiectum, nos ab illis seiunxit. Item ratione præditi sumus & nos & angeli: sed mortale adiectum, nos ab illis distinxit 20 Qui vero diligentius & exquisitius de differentia pertractant, non aiunt differentiam esse quodcumque separat *ea* quæ *sunt* sub eodem genere: sed quod ad sententiam & ad quidditatem confert, quodque est rei pars. nam aptum natura esse ad nauigandum non est differentia hominis. quanuis *sit* proprium hominis. dicere enim possumus, animalium alia esse natura apta ad nauigandum; alia minime, separantes hominem ab aliis. sed natura aptum esse ad nauigandum, non habet vim complendi essentiam, nec *est* pars eius, sed habilitas tantum *seu aptitudo* eius: propterea quod non est *talis* differentia, quales sunt *ea* quæ vocantur differentiæ specificæ. Ergo specificæ differentiæ sunt, quæcumque aliam speciem efficiunt, & quæcunque in *res* quidditate *explicanda* adhibentur. 21 Ac de differentia quidem tot dicta sufficiunt.

a Commun & speciale ἐκ παρ᾽ ἀλλήλων.

18 *Definiti tertia.*

19 *Definit quarta.*

20 *Defini quinta.*

21 *Epilog*

De proprio. CAP. IV.

PRoprium autem diuidunt quadrifariàm. 2 Nam *proprium est*, & quod soli alicui speciei accidit, etsi non omni: vt homini mederi, aut geometræ officio fungi. 3 Et quod accidit omni speciei, etsi non soli: vt homini, esse bipedem. 4 Et quod soli & omni & aliquando: vt omni homini *accidit* in senectute canescere. 5 Et quarto *id* in quo *hæc* concurrunt, & omni & soli, & semper: vt homini, aptum esse ad ridendum. nam etsi non semper ridet, tamen dicitur aptum ad ridendum, non quod semper rideat, sed quod natura aptus sit *ad ridendum*. hoc autem ei semper natura insitum est: vt equo aptum *esse* ad hinniendum. 6 Atque hæc proprie propria *esse* inquiunt: quia reciprocantur. si quid enim *est* equus, *est* aptum ad hinniendum. & si quid *est* aptum ad hinniendum, *est* equus.

1 Proprium quoque est vocabulum homonymum.
2 Proprii significatio prima.
3 Secunda.
4 Tertia.
5 Quarta.
6 Quarta significatio est maxime propria. Propriũ autem ita acceptum reciprocatur cum subiecto.

De accidente. CAP. V.

ACcidens vero est quod adest & abest sine subiecti interitu. 2 Diuiditur autem in duo *genera*. Nam aliud est separabile: aliud inseparabile. Vt puta dormire est accidens separabile. nigrum autem esse, ita accidit coruo & Æthiopi, vt separari nequeat. Sed potest intelligi & coruus albus, & Æthiops abiecto colore, sine interitu subiecti. 3. Sic etiam definiunt, Accidens est, quod contingit eidem inesse & non inesse. 4 Et quod neque est genus, neque differentia, neque species, nec proprium, semper autem in subiecto inhæret.

1 Accidentis definitio prima.
2 Contra dictã accidentis definitionem obiectio oritur ex ipsius accidentis diuisione. CAP. V. *nam si accidẽs potest adesse & abesse, quomodo dicitur aliquod accidens esse inseparabile? Respondet Porphyrius id reipsa non separari, sed per intellectũ, qui non tantum potest fingere inseparabile accidens abesse à subiecto, vt nigrorem à coruo, sed etiam contrarium accidens inesse, vt coruum esse album.* *3 Definitio secunda, ex lib. 2. Top. c. 5. par. 8.* *4 Definitio tertia ex eodem loco.*

DE COMMVNITATIBVS ET DIFFERENTIIS QVINQVE vocum, Tractatus posterior.

Collatio quinque vocum. CAP. VI. CAP. VII.

EXpositis separatim omnibus quæ proposita fuerunt, nimirum genere, specie, differentia, proprio, accidente, dicendum *est*, quænam sint eis communia, & quæ propria. 2 Commune igitur omnium *est*, pluribus attribui, vt dictum fuit *a*. Sed genus *attribuitur* speciebus, & indiuiduis, quæ sub se *sunt*. itidemque differentia. species autem indiuiduis sub se *constitutis*. proprium vero *attribuitur* speciei cuius est proprium, & indiuiduis quæ sub *ea* specie *sunt*. accidens autem, & speciebus, & indiuiduis. Nam animal attribuitur equo, & boui, quæ sunt species; nec non huic equo, & huic boui, quæ sunt indiuidua. rationis autem expers attribuitur equo & boui, particularibusque *equis ac bobus*. at species, vt homo, solis particularibus attribuitur. proprium vero *attribuitur* & speciei cuius est proprium, & indiuiduis sub ea specie *constitutis*: vt aptum ad ridendum, & homini, & particularibus *hominibus*. nigrum vero *attribuitur* speciei coruorum: & particularibus *coruis*, cum sit accidens inseparabile. item moueri, homini & equo cum sit accidens separabile, sed primum *attribuitur* indiuiduis, secundo autem loco etiam iis quæ continent indiuidua.

1 Transitio.

2 Omnia quæ categoremata pluribus attribuuntur.

a Ca 2. par. 9.

3 Differentiæ quinque categorematum.

Collatio generis & differentiæ. CAP. VII. CAP. VIII.

COmmune *est* generis ac differentiæ, habere vim continendi species. nam & differentia

1 Communitas prima.

continet species, etsi non omnes quas genus. Rationale enim etsi non continet ea quę sunt rationis expertia, vt animal, at *certe* continet angelum & hominem, qui sunt species. 2. Et quæcumque attribuuntur generi vt genus *a est*, etiam speciebus ei sub*iectis* attribuuntur. & quæcumque *attribuuntur* differentiæ, vt differentia *est*, etiam speciei ex ea *orta* attribuentur. Cum enim animal sit genus: *ei* tanquam generi *b* attribuitur substantia, & animatum, & sensu præditum. sed & omnibus speciebus animali sub*iectis* hæc attribuuntur vsque ad indiuidua. Cumque rationale sit differentia: ei tanquam differentiæ attribuitur; Ratione vti: nec solum rationali, sed etiam speciebus rationali *subiectis* attribuetur ratione vti. 3 Sed & hoc commune *est*, sublato genere aut differentia, tolli etiam quæ sub ea *sunt*. vt enim, nisi sit animal, non est equus, nec homo: sic nisi sit rationale, nullum erit animal ratione vtens. 4 Proprium autem generis *est*, pluribus attribui quam differentiam, & speciem, & proprium, & accidens. nam animal de homine, & equo, & aue, & angue *dicitur*. quadrupes autem de *iis* solis quæ quatuor pedes habent. homo vero de solis indiuiduis: & aptum ad hinniendum, de solo equo, & particularibus *equis*. itidemque accidens de paucioribus. Oportet autem differentias accipere, quibus diuiditur genus, non completiuas essentiæ generis, sed diuisiuas. 5 Præterea genus differentiam continet potestate. nam animal partim *est* rationis particeps, partim expers, differentiæ vero non continent genera. 6 Præterea genera *sunt* priora differentiis sub se *positis c*. 7 Idcirco *si tollantur*, eas vna tollunt, sed ab illis vna non tolluntur. sublato enim animali, simul tollitur rationale & irrationale.

2 *Secunda.*
a Improprie loquitur, nã genus, quate nus est genus, non subiicitur, sed attribuitur. Nota igitur appellationem generis referri ad primã notionem, vt in sequenti exẽplo genus significat animal sicuti mox notabo
b Id est tanquã animali: alioqui seruata verborum proprietate, substantia, animatum, & sensu preditum animali attribuuntur tanquam speciei, non tanquam generi.
3 *Tertia.*
4 *Discr men. primum.*

5 *Secundum.*
6 *Tertium.*
c Id est diuisiuis.
7 *Quartum: quod tamẽ potest coniungi cum tertio non male vt c. 12. par. 3.*

nale. differentiæ autem non ſimul tollunt genus: *d* quia licet omnes tollantur, *tamen* ſubſtantia animata, ſentiendi facultate prædita intelligitur, *d* quæ quidem eſt animal. 8 Præterea genus attribuitur in *quæſtione* quid eſt, differentia in *quæſtione* quale quid eſt, vt *iam* dictum fuit *e*. 9 Præterea in quaque ſpecie vnum *eſt* genus, vt hominis genus *eſt* animal: differentiæ autem multæ, vt rationale, mortale, intelligentiæ ac ſcientiæ capax, quibus ab aliis animalibus *homo* differt. 10 Ac genus quidem aſſimilatur materiæ, differentia vero formæ *f*. 11 Cum autem alia quoque ſint communia & propria generis & differentiæ: tot *expoſuiſſe* ſufficiat.

d Sublatis omnibus differentiis diuiſiuis genus manet, non reipſa, ſed tantum in intellectu.
8 Quintum.
e Cap. 2. part. 16.
9 Sextum.
10 Septimum
f Vide cap. 3. partic. 12.
11 Excuſatio.

Collatio generis & ſpeciei. CAP. VIII. CAP. IX.

GEnus & ſpecies commune *hoc* habent, pluribus (vt dictum eſt a,) attribui. Accipiatur autem ſpecies vt ſpecies tantum: non etiam vt genus, ſi forte idem ſit ſpecies & genus. 2 Commune etiã his *eſt*, priora eſſe *iis* quibus attribuuntur. 3. Et vtrumque eſſe totũ quiddam *b*. 4 Differunt autem quia genus continet ſpecies, at ſpecies continentur, non continent genera. 5. Genus enim pluribus attribuitur quam ſpecies. 6 Præterea opus eſt vt prius ſubiiciantur genera, & efformata ſpecificis differẽtiis perficiant ſpecies. vnde etiam natura priora *ſunt* genera. 7 Et vna tollunt, non vna tolluntur. nam ſi ſpecies ſit, omnino eſt etiam genus. quod ſi genus ſit, non omnino eſt ſpecies. 8 Ac genera quidem ſynonymos attribuuntur ſpeciebus ſibi ſub*iectis*, non item ſpecies generibus. 9 Præterea genera ſuperant ſpecierum ſibi ſub*iectarum* comprehenſione: ſpecies autem ſuperant genera propriis differen-

1 Communitas prima.
a Ca. 2. par. 9. &c. 6. par. 2.
2 Secunda.
3 Tertia.
b Vide cap. 2. par. 39.
4 Diſcrimen primum.
5 Secundum.
6 Tertium.
7 Quartum.
8 Quintum.
9 Sextum.

c Vide cap. 5. par. 16. 10 Septimum. tiis c. 10 Præterea nec ſpecies poteſt fieri generaliſſimum: nec genus, ſpecialiſſimum.

CAP. X. *Collatio generis, & proprii.* CAP. IX.

1 *Communitas prima.* GEneri cum proprio commune *eſt*, ſequi ſpecies, nam ſi quid *eſt* homo, *eſt* animal: & ſi quid *eſt* homo, *eſt* aptum ad ridendum. 2 *Secunda.* 2 Item æque attribui genus ſpeciebus, & proprium indiuiduis quæ ipſum participant. homo enim & bos æque *eſt* animal. & Anytus atque Melitus *æque eſt* res apta ad ridendum.

3 *Tertia.* 3 Commune etiam *eſt*, ſynonymos attribui genus propriis ſpeciebus, & proprium *iis* quorum fuerit proprium. *a* *Imo proprium ſubiecto attribuitur paronymos, non ſynonymos.* *a* 4 *Diſcrimen primum.* 4. Differunt autem: quia genus *eſt* prius, proprium *eſt* poſterius. *primum* enim oportet eſſe animal, poſtea diuidi differentiis & propriis. 5 *Secundum.* 5 Ac genus quidem pluribus ſpeciebus attribuitur: proprium vero, vni alicui ſpeciei cuius eſt propriũ. 6 *Tertium.* 6 Præterea propriũ reciprocatur cum eo cuius eſt proprium: genus autem cum nullo reciprocatur, neque enim ſi quid *eſt* animal, *continuo eſt* homo: nec ſi quid *eſt* animal, *continuo eſt* aptum ad ridendum, at ſi quid *eſt* homo, *eſt* aptum ad ridendum: viciſſimque ſi *eſt* aptum ad ridendum, *eſt* homo. 7 *Quartum.* 7 Præterea proprium ineſt in tota ſpecie cuius eſt proprium, & ſola, & ſemper: genus vero *ineſt* quidem in tota ſpecie cuius eſt genus, & ſemper, non tamen ſola. 8 *Quintum.* 8 Præterea propria ſublata, non ſimul tollunt genera: ſed genera ſublata, *ſecum* vna tollunt ſpecies, quarum ſunt propria: quare iis, quorum ſunt propria, ſublatis, ipſa quoque *propria* ſimul tolluntur.

Collatio generis & accidentis. CAP. X.

CAP. XI.

GEneris & accidentis commune *est*, pluribus (vt dictum est *a*) attribui: siue sit ex *acciden-ibus* separabilibus, siue ex inseparabilibus. etenim & moueri pluribus *attribuitur*. & nigrum coruis Ethiopibúsque, ac nonnullis anima carentibus. 1 *Communitas.* *a* Cap. 2. part. 9. & cap. 6. part 2.

Differt autem genus ab accidente: quia genus *est* prius speciebus; accidentia vero sunt speciebus posteriora. nam etiamsi accipiatur accidens inseparabile: tamen prius est id cui accidit, quàm accidens. 2 *Discrimen primum.*

Ac genus quidem quæ participant, æque participant: accidens autem non æque. quoniam contentionem ac remissionem recipit accidentium participatio: generum, non item. 3 *Secundum.* 4 Et accidentia primũ sunt in indiuiduis: genera vero & species natura priora sunt indiuiduis substantiis. 4 *Tertium.* 5 Et genera iis quæ sub se *sunt*, attribuuntur in *quæstione* quid est: accidentia vero in *quæstione* quale quid est, aut quomodo se habet vnumquodque. interrogatus enim qualis *est* Æthiops, dices esse nigrum: aut quomodo *se* habet Socrates, dices *eum* ægrotare aut valere. 5 *Quartum.*

1 *Videntur esse viginti generales categorematũ collationes.* *a* Et si Porphyrius in cõtextu loquitur tantum CAP. XII. de numero differentiarum. tamen eadem est ratio Commutatum, quo circa caput generaliter inscripsi de numero collationum.

De numero collationum. CAP. XI.

QVid igitur genus ab aliis quatuor differat *a*, dictum est. Accidit autem, vt & vnumquodque aliorum à *reliquis* quatuor differat. quare cum quinque sint, & vnumquodque ab *aliis* quatuor differat: quater quinque *accepta* fiunt viginti differentiæ omnes.

2 Reuerà sunt tantum decem collationes: quia cum viginti numerantur, quælibet bis consideratur, cum semel tantum spectari debeat.

2 Verum non ita *se res* habet. sed cum semper quæ deinceps sunt, connumerentur: & in secundo vna differentia deficiat, quia iam sumpta est: in tertio duæ: in quarto tres: in quinto quatuor: *profectò* decem fiunt cunctæ differentiæ: quatuor, tres, duæ, vna. Nam qua genus differat à differentia, & specie, & proprio, & accidente, dictum est: quatuor igitur sunt hæ differentiæ.

Differentia vero, qua distet à genere dictum est, cũ dicebatur, qua genus ab ea differret. reliquum est, dicatur, quo pacto differat à specie, & à proprio, & ab accidente. fiuntque tres *differentiæ*. Rursus quomodo species differat à differentia, dictum fuit, cũ dicebatur quomodò differentia differat à specie. quomodo autem differat species à genere, dictum fuit cum dicebatur quid differat genus à specie. Restat igitur, vt dicatur quid species differat à proprio, & ab accidente. ergo duæ sunt hæ differentiæ. Quid verò proprium ab accidente differat, *tandem* explicandum relinquetur. nam quomodo à specie, differentia, & genere differat, dictum antea fuit in eorum ab his *iam exposita* differentia. Cum igitur quatuor differentiæ sumantur generis à cæteris, tres autem, differentię, duæ speciei, vna proprii ab accidente: decem erunt omnes *differentiæ*: ex quibus, quatuor quæ sunt generis à cæteris, iam ostendimus.

CAP. XIII. *Collatio differentiæ & speciei.* CAP. XII.

1 Communitas prima.

2 Secunda.

1 Commune igitur differentiæ cum specie *est*, æque communicari. hominis enim æque participes sunt particulares homines, necnon rationalis differentiæ. 2 Commune etiam *est*, semper

adesse iis quæ participant. semper enim Socrates *est* rationalis, & semper Socrates *est* homo.

3 Proprium autem *est* differentiæ quidem, attribui, in *quæstione* quale quid est: speciei vero in *quæstione* quid est: nam & si homo, vt quale quid accipiatur: non simpliciter est quale sed qua generi accidentes differentiæ eum constituerunt. 4 Præterea differētia in multis speciebus sæpe cernitur, vt quadrupes in plurimis animalibus specie differentibus: species *a* autem est in solis indiuiduis sibi subiectis.

3. Discrimen primum.

4. secundum.

a Loquitur de specie specialissima, quia hęc sola attribuitur tamquā species: subalterna vero non attribuitur quasi species, sed sub ratione generis.

5 Præterea differentia *est* prior specie, quam constituit: rationale enim sublatum, *secum* vna hominem tollit: homo autem sublatus, non tollit rationale, cum angelus sit. 6 Præterea differentia coniungitur cum alia differentia: (nam rationale & mortale simul iuncta sunt ad hominem constituendum) species vero cum specie non coniungitur, vt inde gignatur alia quædam species, quædam enim equa cum quodam asino coit ad mulum gignendum: sed equus *b* simpliciter asino coniunctus, nequaquam mulum efficiet.

5. Tertium.

6. Quartum.

b Id est, species equina.

Collatio differentiæ & proprij. CAP. XIII. CAP. XIV.

DIfferentia & proprium commune *hæc* habent, æque communicari ijs quibus communicantur. æque enim rationalia *sunt* rationalia: & apta ad ridendum; *sunt æque* apta ad ridendum. 2 Commune etiam vtrisque *est*, semper & omni adesse, quamuis enim bipes mutilatum sit: tamen ad id quod natura comparatum est, illud SEMPER refertur. nam & aptum ad ridendum, eo quod natura comparatum est, habet illud SEMPER, non quod semper rideat. 3 Proprium autem *est* differentiæ, quod ip-

1. Communitas prima.

2. Secunda.

3. Discrimen primum.

sa quidem de pluribus speciebus sæpe dicitur: vt rationale de angelo, & de homine: proprium *a* de vna specie cuius est proprium. 4 Ac differentia quidem iis consequens est quorum est differentia, non tamen reciprocatur. propria verovicissim attribuũtur *iis* quorum sunt propria, quia reciprocantur.

a Intellige proprium speciei specialissimæ.
4. *Secundum.*

CAP. XV. *Collatio differentiæ & accidentis.* CAP. XIV.

1. Communitas prima. Coniunge cap. 2. part. 9. & c. 6. par. 2.
2 Secunda.

DIfferentiæ & accidenti commune *est* in pluribus dici. 2 Item commune *est* cum accidentibus inseparabilibus, semper & omni adesse. nam & bipes semper adest homini: itidemque nigror omnibus coruis. 3 Differunt autem: quia differentia continet species, neque *ab eis* continetur: rationale enim continet hominem & angelum. accidentia vero aliquo modo continent, quia sunt in pluribus. aliquo modo continentur, quia subiecta non vnius accidentis, sed plurium sunt susceptiua. 4 Ac differentia quidem non potest contendi & remitti: accidentia vero contentionem & remissionem recipiunt. 5 Et differentiæ contrariæ misceri nequeunt, accidentia autem contraria misceri interdum possunt. 6 Hæ sunt communitates & proprietates differentiæ & aliorum.

3 Discrimen primum.
4. Secundum.
5 Tertium.
6 Epilogus.

Collatio speciei & proprij. CAP. XV.

1 Quæ collationes speciei superfint expli candæ.

QVa vero species differat à genere & à differentia, dictum est, cum exposuimus qua genus differt ab aliis, & qua differentia differt ab aliis. *Quod* reliquum *est*, qua *species* differat à proprio & ab accidente, *nunc* dicetur. 2 Speciei cum proprio communis *est* mutua attributio. si quid enim *est* homo, *est*

CAP. XVI.
2 Communitas prima.

aptum ad ridendum:& si quid *est* aptum ad ridendũ, *est* homo. Aptum vero ad ridẽdum accipi debere secundũ naturalem ridendi potestatem, sæpe dictum est. 3 Hoc etiam commune est, quod æqualiter adsunt: æqualiter. n. species adsunt iis quæ *eas* participant: & propria iis quorum sunt propria. 4 Differt autem species à proprio: quia species potest etiam aliorum genus esse: proprium vero aliorum esse proprium nequit. 5 Ac species quidem ante proprium subsistit: proprium vero speciei adnascitur: quippe oportet hominẽ esse, vt sit aptum ad ridẽdum. 6 Præterea species semper actu adest subiecto: propriũ vero interdum potestate. Socrates enim semper est actu homo: at nõ semper ridet, quamuis semper natura sit aptus ad ridendũ. 7 Præterea quorum definitiones *sunt* diuersæ, ipsa quoq; *sunt* diuersa: est autem definitio speciei sub genere esse, & Pluribus ac differentibus numero attribui in *quæstione* quid est, & quæ *sunt* eiusmodi: proprij vero, Soli, & omni, & semper adesse.

3 *Secunda.* 4 *Discrimen primum.* 5 *Secundum.* 6 *Tertium.* 7 *Quartum.*

Collatio speciei & accidentis. CAP. XVI.

CAP. XVII.

Speciei & accidentis commune *est* pluribus attribui. Raræ autem *sunt* aliæ communitates: quia plurimum inter se distant accidens & id cui accidit. 1 *Communitas. Coniunge cap 2. par. 9. & c. 6. part. 2*

2 Propria vero vtriusque *hæc sunt*: speciei quidem, in *quæstione* quid est attribui iis quorum est species: accidentis autem, in *questione* quale quid est, aut quomodo *se* habet. 2 *Discrimen primum.*

3 Et quamque substantiam vnius speciei participem esse: accidentium vero plurium, tam separabilium, quam inseparabilium. 3 *Secundum.*

4 Ac species quidem prius intelliguntur quam ac- 4 *Tertium.*

cidentia, licet separabilia sint: (oportet enim esse subiectum vt ei aliquod accidat) accidentia vero natura sunt posteriora, & naturam habent in eo cōstitutam, vt substantiæ inhæreant. 5 Item speciei participatio *est* æqualis: accidentis vero, quamuis separabile sit, non æqualis. etenim Æthiops Æthiope potest habere colorem magis remissum, vel intensum, secundum nigrorem.

5. *Quartum.*

Collatio proprij & accidentis. CAP. XVII.

1 *Scopus & nexus,*

RESTAT, vt de proprio & accidente dicatur: nam qua proprium à specie, & à differentia, & à genere differat, *iam* dictum est. 2 Commune igitur *est* proprio & accidenti inseparabili, sine his ea non cōsistere in quibus spectantur. vt enim sine aptitudine ad ridendum non consistit homo, sic sine nigrore non consisteret Æthiops. 3 Ac quemadmodum & omni & semper accidit proprium, ita etiam inseparabile accidens.

CAP. XVIII. 2. *Communitas prima.*

3. *Secunda.*

4 Differunt autem: quia proprium vni *a* tantum speciei adest. vt homini aptum ad ridendum: inseparabile vero accidens, vt nigrum, non solum Æthiopi, sed etiam coruo adest, & carboni, & ebeno, & alijs nonnullis. 5 Præterea proprium reciprocatur cum eo cuius est proprium, & æque *late* patet: inseparabile autem accidens non reciprocatur. 6 Et propriorum quidem æqualis *est* participatio: accidentium vero alia maior, alia minor.

4 *Discrimen primum.*
a Subaudi, speciei specialissimæ, nam de hac tantum Porphyrius loquitur.
5 *Secundum.*
6. *Tertium.*

7 Sunt & aliæ communitates ac proprietates dictorum *categorematum*: sed hæ abunde sufficiunt ad ea discernenda, & communitatem *inter* ea constituendam.

7. *Excusatio.*

ARISTOTELIS CATEGORIÆ.*

IVL. PACIO Interprete.

PROTHEORIÆ, SEV PRINCIPIA, VVLGO ANTEPRÆDICAMENTA, PARS I.

Definitiones. CAP. I.

1 HOMONYMA *a* dicuntur, quorum nomen solùm est commune, ad illud vero nomen accommodata definitio *est* diuersa: quemadmodum & homo, & quod pictum est, animal *dicitur*, horum namque nomen solùm *est* commune: ad illud vero nomen accommodata definitio *est* diuersa, si quis enim explicet quid sit vtrumque eorum qua animal est, propriam vtriusque definitionem tradet. 2 Synonyma *b* autem dicuntur, quorum & nomen *est* commune, & ad illud nomen accommodata definitio *est* eadem: quemadmodum & homo & bos *dicitur* animal, horum enim vtrumque communi nomine appellatur animal: ac definitio quoque est eadẽ. si quis enim tradat vtriusque definitionẽ, quid est vtrumque qua est animal: eandem tradet definitionem. 3 Denominata vero dicuntur, quæcumque ab aliquo, ita vt differant casu. *c* nomi-

* Categoria ex tribus categorematis constituitur, genere, specie, & indiuiduo, quamquam indiuiduum improprie vocatur categorema.

1 *Homonymorũ affert definitionem, & exemplum.*

a Homonyma vocat res diuersas vno CAP. I. vocabulo significatas ceterum illud quoque vocabulũ quod eas significat, appellatur homonymum.

2 *Synonyma similiter explicat definitione, & exemplo.*

b Synonymas res definit, quæ communi quopiam æquè continentur, illud quoque cõmune synonymum nominatur.

3 *Iisdem paronyma seu, denominata declarat definitione, & exemplis.*

c Terminatione, vltima syllaba

nis appellationem habent, vt à grammatica *dicitur* grammaticus, & à fortitudine fortis.

Diuisiones. CAP. II.

1 *Verborum diuisio bimembris.*

CAP. II.

2 *Rerum diuisio quadripertita: aut enim est substantia vniuersalis, aut substantia particularis, aut accidens vniuersale, aut accidens particulare.*

a Hæc sunt vniuersales substantiæ.

b Hæc sunt accidentia particularia.

c Hæc sunt accidentia particularia.

d Hæc sunt particulares substantiæ.

e Id est quæ sunt accidentia.

EOrum quæ dicuntur, alia coniuncta efferuntur, alia sine coniunctione, coniuncta: vt homo currit, homo vincit. sine coniunctione: vt homo, bos, currit, vincit. 2 Eorum quæ sunt, alia *a* de subiecto aliquo dicuntur, sed in subiecto nullo sunt, vt homo de subiecto dicitur, *nempe de* aliquo homine, sed in subiecto nullo est; alia *b* in subiecto aliquo sunt. de subiecto autem nullo dicuntur: (in subiecto *esse* dico, quod, cum in aliquo non quasi pars sit, non potest esse sine eo in quo est) vt quædam grammatica est in subiecto, *id est, in* anima, sed de nullo subiecto dicitur, & hoc album est in subiecto, *id est, in* corpore, (omnis enim color *est* in corpore) verum de nullo subiecto dicitur. quædam *c* & de subiecto dicuntur, & in subiecto sunt: vt scientia est in subiecto, *nimirum in* anima: ac dicitur de subiecto, *nempe de* grammatica: nonnulla *d* nec in subiecto sunt, nec de subiecto aliquo dicuntur: vt quidam homo, & quidam equus. nam quæcumque sunt eiusmodi, *ea* neque in subiecto sunt, neque de subiecto aliquo dicuntur. Omnino autem indiuidua & *quæ sunt* vnum numero, de nullo quidem subiecto dicuntur: in subiecto autem quædam *e eorum* esse, nihil prohibet. nam quædam grammatica ex eorum *numero* quæ *sunt* in subiecto, verum de nullo subiecto dicitur.

Regula. CAP. III.

1 *Regula prima de attributione.*

CVm alterum alteri attribuitur tanquam subiecto: quotcũque de attributo dicuntur, toti-

dem & de subiecto dicentur. vt homo cuidam homini attribuitur, animal autem homini: ergo etiam alicui homini animal attribuetur. nam quidam homo, & homo est & animal.

2 Regula secunda de differentiis generum non subalternorum.

Heterogeneorum, quorum alterum sub altero non collocatur, diuersæ specie *sunt* etiam differentiæ: vt animalis & scientiæ. animalis enim differentiæ sunt terrestre, & bipes, & volucre, & aquatile, quarum nulla *est differentia* scientiæ, non enim scientia à scientia differt, eo quod bipes sit. 3 Subalternorum autem generum nihil prohibet easdem differentias esse. nam superiora inferioribus generibus attribuuntur. quare quotcumque attributi differentiæ sunt, totidem etiam subiecti erunt.

3 Regula tertia de differentiis subalterna genera constituentibus.

CAP. IV.

CATEGORIÆ, VVLGO PRÆDICAMENTA, PARS II.

De decem Categoriis. CAP. IV.

1 Simplex vocabulum significat aliquam ex decem categoriis quamobrem de categoriis agendum est, vt simplicium vocabulorum significationes intelligantur.

EOrum, quæ sine omni coniunctione dicuntur, vnumquodque aut substantiam significat, aut quantũ, aut quale, aut ad aliquid, aut vbi, aut quando, aut sitũ esse, aut habere, aut agere, aut pati. 2 Est autem substantia, (vt typo dicã) velut homo, equus. quantum, vt *quod est* duorum vel trium cubitorum. quale, vt album, grammaticum. ad aliquid, vt duplum, dimidiũ, maius. vbi, vt in foro, in Lycæo. quãdo, vt heri, superiore anno. situm esse, vt iacet, sedet. habere vt calceatum esse, armatum esse. facere, vt secare vrere. pati, vt secari, vri. 3 Singula autem quæ dicta sunt, ipsa per se *accepta*, nec affirmãt nec negãt: sed eorũ mutua coniunctione affirmatio vel negatio fit. omnis enim affirmatio vel negatio videtur aut vera aut falsa esse: eorum autem, quæ sine omni

2 Exemplis quibusdam breuiter ac pingui Minerua decem categorias explanat, quas mox accuratius declarabit.

3 Ostendit se in 1. partic. recte decem categorias retulisse ad simplicia vocabula, quia sunt veritatis & falsitatis expertes.

coniunctione dicuntur, nihil est aut verum aut falsum : vt homo, album , currit; vincit.

De substantia. CAP. V.

SVbstantia autem , quæ maximè propriè & primum & maxime dicitur , *ea* est quæ neque de subiecto aliquo dicitur , neque in subiecto aliquo est ; vt quidam homo , & quidam equus. 2 Secundæ autem substantiæ dicuntur *species*, in quibus speciebus insunt quæ primum substantiæ dicuntur: hæ *inquam species* & harum specierum genera , vt quidam homo est, *tanquam* in specie, in homine: genus vero speciei est animal. hæ igitur, secundæ substantiæ dicuntur , vt homo & animal. 3 Iam vero perspicuum ex dictis *est*, *a* eorum quæ de subiecto dicuntur, necesse *esse* & nomen & definitionem attribui subiecto. vt homo de subiecto dicitur aliquo homine, attribuitúrque *alicui homini* etiam nomen *hominis* : nam hominem alicui homini attribues: sed & definitio hominis alicui homini attribuetur: nam quidam homo, & homo est & animal. quare & nomen & definitio attribuetur subiecto. 4 Eorum vero quæ sunt in subiecto , pleráque sunt, quorum neque nomen, neque definitio attribuitur subiecto. quorundam autem nomen nihil prohibet aliquando attribui subiecto, definitionem vero impossibile *est* , vt album , cùm sit in subiecto , *nempe in* corpore , attribuitur subiecto : quia corpus album dicitur : definitio verò albi numquam corpori attribuetur *a*. 5 Cætera vero omnia vel de subiectis dicuntur primis substantiis , vel in subiectis eis sunt. Quod quidem ex singulis propositis perspicuũ *fiet*. Vt puta animal homini attribuitur : ergó etiã alicui homini attribuetur. nam si nemini singulorum

1 Definitione & exemplis declarat primam , id est, individuam substantiam.
2 Secundæ substantiæ sunt, in quibus primæ continentur: nempe species, sub quib. continentur individua substantia & harũ specierum genera.
3 ostensurus primam substãtiam esse omniũ aliarum rerum subiectũ (id est, vel subiectum attributionis, vel inhærentiæ) duo primum. Primo docet, ea quæ de subiecto dicũtur ei subiecto attribui synonymos.
a Ca. 3 par. 1.
4 Secundo docet, ea quæ in subiecto insunt, partim paronymos, partim nullo modo ei subiecto attribui.
a Quia corpus est substãtia: album est accidens.
5 Iam ostendit primã substantiam esse omniũ aliarum rerum subiectũ & inde colligit res alias sine primis substantiis consistere non posse.

hominum, omnino nec homini *attribuetur*. Rursus color *est* in corpore: *est* igitur etiam in aliquo corpore. nam si in nullo singulorum *corporum est*, omnino in corpore non *est*. Itaque reliqua omnia vel de subiectis primis substantiis dicuntur, vel in eis subiectis *insunt*. Ergo nisi primæ substantiæ sint, cæterarum *rerum* nulla esse potest. 6 Secundarum vero substantiarum, species est magis substantia quam genus, quoniam est propius primæ substantiæ. si quis enim explicet quid sit prima substantia, apertius & magis proprie explicabit tradens speciem, quam genus. veluti quendam hominem explicans, planius explicabit tradens hominem, quam animal. illud enim magis proprium *est* cuiusdam hominis, hoc vero, communius: & quandam arborem explicans, apertius & magis propie explicabit tradens arborem, quam plantam. 7 Præterea primæ substantiæ, quia cæteris omnibus rebus subiiciuntur, & cætera omnia his attribuuntur aut in eis *insunt*, propterea maximæ substantiæ dicuntur: sed quam rationem habent primæ substantiæ ad cætera omnia, eandem habet species ad genus; subiicitur namque species generi: nam genera speciebus atttribuuntur. species autem generibus vicissim non attribuuntur. quare ex his quoque *fit*, *vt* species *sit* magis substantia quam genus. 8 Ipsarum autem specierum, quæcunque non sunt genera, nulla est magis substantia, quam altera. non magis enim proprie explicabit, in aliquo homine *explicando*, hominem tradens quam in aliquo equo equum. 9 Pariterque in primis substantiis, nihil est magis substantia quam altera. nam aliquis homo non est magis substantia, quam aliquis bos. 10 Merito igitur post primas substantias solæ in-

6 Speciem esse magis substantiam quam genus, dupl ci ratione probatur. Primo qu a propius abest à prima substantia.

7 Secũdo quia species subſtat seu subi citur generi, non genus speciei.

8 Species specialissimæ æque substantiæ sũt.

9 Primæ substantiæ sunt æque substãtię.

10 Nullas esse alias substantias præter eas

ter alias *res* species & genera secundæ substantiæ dicuntur: quandoquidem ex his quæ attribuuntur, *hæc* sola declarant primam substantiam. nam si quis explicet quid sit aliquis homo; speciem quidem aut genus tradens, proprie explicabit. (& notiorem efficiet tradens hominem, quam animal.) Cæterarum autem rerum quamcumque quis tradat, aliena erit expositio: veluti album *esse*, aut currere, aut eiusmodi aliud quoduis tradens. Quamobrem merito hæc sola inter cætera *entia*, Substantiæ dicuntur

gu · exposite sunt, duplici ratione probatur. Primo quia nihil est præter dicta genera & species, quod declaret essentiam primæ substantiæ.

11 Præterea primæ substantiæ, quia aliis omnibus *rebus* subiiciuntur, & reliqua omnia eis attribuuntur, vel in eis *insunt*. *propterea* maxime proprie substantiæ dicuntur. quam autem rationem habent primæ substantiæ ad cætera omnia, eandem species & genera primarum substantiarum habent ad reliqua omnia: his enim reliqua omnia attribuuntur. Nam quempiam hominem dices *esse* grammaticum: ergo & hominem & animal dices *esse* grammaticum, itidemque in aliis *se res habet*.

11 Secundo quia ut primæ substantiæ cæteris omnibus rebus subiiciuntur, ita etiam dicta genera & species aliis rebus subiiciuntur.

12 Commune autem *est* omni substantiæ, non esse in subiecto. Nam prima substantia nec in subiecto est, nec de subiecto aliquo dicitur. Secundarum autem substantiarum sic etiam perspicuum *est* nullam esse in subiecto: quia homo de subiecto quidem dicitur quodam homine, sed in subiecto nō est: homo namq; non est in quodam homine. itidemque animal de subiecto quidem dicitur quodam homine, sed animal non est in quodam homine. Præterea eorum quæ in subiecto sunt, nomen quidem interdum subiecto attribui nihil prohibet, definitionem vero impossibile est. atqui secundarum substantiarū & definitio & nomen attribuitur subiecto: nam hominis definitionē cuidam homini attribues, itemque animalis *definitionem*. quare sub-

12 Substantiæ sex sũt proprietates. Primo nulla substātia est in subiecto.

ſtantia non *eſt in* eorum *numero* quæ *ſunt* in ſubiecto.
13 Hoc autem non *eſt* proprium ſubſtantiæ, ſed & differentia eſt *in* eorum *numero* quæ non *ſunt* in ſubiecto. nam terreſtre & bipes de ſubiecto quidē dicitur, nempe de homine; verum in ſubiecto non eſt; non enim in homine eſt bipes, nec terreſtre; & definitio quoque differentiæ attribuitur *ei*, de quo dicitur differentia. vt puta ſi terreſtre de homine dicitur, etiam definitio ipſius terreſtris homini attribuetur: homo enim eſt terreſtre. 14 Porro ne nos conturbent partes ſubſtantiarum, quaſi ſint in totis *vt in* ſubiectis, ne quādo cogamur fateri eas nō eſſe ſubſtantias: quia nō ita dicebātur *ea* quæ *ſunt* in ſubiecto, vt partes, ineſſe in aliquo. 15 Ineſt autē ſubſtantiis & differentiis, omnia ſynonymωs ab eis dici. omnes enim attributiones ab eis *ſumptæ*, aut indiuiduis attribuuntur, aut ſpeciebus. A prima namque ſubſtātia nulla attributio eſt, quia de nullo ſubiecto dicitur. Secūdarū vero ſubſtantiarū ſpecies indiuiduo attribuitur, genus & ſpeciebus & indiuiduis, itidemque differentiæ & ſpeciebus & indiuiduis attribuūtur. ac definitionē quoque ſpecierū & generū recipiunt primæ ſubſtantiæ, nec non generis definitionem ſpecies. nam quotcumque de attributo dicuntur, totidem etiam de ſubiecto dicentur. itidemque differentiarum definitionem recipiunt tam ſpecies, quā indiuidua. atqui ſynonyma erant, *b* quorum *eſt* & nomen cōmune & definitio eadem. Quare omnia quæ à ſubſtantiis & differentiis *dicuntur*, ſynonymωs dicūtur. 16 Omnis vero ſubſtātia videtur hoc aliquid ſignificare. In primis igitur ſubſtātiis indubitatū & verū eſt, *eas* ſignificare hoc aliquid. quia indiuiduū & vnū numero eſt quod ſignificatur, ſed in ſecundis ſubſtātiis etſi ob figurā appellationis ſimiliter videtur ſignificare hoc aliquid

13 Non eſſe in ſubiecto, non ſolum ſubſtantiæ conuenit, ſed etiam differentiæ ſpecificæ & eſſentiali, quæ per ſe non eſt in categoria ſubſtantiæ, ſed (vt noſtri loquuntur) reductiue. id eſt, quatenus eſt pars ſpeciei, nā categoria tantum eſt ſeries generum, ſpecierum & indiuiduorum.

14 Partes ſubſtantiarum nō ſunt in ſubiecto, ſed in toto.

15 Secūdo ſubſtantiæ, exceptis primis ſubſtantiis, & differentiæ attribuuntur ſynonymωs.

b Definiebātur cap. 1. partic. 1.

16 Tertio prima ſubſtantia ſignificat hoc aliquid. ſecunda verò ſubſtantia ſignificat quale quid.

cũ quis dixerit homine, aut animal, nõ tamẽ id verũ *est*: quin potius quale quidpiam significat: quia subiectum non est vnum, vt prima substantia, sed de multis homo & animal dicitur. 17 Nec vero simpliciter, vt album, significat quale quidpiam. Nam album nihil aliud significat, quam quale: genus autem & species qualitatem circa substantiam determinant, vtpote quæ significant qualis *sit* aliquã substantia. Sed latius genere quam specie determinatio fit: quoniam dicens animal, plura complectitur quam *dicens* hominem. 18 *Hoc* quoque substantiis inest, nihil eis contrarium esse. quid enim possit esse contrarium primæ substantiæ, vt cuidam homini, & cuidam animali? siquidem nihil est *his* contrarium, item nihil *est contrarium* homini, vel animali.

17 Accidens nihil aliud significat quam quale quid. secũda vero substantia significat qualitatẽ essentialem.

18 Quarto nihil est contrarium substantiæ.

19 Hoc vero substantiæ proprium non est, sed & in aliis multis *reperitur*, vt in quanto. nihil enim est contrarium bicubito vel tricubito, nihil decem, nihil aliis eiusmodi *rebus*. Nisi quis multum pauco contrarium esse dicat, vel magnum paruo. sed definitorum quantorum nulli est quicquam contrarium. 20 Videtur autem substantia non recipere contentionem & remissionem. Non dico substantiam substantia non esse magis & minus substantiam: *iam* enim dictum fuit hoc esse. sed *dico* substantiam quamque non dici magis vel minus id ipsum quod est. veluti si hæc substantia est homo, non erit si ipse, aut alius alio magis & minus homo. non est enim alius alio magis homo: vt album est aliud alio magis & minus album: & honestum *est* aliud alio magis & minus honestum. quinimo idem se ipso dicitur magis & minus *tale*: vt corpus cum sit album, magis album dicitur nunc quam

19 Quantum quoque cõtrario vacat, aut omne aut saltẽ quantum definitum.

20 Quinto substantia non contenditur nec remittitur.

quam prius: & cum sit calidum, magis & minus calidum dicitur. substantia vero nec magis substantia dicitur, nec minus. nam nec homo magis in presentia dicitur homo, quam prius: nec aliud quicquam eorum quæ sunt substantiæ. Quare substantia non potest recipere intensionē & remissionem.

21 Sed maxime proprium substantiæ videtur esse, cum vnum & idem numero sit. contraria suscipere posse. cuiusmodi in aliis quæ non sunt substantiæ, nihil possit quis proferre, quod, cum vnū numero sit, cōtraria suscipere queat. vt color, qui est vnus & idem numero, non est albus & niger. neque eadem actio & vna numero, est vitiosa & recta: itidemque in aliis *dicendum est*, quæcunque non sunt substātiæ. Substantia vero, cum vnum & idem numero sit, cōtraria suscipere potest: vt quidam homo, cū vnus & idem sit, interdum albus, interdū niger fit: necnon calidus, ac frigidus: & improbus, ac probus.

21 Sexto substantia vna & eadem numero manens recipit contraria.

22 In nulla autem alia rē tale *quidpiam* videtur. Nisi forte quis obiiciat, orationem & opinionem inquiens posse contraria recipere: quoniam eadem oratio & vera & falsa videtur esse, veluti si vera est oratio, aliquem sedere: cum surrexerit, hæc eadem oratio falsa erit. Eadem est ratio opinionis. si quis enim vere putet aliquem sedere: cum is surrexerit, falso putabit, eandem habens de eodem opinionem.

22 Sexta proprietas conuenit soli substantiæ. Obiicitur oratio & opinio, quę manētes eadem numero videntur contraria recipere. id est, veritatem & falsitatem.

23 Sed & si quis hoc admittat: tamen modo differūt. nam quæ in substantiis *sunt*, ipsa mutata possunt suscipere contraria: quod enim fit ex calido frigidum, mutatur. siquidem variatur: item quod fit ex albo nigrum; & quod ex vitioso honestum, itidemque aliorum vnūquodque mutationem suscipiens, recipere contraria potest. oratio vero & opinio omnino immota permanent: sed re mota, contrarium in his

23 Dicta obiectio soluitur duobus modis. Primo. δι' ἀντιπαραστάσεως: quia si concedamus orationem & opinionem recipere contraria, saltem proprium erit substantiæ sui mutatione recipere contraria.

fit. nam oratio permanet eadem, ſedere quempiam: ſed re mota, interdum vera, interdum falſa fit. Itidem *ſe res habet* & in opinione. Quare hoc modo proprium erit ſubſtantiæ; ſui mutatione poſſe ſuſcipere contraria.

24 Secundo διὲνςάσεως quia reuera oratio & opinio non recipiunt contraria.

24 Sed & ſi quis hæc admittat orationem *inquam* & opinionem, ſuſcipere poſſe contraria: id verum non eſt. nam oratio & opinio, non quia ipſa recipiant aliquid, contraria ſuſcipere poſſe dicuntur, ſed quia facta eſt affectio in alia re. eo enim quod res eſt vel non eſt, oratio vera vel falſa eſſe dicitur, non quod ipſa poſſit contraria ſuſcipere. omnino namque oratio vel opinio à nullo mouetur. quare ſuſcipere contraria non poſſunt: cum nulla contraria affectio in ipſis fiat. Subſtantia vero, eo quod in ſe contraria recipit, contraria recipere poſſe dicitur: quandoquidem recipit morbum & ſanitatem, necnon alborem, & nigrorem. cumque vnumquodque eorum, quæ *ſunt* eiuſmodi, ipſa ſuſcipiat, contraria ſuſcipere poſſe dicitur.

25 Concluſio.

25 Quare proprium ſubſtantiæ eſt, cum vnum & idem numero ſit, ſui mutatione poſſe contraria ſuſcipere.

26 Epilogus.

26 Hæc de ſubſtantia dicta ſint.

CAP. VI.

De Quanto. CAP. VI.

1 Quantum bifariam diuiditur.

QVanti autem aliud eſt diſcretum, aliud continuum: atque aliud ex partibus poſitionem inuicem inter ſe habentibus conſtat, aliud ex non habentibus poſitionem.

2 Diſcreti & continui quanti ſpecies.

2 Diſcretum eſt vt numerus & ſermo. Continuum *eſt*, vt linea, ſuperficies, corpus: ac præterea locus, & tempus.

3 Numerus eſt diſcretus, quia eius partes non copulantur cõmuni termino.

3 Nam partium numeri nullus eſt communis terminus quo eæ partes coniungantur. Vt ſi τὰ quinque, ſunt partes τῶ decem, nullo communi termino coniungun-

tur quinque & quinque, sed secreta sunt. tria quoque & septem nullo communi termino coniunguntur. & omnino haud possis in numero communem terminum partium accipere, sed semper secretæ sunt. quare numerus est in iis quæ *sunt* discreta. 4 Itidemque sermo. Nam sermonem esse quantum, perspicuum est: quoniam *eum* metimur syllaba breui & longa, sermonem inquam voce prolatum. nullo enim communi termino partes eius coniunguntur: quia nullus est communis terminus, quo syllabæ coniungantur, sed per se quæque secreta est. 5 At vero linea est continua: quia communem terminum sumere licet, quo partes eius coniunguntur, nempe punctum.

4 Sermo est quantum, quia mensuratur syllaba breui & longa: contiguum, quia eius partes communi termino non coniunguntur.

5 Linea est cõtinua, quia eius partes puncto cõnectũtur.

6 Et superficiei *quoque communem terminum licet accipere* lineam: quoniam plani partes communi quopiam termino coniunguntur. 7 Itidemque in corpore potes accipere communem terminum, lineam vel superficiem, qua corporis partes coniunguntur. 8 Eiusmodi est etiam tempus, & locus. nam præsens tempus coniungitur cum præterito, & cum futuro. 9 Rursus locus in continuis est: quia locum aliquem continent partes corporis, quæ communi aliquo termino copulantur: igitur etiam loci partes, quas continent singulæ corporis partes, eodem termino coniunguntur, quo partes corporis. quare continuum est etiam locus, quia vno communi termino partes eius copulantur.

6 Superficies est continua, quia eius partes linea copulantur.

7 Corpus est continuum, quia eius partes linea nectuntur.

8 Tempus est continuũ, quia præsens connectit præteritum & futurum.

9 Locus est continuum si quidem corpus locatum est continuum.

10 Præterea alia ex partibus inuicem positionem inter se habentibus constant, alia ex non habentibus positionem. 11 Vt lineæ partes positionem inter se habent: quoniam vnaquæque sita est alicubi: ac potes explicare & ostẽdere, vbi quæque sita sit in

10 Secunda quanti diuisio.
11 Positionem inter se habent Primo partes lineæ.

plano,& cum qua reliquarum partium cōiungatur.

12 Secundo partes superficiei. 12 Itidem etiam plani partes habent positionem aliquam. similiter enim explicari potest, vbi quæque sita sit,& quænam connectantur inter se. *13 Tertio corporis & loci* 13 Eadem est ratio partium corporis, & loci. *14 Positionem inter se non habent partes numeri, vel temporis.* 14 Sed in numero non potest aliquis ostendere partes eius habere positionem aliquam inter se, vel sitas esse alicubi, vel quæ partes inter se coniungantur, nec partes temporis: quia nulla pars temporis permanet: quod autem non permanet, quomodo positionem aliquam habere potest? sed potius ordinem aliquem habere dixeris. eo quod temporis alia *pars* est prior, alia posterior. Et in numero similiter *res se habet*: quia vnum prius numeratur quam duo, & duo quā tria, atque ita ordinem quendam habere potest, positionem vero non vtique accipies. *15 Nec partes orationis.* 15 Eadem *est* sermonis ratio: quia nulla *eius* pars manet: sed quod dictum est, accipi amplius non potest. quare non potest esse positio partium eius: siquidem nulla permanet. *16 Epilogus.* 16. Alia igitur ex partibus positionem habentibus constant, alia ex non habentibus positionem. *17 Exposita sunt quanta per se, reliqua sunt quanta per accidens.* 17 Atque hæc sola quæ dicta sunt, appellantur proprie Quanta. reliqua vero omnia ex accidente: nam ad hæc respicientes, etiam alia vocamus Quanta. Veluti multum album dicitur, quia superficies magna est & actio longa,& motus multus, quia temporis multum est. non enim per se vnūquodque horum quantum dicitur. Veluti si quis explicet quanta sit actio, tempore definiet, annuam *dicens*, aut alio simili modo explicans. & quantum sit album, explicans, superficie definiet: quia quanta est superficies, tantum etiam album esse dicet. Quare sola proprie quanta per se appellantur, quæ dicta sunt: ceterarum *rerum* nulla

per se, sed ex accidente. 18 præterea Quanto nihil est contrarium. etenim in *quantis* definitis perspicuum *est* nihil esse contrarium, vt bicubito, vel tricubito, vel superficiei, vel eiusmodi alij. nihil enim est eis contrarium. 19 Nisi forte multum pauco dicat aliquis esse contrarium, vel magnum paruo. 20 At horum nullum est quantum, sed potius ad aliquid. nihil enim per se magnum dicitur, vel paruum, sed eo quod ad alterum refertur. Vt mons paruus dicitur, milium magnum: quoniam iis quæ sunt eiusdem generis, hoc est maius, ille minor. ergo ad alterum *fit* relatio: quia si per se paruum aut magnum diceretur, numquam mons paruus diceretur: & milium magnum. Rursus in vico multos homines esse dicimus: Athenis paucos: cum multo plures illis sint. & in ædibus multos: in theatro paucos, cum multo plures illis sint.

21 Præterea bicubitum, & tricubitum, & id genus alia significant quantum: magnum autem vel paruum non significant quātum, sed potius ad aliquid; quia in relatione ad alterum spectatur magnū & paruū: quocirca perspicuum *est* hæc esse *in* eorum *numero* quæ *sunt* ad aliquid. 22 Præterea siue quis ponat eiusmodi *res* esse quantas, siue non ponat; nihil est eis contrarium. quod enim per se accipi nequit, sed ad alterum refertur, quomodo erit ei quidpiam contrarium? 23 Præterea si magnum & paruum sunt contraria; accidet, vt idem simul contraria suscipiat, & eadem sibi ipsis sint cōtraria. accidit enim, vt idem simul magnum & paruum sit. vt pote cum aliquid relatum ad hoc, sit paruum; idemque *relatione* ad aliud *habita sit* magnum. quare idem & magnum & paruum eodem tempore esse contingit; adeo vt simul cōtraria suscipiat. sed nihil videtur cō-

18 Quāti proprietates sunt tres. Primo, quantum non habet contrarium. Meminoris hoc supra fuisse tributum etiam substantiæ.

19 Obiiciuntur magnum & paruum, multum & paucū, quæ videntur esse quanta inter se contraria.

20 Obiectionis solutiones duæ sunt. Prior solutio negat hæc esse quanta, quia verius sunt ad aliquid. Hoc probatur, quia non spectantur per se, sed in relatione ad alterum.

21 Idem probatur, quia vocabula quæ quātum significant sunt absoluta: hæc vero sunt relata.

22 Solutio secunda negat ea esse contraria. Hoc probatur ex eo quod sunt contraria.

23 Idem probatur quia sequeretur alioqui hæc absurditas, idē simul recipere cōtraria, & idem esse sibi ipsi contrarium.

traria simul suscipere. vt in substãtia *perspici potest*: quę quidem videtur posse suscipere contraria. sed nemo simul ægrotat & bene valet, neque album & nigrũ simul est; nec aliud quicquã simul cõtraria suscipit. Eadem quoque sibi contraria esse accidit. nã si magnum est contrarium paruo: idemque simul est magnum & paruum: certe idem sibi ipsi contrariũ fuerit. sed fieri nequit, vt idem sibi ipsi contrarium sit. Non est igitur magnum paruo cõtrarium, nec multum pauco. Quare etiamsi non ad aliquid hæc dicat aliquis *esse*, sed quanta, *tamen* nihil contrarium habebunt. 24 Maxime vero quanti contrarietas videtur in loco esse, nam superiorem infero contrariũ esse ponũt, locum qui ad medium *est*, infra esse dicẽtes: propterea quod maxima est medii distãtia à mũdi extremitatibus. Quinimmo aliorum quoque cõtrariorum definitionem vidẽtur ab his ducere: quãdoquidem contraria definiunt, Quę, cum in eodem genere *sint*, plurimum à se inuicem distant. 25 Non videtur autem quantum recipere contentionem & remissionem, vt bicubitum: non est enim aliud alio magis bicubitum. Nec in numero *est aliqua contentio, vel remissio*: vt tria non magis quam quinque dicuntur quinque vel tria: nec quinque magis, quam tria. Neque tempus dicitur aliud alio magis tempus. Et omnino in nulla dictarũ *specierum quanti* dicitur magis & minus. Quapropter quantum non recipit cõtentionem & remissionem. 26 Sed maxime propriũ *est* quanti dici æquale & inæquale. dictorũ enim quantorũ vnũquodque dicitur æquale & inæquale, vt corpus dicitur æquale & inæquale. numer⁹ quoque, & tẽpus æquale & inæquale dicitur. itidẽ aliorum quæ dicta sunt, vnumquodque æquale & inæquale dicitur. Cætera vero quæ nõn sunt quanta,

24 Rursus obiicitur locus. in quo maxime videtur esse contrarietas. vt inter superum & inferũ qui maxime inter se distant. Hæc obiectio non soluitur in contextu, sed solui potest, quia cõtraria non distant loco. sed natura.

25 Secundo quantum nec contenditur, nec remittitur. Memineris hoc supra fuisse tributum etiam substantiæ.

26 Tertio quãtum dicitur æquale vel inæquale. atq; hoc est maximè proprium quanti.

non vtique videntur æqualia & inæqualia dici. vt dispositio æqualis & inæqualis nõ admodum dicitur, sed potius similis & dissimilis. Item album æquale & inæquale non admodum dicitur, sed potius simile & dissimile. Quare maxime proprium fuerit quanti, dici æquale & inæquale.

De relatis. CAP. VII.

CAP. VII.

AD aliquid ea dicuntur, quæcunque id quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quocũque alio modo ad aliud *referuntur*. 2 Vt μεῖζον, id quod est, alterius dicitur: alicuius enim μεῖζον dicitur. & duplum, id quod est, alterius dicitur: cuiusdem enim duplum dicitur. itidẽque *se habent*, quæcũque *sunt* eiusmodi. Sed & hæc sunt in iis quæ ad aliquid referuntur, vt habitus, dispositio, sensus, scientia, positio. *hæc* enim omnia quæ dicta sunt, id quod sunt, aliorum esse dicuntur, vel quocumque alio modo ad alterum *referuntur*: nec aliud quicquam *sunt*, nam habitus dicitur alicuius esse habitus: & scientia, alicuius scientia: & positio, alicuius positio. itidemque cetera. Sũt igitur ad aliquid, quæcumque id ipsum quod sunt, aliorum esse dicuntur. 3 Vel quocumque alio modo ad aliud *referuntur*. vt mons magnus dicitur *per relationem* ad alterum: quia mons *relatione* ad aliquid *facta* dicitur magnus. & simile, alicui simile dicitur. itidẽque eiusmodi alia dicũtur ad aliquid. 4 Sed & recubatio & status & sessio sunt positiones quædã: positio vero est in *iis quæ sunt* ad aliquid. recubare autẽ, vel stare, vel sedere, non sunt ipsa quidẽ positiones, verum denominate à dictis positionibus dicũtur. 5 Inest autẽ contrarietas *in his quæ sunt* ad aliquid: vt virtus vitio cõtrarium *est*, cũ vtrumque eo-

1 Definitio relatorum secundum antiquos, quæ spectatur secundum dici.

2 Exempla relatorum in patrio casu.

3 Exempla eorum quæ in nullo casu referuntur.

4 Etsi positio est ad aliquid, tamen positum esse constituit aliam categoriam.

5 Relatorum secundum dici quatuor sunt proprietates.

Prima proprietas est, recipere cõtrarietatem.
6 Hæc proprietas non conuenit omnib. relatis.
7 Secunda proprietas est, contendi & remitti.
8 Hæc proprietas non conuenit omnibus relatis.
9 Tertia proprietas est, referri ad ea quæ reciprocantur.

rum sit ad aliquid.& scientia ignorantiæ. 6 Non tamen *in* omnibus *quæ sunt* ad aliquid, contrarietas inest:nihil enim est contrariũ duplo,nec triplo, nec alij eiusmodi. 7 Videtur autem quæ sunt ad aliquid, recipere etiam contẽtionem ac remissionẽ: nam simile dissimile dicitur magis & minus. æquale quoque & inæquale dicitur magis & minus:cũ vtrũque eorum sit ad aliquid,nam simile alicui simile dicitur:& inæquale,alicui inæquale. 8. Sed non omnia *quæ sunt* ad aliquid, recipiunt contentionem & remissionem:quia nec duplum dicitur magis &minus duplum: nec tale quidpiam. 9 Omnia vero quæ sunt ad aliquid, referuntur ad ea quæ reciprocantur. Vt seruus dicitur domini seruus. & dominus, serui dominus. necnon duplum,dimidii duplum:& dimidium, dupli dimidium. item maius, minore maius:& minus maiore minus. Itidem *se res habet* & in aliis: præterquam quod interdum casu differunt in locutione. vt scientia dicitur scibilis scientia: & scibile,scientia scibile. item sensus,sensibilis sensus: ac sensibile,sensu sensibile.

10 Vt reciprocationi sit locus 10 le cõcipienda est relatio.

10 Verum aliquando non videbuntur reciprocari,si non apte *id* traditum sit, ad quod refertur, sed tradens peccauerit:vt ala si ad auem referatur, non reciprocatur,*nec dicitur* auis alæ: quia non apte primum adhibitum fuit, *id est*, ala ad auem. non enim qua *est* auis, ala ipsius dicitur, sed qua *est* alatum: quãdoquidem alæ dicuntur multarum aliarum rerum, quæ nõ sunt aues Quare si apte adhibitũ fuerit,etiã reciprocatur:vt ala dicitur alati ala,& alatũ ala alatũ. 11 Ac fortasse interdũ nomina fingere necesse *est*,*nẽpe* si nomen positũ non sit ei ad quod apte adhiberi posset vt clauus,si ad nauẽ referatur, nõ est cõueniẽs traditio:(quia nõ qua nauis est, eius clauus

11 Si correlatiuum nomine caret, fingendũ est nomen.

dicitur: cũ sint naues quædam, quarũ non sunt claui. Idcirco non reciprocatur: nauis enim non dicitur claui nauis) sed fortasse aptior erit traditio, si ita tradatur, clauus clauati clauus, aut quouis alio modo, quia nomen positum non est. Ac reciprocatur, si aptè traditum sit: nam clauatum *est* clauo clauatum. Itidémque *se res habet* & in aliis, vt caput aptius vtique capitati dicetur, quam animalis: quia non qua *est* animal, habet caput: cum multa animalia capite careant. 12. Ac fortassè potest aliquis ita facillime accipere *ea* quibus nomina posita non sunt, si à primis imponat nomina etiam iis cum quibus reciprocantur: vt in his quæ antea dicta sunt, ab ala alatum, & à clauo clauatum. 13 Quæcumque igitur *sunt* ad aliquid, si conuenienter adhibeantur, ad ea referuntur quæ secum reciprocantur. Nam si ad quoduis adhibeatur, non ad id *ad* quod dicitur: certè non reciprocatur. Dico autem ne quidem eorum, quæ constat referri ad ea quæ reciprocãtur, etiamsi nomina eis imposita sint, vllum reciprocari, si ad aliquod accidens adhibeatur, non ad id *ad* quod dicitur. vt seruus, nisi domini dicatur seruus, sed hominis vel bipedis, vel cuiusuis talis rei: non reciprocatur, quia non est conueniens traditio.

12 Ratio fingendi nominis hæc est, vt à fundamento relationis denominetur correlatiuum.

13 Nisi ad verum correlatiuum fiat relatio non est locus reciprocationi.

14 Quod si aptè traditum sit *id* ad quod refertur: cæteris omnibus quæ sunt accidentia demptis, ac solo hoc relicto ad quod aptè adhibitum est, semper ad id referetur. vt seruus si refertur ad dominũ: demptis omnibus aliis quæ accidunt domino, (veluti bipedem, & aptum ad discendum, & hominem esse) *hoc* tantum relicto, *eum* esse dominum, semper seruus ad ipsũm referetur. seruus enim domini seruus dicitur.

14 Verũ correlatiuum est, quo manente, cæteris demptis manet relatio.

15 Quod si minus aptè traditum sit *id* ad quod re-

15 Correlatiuũ non est quo manente, cæteris demptis, non manet relatio.

fertur: demptis aliis, ac relicto hoc solo ad quod adhibebatur: non referetur *amplius* ad ipsum. Referatur enim seruus ad hominem, & ala ad auem: ac separetur ab homine, eum esse dominum; non enim amplius seruus ad hominẽ referetur: quia nisi sit dominus, nõ est seruus. Itidem etiã ab aue seiungatur, alatum esse: nam ala in relatorũ *numero* amplius nõ erit: quia nisi sit alatum, nequidem ala erit alicuius.

16. Conclusio.

16 Quare oportet *id* tradere, ad quod aptè refertur. & si verbũ positum sit, facilis est traditio. sin minus, necesse est fortasse nomẽ fingere. Quod si ita adhibeantur: perspicuum *est*, omnia *quæ sunt* ad aliquid, referri ad ea, quæ reciprocãtur.

17 Quarta proprietas est simul esse natura.

17 Videntur autem, quæ sunt ad aliquid, simul natura esse, quod sane in plerisque verum est. Simul enim est duplũ & dimidiũ. & cum est dimidium, est *etiam* duplum. & cũ est dominus, est seruus. & cum est seruus, est dominus. Similis est aliorũ ratio. Mutuo quoq; hæc se tollũt: nisi enim duplum sit, nõ est dimidiũ: & nisi dimidiũ sit; nõ est duplũ. Eadem est cæterorũ ratio, quæ *sunt* eiusmodi.

18 Hæc proprietas non conuenit omnibus relatis secundum dici. quia scibile est prius scientia. & sensibile prius sensu. De scibili probatur primo quia res prius sunt quã à nobis sciantur.

18 Sed non in omnibus *iis quæ sunt* ad aliquid, videtur *hoc* verum *esse, ea* simul esse natura. nã scibile videri possit prius esse quam scientia: quia plerumque cum res antea extiterint, *earum* scientias nanciscimur: in paucis enim, aut nullis *rebus* videre aliquis possit, vna cum scibili scientiam ortam esse.

19 Secundo quia sublato scibili tollitur scientia, non contra.

19 Præterea scibile sublatũ, simul tollit scientiam: scientia vero *sublata*, rem scibilem simul non tollit: quia nisi sit scibile, non est scientia: si tamen sciẽtia non sit, nihil prohibet scibile esse: vt circuli quadratura si est scibile: scientia quidem eius nondum est, ipsum autem est scibile. Præterea sublato animali non erit scientia, scibilia vero multa esse cõtingit.

20. Similiter probatur sensibile esse prius

20 Similis est ratio eorum quę ad sensum pertinent

Nam ſenſile prius ſenſu videtur eſſe.ſenſile enim ſublatum ſimul tollit ſenſum.ſenſus vero *ſublatus*, ſenſile ſimul non tollit. Nam ſenſus circa corpus & in corpore ſunt:ſenſili vero ſublato tollitur etiã corpus:(ſiquidem *in* rerum ſenſibilium *numero eſt* etiam corpus)& ſi corpus non ſit,tollitur etiam ſẽſus.quare ſenſile *ſublatum*,ſimul tollit ſenſum.Senſus autem *ſublatus*, non ſimul tollit ſenſile:quia ſublato animali,ſenſus tollitur:ſenſile autem *nihilominus* erit,vt corpus calidum,dulce,amarum,& cætera omnia quæ ſub ſenſum cadunt. 21 Præterea ſenſus ſit vna cum eo quod ſentiendi vi præditum eſt: ſimul enim fit animal & ſenſus.ſenſile autẽ eſt, antequam animal aut ſenſus ſit:ignis etenim, & aqua & cætera eiuſmodi,ex quibus animal conſtat, ſunt etiam antequã omnino animal aut ſenſus ſit.Quãobrem prius ſenſu ſenſile videri poteſt.22 Sed dubitari poteſt:vtrum nulla ſubſtantia *in* eorum quæ ad aliquid referuntur, *numero eſſe* dicatur,quemadmodum videtur,an hoc cõtingat in quibuſdã ſecũdis ſubſtantiis,Sane in primis ſubſtantiis verũ eſt: quia nec totæ primę ſubſtantiæ, nec partes earũ ad aliquid referũtur:nã quidã homo nõ dicitur alicui⁹ quidã homo:nec quidã bos,alicui⁹ quidã bos.Eadẽ eſt ratio partiũ.nã quædã manus nõ dicitur alicuius quædã man⁹,ſed alicuius man⁹:&quoddã caput nõ dicitur alicuius quoddã caput,ſed alicuius caput. Itidẽque *ſe res habet* etiã in pleriſq; ſecũdis ſubſtãtiis. vt homo non dicitur alicuius homo;nec bos,alicuius bos:nec lignũ,alicuius lignũ:ſed dicitur alicuius poſſeſſio.Quæ igitur eiuſmodi ſunt,perſpicuum *eſt* nõ eſſe *in* eorũ *numero*,quæ ad aliquid referũtur.Verũ dequibuſdã ſecũdis ſubſtantiis eſt dubitatio: vt caput dicitur alicuius caput,& manus dicitur alicuius manus:& cætera eiuſmodi quare hæc videri

ſenſu.Prima, quia ſenſibilis ſublato tollitur ſenſus;non contra.

21 Secundo quia ſenſus ſit vna cum animali: ſenſibilia vero ſunt animalib.priora.

22 Hactenus relata expoſuit ſecundũ veterũ ſententiam & definitionẽ, nũc ei obiicit, quod ea definitione retenta quadã ſubſtantiæ reperientur in hac categoria, id eſt partes ſecũdarũ ſubſtantiarũ, quæ dicuntur aliorum eſſe id ipſum quod ſunt,vt caput alicuius caput, & manus alicuius manus.

23. Recentare relatorum definitione à veterib. tradita, obiectio solui nequit.

24 Aristotelica relatorum definitio secundum esse.

25 Veterũ definitio debet accipi ut proprietas, non ut definitio relatorũ

26 Altera relatorũ proprietas est, altero definite cognito etiam alterum definite cognosci.

possunt esse ad aliquid. 23 Ergo si satis commode relatorum definitio tradita est: aut valde difficile, aut impossibile est ostendere, nullam substantiam in eorum *numero esse* dici, quæ ad aliquid *referuntur*. 24 Si verò nõ satis *cõmode*, sed ad aliquid sunt quorũ essentia nihil aliud est quã ad aliquid modo quopiã esse affectũ: fortassis aliquid ad hæc respõderi poterit. 25 Prior autẽ definitio cõuenit quidẽ omnib. iis quæ *sunt* ad aliquid, sed nõ idẽ est, eorũ essentiã esse ad aliquid: & ipsa id quod sunt ad alia referri. 26 Atque ex his manifestum est, si quis definite quidpiã nouerit quod sit aliquid, etiam id, ad quod refertur, eum definite cogniturum esse. Ac perspicuum quidẽ ex his est: quod si quis nouit hoc aliquid esse relatum, relatorũ autẽ essentia, nihil aliud est quã ad aliquid modo quopiam esse affectum; etiam illud nouit, ad quod hoc est aliquo modo affectum, etenim si omnino *id* ignoret, ad quod hoc est aliquo modo affectum: ne quidem, an sit aliquo modo ad aliquid affectum, cognoscet. 27. Sed & in singulis hoc *est* perspicuum. vt si quis definite nouit hoc aliquid esse duplum: etiam cuius duplum sit, statim definite nouit: quia si nullius definite sciuit hoc *esse* duplum, neque an duplum sit omnino nouit. Itidemque si nouit hoc aliquid esse honestius, etiam quo honestius est, statim definite necesse *est eum* cognoscere ob eandem rationem: neque indefinite cognoscet hoc esse deteriori honestius: nã quod *est* eiusmodi, suspicio est, non scientia: quippe cũ non exquisite sciat esse honestius deteriori; quoniã, si ita contingit, nihil erit eo deterius. Quocirca perspicuum *est*, necesse esse vt qui aliquid eorũ quæ cum aliquo conferuntur, definite cognoscit; illud quoque, ad quod refertur, definite cognoscat.

27 Secunda relatorũ proprietas probatur inductione.

28 Sed caput, & manũ, & cætera eiuſmodi quæ ſunt ſubſtantiæ, ipſa quidem id ipſum quod ſunt, definite cognoſcere licet. *id* vero ad quod referuntur, non neceſſe *eſt cognoſcere*. cuius enim *ſit* hoc caput, aut cuius *ſit* hæc manus, non eſt *neceſſe* ſcire definite. quare hæc non poſſunt eſſe in iis quæ ad aliquid *referuntur*. Si vero hæc non ſunt in iis quæ *referuntur* ad aliquid: vtiq; vere dicitur nullam ſubſtantiã eſſe in iis quæ referuntur ad aliquid. 29 Fortaſſis autem difficile *eſt*, eum de huiuſmodi *rebus* certum *aliquid* affirmare, qui non ſæpius in iis verſatus ſit. verũ de his ſingulis dubitaſſe nõ eſt inutile.

28 Partes ſecundarum ſubſtant arum ſeparantur ab hac categor. a:

29 Dubitatio nes de relatis perpurgat e nõ carent vtilitate.

De qualitate, & quali. CAP. VIII.

CAP. VIII.

QValitatem appello, ex qua aliqui dicuntur eſſe quales. 2. Qualitas autem *in* eorum *numero eſt*, quæ multifariam dicuntur. 3 Vna igitur ſpecies qualitatis, habitus & affectio nuncupatur. 4 Habitus ab affectione differt, quia eſt res diuturnior & permanentior, cuiuſmodi ſunt ſcientiæ & virtutes. Nam & ſcientia videtur in iis eſſe quæ ſunt diuturna, & difficulter amouentur, ſi quis vel mediocriter ſcientiam acceperit: niſi magna mutatio fiat à morbo, vel aliquo alio *eiuſmodi* caſu. Itidemque virtus, vt iuſtitia & temperantia & id genus cætera, non videtur facile amoueri aut mutari poſſe. Affectiones vero dicũtur, quæ facile moueri poſſunt, & cito mutantur: vt calor, & frigus, necnon morbus & ſanitas, & cætera eiuſmodi: his enim homo eſt aliquo modo affectus: ſed cito mutatur, dum ex calido frigidus fit, & ex ſanitate in ægritudinem *incidit*. Eadem *eſt* aliarum *affectionum* ratio. Niſi & harum quæpiam longinquitate temporis quaſi na-

1 Qualitatis deſcriptio.

2 Qualitas diuiditur in quatuor ſpecies.

3 Prima ſpecies eſt habitus & affectio.

4 Habitus eſt diuturnior & firmior quam affectio.

turalis euaserit, & immedicabilis sit, aut difficillime amoueri possit: quam aliquis, vt *pote* iam habitum *effectam merito habitum* appellauerit.

5 Datum habitus & affectionis discrimen probatur à communi vsu & ratione loquendi.

5 Perspicuum autem *est*, hæc debere habitus vocari, quæ sunt diuturniora, & difficilius amouentur. nam qui scientiarum dogmata non admodum tenent, sed facile dimoueri possunt, eos non aiunt habere habitum, quamquam affecti sunt aliquo modo secundum scientiam vel deterius, vel melius. Quamobrem differt habitus ab affectione: quia hæc facile amoueri potest, ille *est* diuturnior, nec facile mutatur.

6 Omnis habitus est affectio: non contra omnis affectio est habitus.

6 At vero habitus *sunt* etiam affectiones: *contra* vero affectiones non necessario *sunt* habitus. nam qui habent habitus, *sunt* etiã iis aliquo modo affecti. qui verò affecti sunt, non omnino etiam habitum habent.

7 Secunda species est naturalis potẽtia & impotentia.

7 Alterũ genus qualitatis est, ex quo ad pugillatum cursumve aptos, aut ad sanitatem morbumve procliues *esse* dicimus, & omnino quæcunque secundum naturalem vim aut imbecillitatem dicuntur. non enim singula hæc dicũtur, quia sint aliquo modo affecta: sed quia naturalem vim aut imbecillitatem habent ad aliquid facile faciendũ, aut nihil patiendum. Vt pugillares *seu apti ad pugillatum*, & cursorii *seu apti ad cursum* dicuntur, non quia sint affecti aliquo modo, sed quia naturalẽ facultatẽ habent ad aliquid facile efficiendum. Valentes autem *seu salubri corpore* dicũtur: quia naturalẽ vim habent, ne quid facile à quibuslibet patiantur. Valetudinarii vero, quia naturalẽ imbecillitatẽ habent, vt quid facile à quibuslibet patiãtur. His similia sunt durum & molle. durum enim dicitur: quia *naturalem* vim habet, ne facile secetur. molle autem: quia ad hoc ipsum imbecillitatem habet.

8 Tertium genus qualitatis *sunt* patibiles qualitates & passiones: vt dulcedo, amaror, acerbitas, & quæcũque *sunt* in eodem genere: item calor, frigus, albor, nigror. 9 Has igitur esse qualitates perspicuum est: nam quæ eas recipiunt, ab eis dicuntur qualia. vt mel quia suscipit dulcedinem, dicitur dulce: & corpus *dicitur* albũ, quia recipit alborem, itidemque in aliis *res se* habet. 10 Patibiles autem qualitates dicuntur, non quod ipsa *subiecta* qualitates recipientia, quicquam patiantur. nec enim mel, eo quod aliquid patiatur, dicitur dulce: nec aliud quidpiam tale: similiter calor & frigus, patibiles qualitates dicuntur, non quod ipsa subiecta, à quibus recipiuntur, aliquid patiantur: verum quia in sensibus omnes dictæ qualitates sunt passionis effectrices, *idcirco* patibiles qualitates dicuntur. nam dulcedo passione quadam afficit gustum, & calor tactum, & similiter aliæ.

11 Albor vero & nigror, & cæteri colores, non eodem modo quo ea quæ dicta sunt patibiles qualitates dicuntur, sed quia à passionibus producti sunt. Multas igitur propter passionem mutationes colorum fieri manifestum *est*. nam pudore affectus, ruber factus est; & pauefactus, pallidus, & cætera eiusmodi. quare si quis natura sit huiusmodi passione affectus: consentaneum est, eum simili colore præditum esse. nam quæ nunc, dum pudefieret, affectio circa corpus fiebat: eadem affectio in naturali constitutione fieri potest: adeo vt natura etiam similis color fiat.

12 Quæcumque igitur talia sympromata principium sumpserunt ab aliquibus passionibus quæ nõ facile amoueri possunt, sed permanent, patibiles qualitates dicuntur. Siue enim in naturali *rei* consti-

8 Tertia species est passio & patibilis qualitas, quæ cum spectetur tã in anima, quã in corpore, hic dantur exempla qualitatum corporearum.

9 Quæ in superioris partic. enumeratæ sunt qualitates esse probatur. quia conuenit eis definitio qualitatũ.

10 Eædem vocantur qualitates patibiles dupl ci de causa. Quædam enim ita appellantur, quia passione sensum afficiunt.

11 Alia, quia proficiscuntur ab aliqua passione.

12 Passiones pertinentes ad categoriam Pati separantur a patibili. qualitatibus, & omnino a categor. qualitatis Nam qualitatis definitio patibil b. qualitatibus conuenit.

tutione pallor aut nigror fiat, qualitates dicuntur: quales enim ex eis appellamur, siue ob longũ morbum, aut æstum eidẽ accidit pallor, vel nigror, nec facile emendantur, aut per totam vitam permanẽt: qualitates etiam hæ dicuntur: quia similiter quales ab eis dicimur. Quæcumque vero ab iis fiunt quæ facile dissoluuntur & cito corriguntur, passiones nominantur, non qualitates, quia quales quidam ab eis non dicuntur. neque enim erubescens quia pudesit, ruber dicitur: nec pallescẽs quia timet, pallidus: sed potius *dicitur* aliquid passus esse. Quocirca quæ eiusmodi *sunt*, passiones quidem dicuntur, non tamen qualitates.

Passionib. vero illis non conuenit.

13 Similiter etiam in anima patibiles qualitates & passiones dicuntur. Nam quæcunque in *ipso* ortu statim à quibusdam passionibus, quæ non facile amoueri queunt, effecta sunt, qualitates dicuntur: vt amẽtia, & ira, & cætera eiusmodi. quales enim ab his dicuntur, *nempe* iracundi, & amentes. Similiter quæcumque aliæ sunt amentiæ non naturales, sed quibusdam aliis casibus effectæ, ita vt non facile mutari, aut nullo modo amoueri possint: hæ quoque vocantur qualitates, quia quales ab eis dicuntur. Quæ vero ab iis fiũt quæ facile & cito corriguntur, passiones appellantur: veluti si quis molestia affectus, fiat iracundior. non enim dicitur iracundus, qui in huiusmodi perturbatione iracundior est, sed potius dicitur quidpiam passus esse. quare quæ sunt eiusmodi, passiones quidem dicuntur, qualitates autem nõ *item*.

13 Adiunguntur exempla passionum & patibiliũ qualitatum quæ in anima insunt.

14 Quartum vero genus qualitatis *est* figura, & circa quamque rem consistens forma: *Vt triangulus & quadratum*: præterea rectitudo, & obliquitas & si quid his simile est: qua secundũ singula hæc quale quidpiã dicitur, nam triangulum aut quadratum esse, quale quiddam

14 Quarta species est figura, & externa forma. Figura tribuitur rebus mathematicis, forma naturalibus hæc dicitur externa vt se iungatur à forma interna quæ est essentialis. nam externa non est ἐπίθετον, sed [illegible].

quiddam dicitur: necnon rectum, aut obliquum, sed & secundũ formam vnumquodque dicitur quale. 15 Rarum autem, & Densum, & Asperum, & Leue, videri possunt quale quiddam significare. sed apparet hæc aliena esse à qualis diuisione, situm enim quendam partium videtur potius vtrumque declarare. Densum enim *dicitur*, quia partes sibi inuicem propinquæ sunt. Rarum autem, quia distant à se inuicem. & Læue quidem, quia partes in rectũ quodãmodo positæ sunt: Asperũ autem, quia alia eminet, ılia superatur. 16 Fortassis autem & quidam alius qualitatis modus *esse* videbitur: sed hi sunt, qui maxine fere in vsu versantur. 17 Qualitates itaque *sunt* ıæ, quas diximus. 18 Qualia vero *sunt*, quæ ab eis deıominantur, vel quouis alio modo ab eis *dicuntur*. 9 Pleraque igitur, ac fere omnia denominantur: vt .b albore albus, & à grammatica grammaticus, & iustitia iustus: eadem *est* cæterorum ratio. 20 Quæiam vero, quia non sunt posita qualitatibus nomiıa, non possunt ab eis denominari. vt cursorius, & ugillaris, qui secundũ naturalem potestatem diciır, à nulla qualitate denominatur: quia nõ sunt imosita nomina qualitatibus, secundũ quas hi dicunır quales: sicut imposita sunt scientiis, secundum uas pugiles aut palæstrici ob affectionem dicũtur, ugillaris enim scientia dicitur & palæstricæ à quius denominantur, qui affecti sunt. 21 Interdũ vero iam nomine *qualitati* posito, non denominatur, uod secundum eam dicitur quale. vt à virtute diciır σπουδαῖος, *id est virtute præditus*: nam eo quod virıtem habet, σπουδαῖος *seu virtute præditus* dicitur: sed on denominatur à virtute. verũ hoc non in multis ɔntingit. 22 Qualia igitur dicuntur, quæ à dictis ıalitatibus denominantur, vel quouis alio modo

15 Rarum densum, asperũ leue, non pertinent ad categoriam qualitatis, sed situs.

16 Aut omnes, aut saltem præcipuæ qualitatis species expositæ sunt.

17 Epilogus.

18 Qualium definitio.

19 Vt dicta definitio probe intelligatur: sciẽdum est quædã qualia à qualitatibus denominari.

20 Nonnulla non denominari, quia qualitates nomine vacant.

21 Alia nõ denominari, licet qualitates nominibus prædita sunt.

22 Conclusio.

23 Huius categoriæ prima proprietas est, habere contrarium.

24 Hæc proprietas non omnibus conuenit.

25 Secũda proprietas est: si duorũ contrariorum alterum sit quale, etiam alterum esse quale.

ab eis dicuntur. 23 Inest autem contrarietas in qualitate: vt iustitia iniustitiæ cõtraria *est*, & albor nigrori, & itidem cætera. quinetiam quæ ab eis qualia dicuntur, vt iniustum iusto, & album nigro. 24 Sed nõ in omnibus hoc cõtingit. nam flauo, aut pallido, aut eiusmodi coloribus nihil est contrarium, cum sint qualia. 25 Præterea si contrariorum alterum sit quale, etiam reliquum erit quale. hoc autem ex singulis perspicuum *est* percurrenti alias categorias, verbi gratia, si iustitia, *est* iniustitiæ contraria, & iustitia *est* qualitas: certe etiam iniustitia *est* qualitas: quia nulla alia categoria conueniet iniustitiæ: *id est*, nec quantitas, nec ad aliquid, nec vbi, nec omnino eiusmodi quidpiam præter qualitatem. Itidem *se res habet* etiam in aliis, quæ sunt contraria in qualitate.

26 Tertia proprietas est, contendi & remitti.

27 Hæc proprietas non conuenit habitibus in abstracto acceptis, vt iustitia.

26 Recipiunt autem qualia intentionem & remissionem. album enim magis & minus alterum altero dicitur, & iustum alterum altero magis & minus. quinetiam *Vnum* & idem recipit incrementũ. quod enim candidum est, candidius fieri potest. 27 Non omnia tamen, sed pleraque *ita se habent*. Nã dubitare quispiam possit, an iustitia magis & minus quã *alia* iustitia dicatur: similiterque *dubitari potest* de aliis affectionibus. quidam enim de huiusmodi rebus dubitant: & iustitiam iustitia non admodum aiunt magis & minus dici, nec sanitatem sanitate: sed minus alterum altero habere sanitatis inquiunt, & iustitiæ minus alterum altero habere: itidemque *minus* grãmaticæ, & aliarum affectionum. Quæ vero ab his dicuntur *qualia*, sine dubitatione recipiunt contentionem & remissionem. nam magis grammaticus alter altero dicitur, & iustior, & sanior, & in aliis itidem *se res habet*.

28 Item non conuenit quartæ speciei qualitati.

28 Triangulus vero & quadratum non videtur recipere intentionem & remissionem,

iec vlla alia figura. nam quæ recipiunt trianguli & irculi definitionem, omnia æque trianguli aut circuli sunt. ex iis autem, quæ non recipiunt eandem lefinitionem, non dicetur alterũ altero magis *tale*. iihilo enim magis quadratum, quam altera parte ongius, est circulus: cum neutrum recipiat circuli lefinitionem. Simpliciter autem, nisi ambo reciiant rei propositæ definitionem, non dicetur alteum altero magis *tale*. Itaque non omnia qualia recipiunt intentionem & remissionem. 29 Nihil igiur ex iis quæ dicta sunt, *est* proprium qualitatis. 29 *Quæ hactenus exposita sunt, non sunt vere propria huius categoriæ.* o Similia vero aut dissimilia secundum solas qualiates dicuntur. simile enim alterũ alteri non est alia atione, quam qua est quale. Quare propriũ qualiatis fuerit, simile vel dissimile secundum eam dici. 30 *Quarta & vera proprietas est, dici simile vel dissimile.* 31 Non oportet autem cõmoueri *&* *vereri* ne quis icat nos, cum de qualitate dicere instituerimus, iulta *quæ* ad aliquid *referuntur* connumerasse: quoiam habitus & affectiones dicebamus esse ad aliuid. 32 Fere enim in eiusmodi omnibus genera di- 31 *Obiectio.* intur ad aliquid. singulorum autem nihil *est ad aliud*. Nam scientia cũ sit genus, id quod est, alterius citur: alicuius enim scientia dicitur. singularũ aum scientiarum nulla id quod est alterius dicitur. vt ammatica non dicitur alicuius grammatica, nec usica, alicuius musica. Nisi forte ratione generis quoque dicantur ad aliquid, vt grammatica dicur alicuius scientia, non alicuius grammatica: & usica, alicuius scientia, non alicuius musica. Quasingulæ scientiæ non sunt ad aliquid. dicimur tem quales ex *scientiis* singulis: quoniam has bemus: & scientes dicimur, eo quod singulam scientiarũ aliquas habemus. Quocirca qualitasunt hæ singulæ, à quibus dicimur quales: sed hæ 32 *Solutio prima.*

33 *Solutio secunda.* sunt in iis quæ *referuntur* ad aliquid. 33 Præterea si idem sit quale & ad aliquid: nihil absurditatis est, in vtrisque generibus id connumerari.

De actione, & passione, & reliquis categoriis.

Cap. IX.

Cap. IX.

1 *Actionis & passionis proprietates duæ sunt.* Agere & Pati recipiunt contrarietatem, & contentionem ac remissionem.

2 *Primo habent contrarium.* 2 Nam calefacere & refrigerare sunt contraria: nec non calefieri & refrigerari: item lætari, ac dolere. itaque recipiunt contrarietatem.

3 *Secundo contenduntur & remittuntur.* 3 Et intentionem ac remissionem. calefacere enim licet magis & minus: & calefieri magis & minus: & dolere magis & minus. agere igitur & pati recipiunt intentionem & remissionem.

4 *Epilogus.* 4 Hæc de his dicta sint.

Cap. X.

5 *De situ dictū est supra cap. 7.* 5 Dictum est autem & de *eo quod est* situm esse, in iis quæ *sunt* ad aliquid, *nempe id* à positionibus denominari.

6 *Reliquarum categoriarum exempla.* 6 Quod vero ad reliquas categorias, *id est*, Quando, Vbi & Habere, quoniam manifestæ sunt, nihil aliud de eis dicitur, quam quæ initio dicta fuerunt: quod Habere quidem significat calceatū esse, armatum esse: Vbi, vt in Lycio, in foro, & cætera quæ de his dicta sunt.

7 *Epilogus.* 7 De propositis itaque generibus sufficiunt, quæ dicta sunt.

HYPOTHEORIÆ, VVLGO POSTPRÆDICAMENTA.

Cap. II.

Pars III.

De oppositis. Cap. X.

1 *Proponit dicendum de oppositis.* Iam de oppositis, quot modis opponi soleant, dicendum *est*.

2 *Oppositorum genera sunt quatuor.* 2 Dicitur autem alterum alteri

opponi quadrifariam: vel vt ad aliquid, vel vt contraria, vel vt priuatio & habitus, vel vt affirmatio & negatio. 3 *Sic* autem opponitur horum vnumquodque, vt typo dicam: vt ad aliquid, veluti duplũ dimidio: vt contraria, veluti malum bono: vt priuatio & habitus, veluti cæcitas & visus: vt affirmatio & negatio, veluti sedet, non sedet. 3 *Primo opponuntur relata.*

4 Quæcunque igitur vt ad aliquid opponuntur: idipsum quod sunt, oppositorum dicuntur, aut quomodocumque aliter ad ea *referuntur*. Vt duplum dimidii, idipsum quod est, alterius dicitur: alicuius enim duplum dicitur. Scientia quoque scibili opponitur, vt ad aliquid. diciturque scientia id ipsum quod est, *ipsius* scibilis. & scibile quoque id ipsum quod est, ad oppositũ refertur, *nempe* ad sciẽtiã: nam scibile dicitur aliquo scibile, nẽpe scientia. 4 *Relata idipsũ quod sunt, aliorum esse dicuntur, aut alia quocunque modo ad alterum referuntur.*

5 Quæcunque igitur opponuntur vt ad aliquid: id ipsum quod sunt, oppositorũ *esse* dicũtur, aut quomodocumque inter se *referuntur*. quæ vero opponuntur vt contraria, id ipsum quod sunt, nequaquã sibi inuicem dicuntur: sed contraria inter se dicũtur. neque enim bonum dicitur mali bonum, sed contrarium. nec album, nigri album, sed contrarium. Quare hæ oppositiones inter se differunt. 5 *Secundo opponuntur contraria, quæ distinguntur à relatis.* 6 Quæcunque vero contraria eiusmodi sunt, vt necesse *sit* eorum alterum in iis inesse, in quibus natura comparatum est, vt insint, aut quibus attribuuntur: inter hæc contraria nihil est interiectum. 6 *Contrariorũ quædam sunt immediata.* 7 Quorum autem non *est* necesse alterum inesse in horum medio est omnino aliquid *collocatum*. 7 *Alia sunt mediata.* 8 Vtputa natura comparatum est, vt morbus & sanitas sint in corpore animalis: ac necesse *est*, alterum inesse in animalis corpore, vel morbũ, vel sanitatẽ, itẽ impar & par numero attribuitur: ac necesse *est*, alterũ nume- 8 *Immediatorum exempla.*

ro inesse, aut impar, aut par. atque nihil est his interiectum, nec morbo & sanitati, nec impari & pari.

9 Mediatorum exempla.

9 Quorum vero non est necesse alterum inesse, in horum medio est aliquid. Vtputa natura comparatum est, vt nigrum & album sint in corpore. neq; necesse *est*, alterum eorum in corpore inesse: quia nō omne corpus est vel album vel nigrum. item improbum & probum attribuitur & animali & aliis multis, neque necesse *est*, horum alterum in iis inesse quibus attribuitur: quia non omnia improba aut proba sunt. & est aliquid in horum medio: vt albi & nigri, fuscum & pallidum, & quicumque alii colores *sunt*: improbi autē & probi, quod neque est improbum neque probum.

10 Contrariorū media partim sunt nominata partim innominata.

10 In nonnullis igitur *sic se res habet*, *vt* nomina mediis sint imposita, vt albi & nigri *media sunt* fuscū & pallidum & quicumque alii colores *sunt*. in quibusdam vero haud facile *est*, id quod *est* in medio, nomine demonstrare: sed vtriusque extremi negatione definitur, quod *est* in medio: veluti, quod neque bonum *est*, neque malum, & neque iustum, neque iniustum.

11 Tertiò opponuntur priuatio & habitus.

11 Priuatio autem & habitus dicitur circa idem aliquid, vt visus & cæcitas circa oculum, & vt in vniuersum dicā, in quo natura comparatum est vt habitus sit, circa hoc dicitur horum vtrumque *esse*.

12 Priuatio refertur ad partem & ad tempus, quæ habitum recipiunt.

12 Tunc vero dicimus singula quæ habitum recipere possunt, priuata esse: cū in quo natura inesse debet, aut quādo natura haberi debet, nullo modo inest. edentulum enim dicimus, non quod non habet dentes: & cæcum, nō quod nō habet visum: sed quod non habet, quādo natura habere debet. nam quædā ab ortu nec visum nec dentes habent: non tamē dicuntur edentula, neque cæca.

13 Priuatio & priuatum nec non habitus &

13 Iam vero priuatum esse & habere habitum, non est priuatio & habitus. nam aspectus est habitus,

cæcitas est priuatio. habere autem aspectum, non est aspectus: nec cæcum esse, est cæcitas. etenim cæcitas est priuatio quædam: at cæcum esse, est priuatū esse, non priuatio. Nam si cæcitas & cæcum esse, idē essent: vtraque eidem attribuerentur. atqui homo dicitur cæcus, nequaquam autem homo dicitur cæcitas. 14. Sed & hæc, priuatum esse, & habere habitum, videntur opponi, vt priuatio & habitus. nam modus oppositionis *est* idem, vt enim cæcitas opponitur aspectui; ita etiam cæcum esse, opponitur ei quod *est* habere aspectum. 15 Id quoque quod sub affirmationem & negationem *cadit* non est affirmatio & negatio. nam affirmatio est oratio affirmans, & negatio *est* oratio negās. ex iis vero quæ sub affirmationem & negationem *cadunt*, nihil est oratio, sed res. 16 Sed & hæc dicuntur sibi inuicem opponi vt affirmatio & negatio quoniā in his quoque idem *est* modus oppositionis. vt enim affirmatio & negatio opponuntur, veluti, sedet, non sedet: ita etiam opponuntur res vtrique *orationi* subiectæ, veluti, sedere aliquem, & non sedere. 17 Priuationē autem & habitum non opponi, vt *ea* quæ *sunt* ad aliquid, perspicuum est: quia id ipsum quod est, nō dicitur oppositi. nam aspectus non est cæcitatis aspectus, nec vllo alio modo ad id refertur. item cæcitas non dicitur cæcitas, aspectus: sed priuatio quidem aspectus ipsa cæcitas dicitur, cæcitas autem aspectus non dicitur.

18 Præterea quæcunque *sunt* ad aliquid, referūtur ad ea quæ reciprocantur. quare etiā cæcitas, si esset ad aliquid, reciprocaretur cū eo ad quod refertur. sed non reciprocantur: quoniam aspectus non dicitur cæcitatis aspectus.

19 Ne quidem vt contraria opponi ea quæ

habitu prædicatum. differunt vt abstracta & concreta.

14 Inter abstracta & inter concreta e idem est oppositio.

15 Affirmatio, & affirmatum, nec non negatio & negatum inter se differunt.

16 Affirmata & negatum opponuntur vt affirmatio & negatio.

17 Priuantia distinguuntur à relatis primo quia habitus vel priuatio, id ipsum quod est non dicitur esse oppositi, nec vllo modo ad id refertur.

18 Secundo quia habitus & priuatio non reciprocantur.

19 Priuantia separantur à

contrariis: primo per inductionem, quia nec sunt cōtraria mediata, nec immediata.

quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, ex his manifestum *est*. Nam cōtrariorum, inter quæ nihil est interiectū, semper necesse *est* alterum inesse in quibus natura comparatum est vt insint, aut quibus attribuntur: siquidē inter ea nihil erat medium, quorū alterum necesse erat in eo inesse, quod suscipiendi vim habet: vt in sanitate & morbo, nec non impari & pari *perspici potest*. Inter quæ autem est medium, nūquam necesse *est eorum* alterum in omni *eo* inesse, *quod suscipiendi vim habet*: neque enim album aut nigrum necesse *est* esse, quodcunque suscipiendi vim habet, nec calidum vel frigidum: quia medium aliquod inter hæc esse, nihil prohibet. Præterea eorum erat aliquod medium, quorum alterū in subiecto vim recipiendi habente inesse, necesse non erat: exceptis *iis*, quibus natura vnum inest vt igni calidum esse, & niui albam esse. in his autē definite necesse *est* alterū inesse, non vtrūlibet. neque enim cōtingit ignē esse frigidum, aut niuem nigrā: quare nō *est* necesse, omni *subiecto* suscipiēdi vim habenti inesse horum alterum: sed *iis* solum, quibus natura vnum inest: hisque definite vnum, non vtrumlibet. In priuatione autem & habitu neutrum eorum quæ dicta sunt, verum *est*. Non enim semper in eo quod suscipiendi vim habet, necesse *est* alterum horum inesse: quia quod natura nondum videre potest, *id* neque cæcum esse, neque aspectum habere dicitur. quapropter hæc non erunt ex iis contrariis, quorum nihil est medium. Sed neque *ex iis*, quorum est medium. quoniam necesse *est* quandoque omni *subiecto* suscipiendi vim habenti inesse eorum alterum. cum enim ei à natura tributum est vt visum habeat, tunc aut cæcum aut videns dicetur: nec horum de-

finite alterum, sed vtrumlibet. non est enim necesseaut cæcum esse, aut visum habere, sed alterutrũ. contrariorum vero, quorum est aliquod medium, numquam alterum necesse est inesse in omni *subiecto quod recipiendi vim habet*, sed in quibusdam *tantum*: atque in his definite vnum, non vtrumlibet. Quare manifestum *est* neutro modo vt contraria opponi *ea* quæ secundum priuationem & habitum opponũtur. 20 Præterea in contrariis, dummodo subiectum extet quod habeat vim recipiendi, potest vicissim inter se cõmutatio fieri: nisi si cui natura vnum insit: vt igni calidum esse. Nam & quod est sanum potest ægrotare, & quod *est* album, nigrum fieri: & quod *est* frigidum, calefieri: & quod *est* calidum, refrigerari. ex probo quoque improbus fieri potest, & ex improbo probus. nam improbus ad meliores exercitationes ac sermones deductus, progreditur, quamuis parum ad hoc vt melior sit. quod si semel vel parum incrementum acceperit, perspicuum *est*, *tandem* eum aut perfecte mutatum iri, aut permultum incrementi accepturum. semper enim ad virtutem procliuior fit, si vel modicam progressionem initio fecerit. quare verisimile *est*, eum indies maius incrementum accipere, quod si semper fiat, perfecte in contrarium habitũ *tandem eũ* restituet, nisi tempore excludatur. In priuatione vero & habitu mutatio inter se vicissim fieri nequit. nam etsi ab habitu ad priuationem mutatio fit, tamen à priuatione ad habitum fieri non potest. neque enim qui cęcus factus est, rursus aspexit: neque caluus comam recepit: nec edentulus dẽtes nisit. 21 Quæ vero opponuntur vt affirmatio & negatio, perspicuum *est ea* nullo ex dictis modis opponi: quoniã in his solis necesse, *est* semper alterum

20 Secundo quia contrariorum vicissim commutatio inter se fit à priuatione vero ad habitum nõ datur regressus.

21 Quarto opponuntur contradicentia.

22 Contradicentia distinguuntur ab oppositis simplicibus.

eorum esse verum, alterum falsum. 22 Nec enim in contrariis necesse *est*, semper alterum esse verum, alterum falsum: nec in iis quæ *sunt* ad aliquid, nec in habitu & priuatione. Vt puta sanitas & morbus *sunt* contraria: atque eorum neutrum *est* verum vel falsum. Itidem duplũ & dimidiũ opponuntur, vt ea quæ *sunt* ad aliquid: eorumque neutrum est verum aut falsum. Sed neque ea quæ dicuntur secundum priuationem & habitum: vt aspectus & cæcitas. Et omnino eorum quæ sine omni coniunctione dicũtur nullum est verũ aut falsum: prædicta vero omnia sine coniunctione dicuntur.

23 Eadem contradicentia seiunguntur ab oppositis quæ in coniũctione spectantur. Nam hæc proprietas semper alterum esse verum, alterum falsum, non conuenit contrariis, quæ in coniunctione spectantur.

24 Nec priuantibus.

23 Verum enim vero maxime videri possit tale quidpiam contingere in iis cõtrariis, quæ coniuncta dicuntur. Nã Socratem valere: & Socratẽ ægrotare sunt cõtraria. Sed neq; in his necesse est, semper alterum verũ, alterũ falsum esse. cum enim Socrates est: alterum est verum, alterum falsum; cum autem non est, vtraque *sunt* falsa: quia nec verum est, Socratẽ ægrotare, nec valere: cũ omnino ipse Socrates nõ sit. 24 In priuatione autẽ & habitu, cum omnino *subiectũ* non est, neutrum *est* verum: cum vero *subiectũ* est, nõ semper alterũ *est* verum, alterũ falsum. nã Socratẽ visu præditũ esse, & Socratem cæcum esse, opponuntur vt priuatio & habitus. cumq; *Socrates* est, non *est* necesse alterum esse verum aut falsum, quando enim nõdũ secundum naturã habere debet, vtraque falsa *sunt*. cum vero Socrates omnino non est, sic quoque vtraque *sunt* falsa: *nempe*, eum visu præditum esse, & eum cæcum esse.

25 Sed tantum contradicentibus.

25 Verum in affirmatione & negatione semper, siue *Socrates* sit, siue non sit; alterum erit verum, alterum falsum. nam Socratem ægrotare, & non ægrotare, cum *ipse* Socrates est, perspicuum est alterum horum esse verum, al-

terum falsum. similiterque cum non est *Socrates. cum* enim ægrotare, quando non *est*, falsum *est*: non ægrotare autem, est verum. 26 Quare his solis, quæ opponuntur, vt affirmatio & negatio, proprium est semper alterum eorum verum vel falsum esse. *26 Conclusio.*

De contrariis. CAP. XI.

Bono contrarium necessario est malum, atque hoc manifestum *est* singularum rerum inductione, vt sanitati *contrarius est* morbus, & iustitiæ iniustitia, & fortitudini ignauia, & cętera similiter. *1 Quod bono contrarium est, malum est.*
2 Malo autem interdum bonum est contrarium, interdum malum, nam defectui qui est malum, exuperantia est contraria quæ est malum. mediocritas vero, quæ similiter vtrique est contraria, bonum est. In paucis autem hoc videre licet: sed in plurimis semper malo bonum est contrarium. *2 Quod est malo contrarium, interdum est bonū, plerūque est malum.*
3 Præterea non necesse est si contrariorū alterum sit, etiam reliquum esse. nam omnibus beneualentibus, sanitas erit, non morbus: itemque si omnes albi sint, albor erit, non nigror. 4 Præterea si Socratem valere, & Socratem ægrotare, contraria sunt: nec simul contingit vtraque *contraria* eidem inesse: fieri nō potest, vt cū alterū contrarium sit, etiā reliquum sit, cū enim *verum* est, Socratem valere, nō potest esse *verū*, Socratem ægrotare. 5 Manifestum vero *est* natura ita comparatū esse, vt cōtraria sint circa idem vel specie vel genere. natura enim comparatū est, vt morbus & sanitas sit in corpore animalis. albor autē & nigror, simpliciter in corpore: iustitia vero & iniustitia in anima hominis. 6 Necesse *est* autem, omnia contraria vel in eodem *3 Vnum cōtrarium sine altero esse potest sine contraria, spectentur sine cōiunctione: vt sanitas sine morbo, albor sine nigrore.* *4 Siue in coniunctione vt Socratem valere, Socratem ægrotare.* *5 Contrariorū sub ectum est idem specie, vel genere.* *6 Contraria vel sunt in eo-*

dem genere, vel in contrariis generibus vel ipsa sunt genera.

genere esse, vel in contrariis generibus, vel ipsa genera esse. Album enim & nigrum *sunt* in eodẽ genere: quia color *est* eorum genus: iustitia vero & iniustitia *sunt* in contrariis generibus: nam illius genus *est* virtus, huius vitium. bonum autem & malũ non sunt in genere sed ipsa sunt genera aliquorũ.

CAP. XII. *De priori.* CAP. XII.

1 Prius accipitur multis modis.

2 Primo tempore.

3 Secundo natura quod non reciprocatur secundum existendi consecutionem.

PRius aliud alio dicitur quadrifariam. 2 Primum ac maxime proprie ratione temporis: ex quo aliud alio vetustius & antiquius dicitur. nam antiquius & vetustius dicitur. quia tempus longius est. 3 Secundo quod non reciprocatur secundum existendi consecutionem. Vt vnum duobus *est* prius. nam si duo sunt, statim sequitur, vnũ esse. quod si vnum est: non est necesse, duo esse. quare non reciprocatur, vt, si vnum sit, sequatur reliquum esse. Prius autem videtur id esse, à quo non reciprocatur existendi consecutio.

4 Tertio ordine.

4 Tertio ratione ordinis prius dicitur: vt in sciẽtiis, & orationib. nam ordine prius & posterius inest in scientiis demonstratiuis. elementa namq; *sunt* ordine priora descriptionibus. & in grãmatica, elementa *sunt* priora syllabis. similiterque in orationibus: quoniam prooemium ordine prius est narratione.

5. Quarto dignitate.

5. Præter ea quæ dicta sunt: quod est melius & præstantius, *id* videtur *esse* natura prius. Multi etiam dicere soliti sunt priores apud se esse, quos magis honorant, magisque diligũt. Sed hic modus est omnium fere maxime alienus.

6 Epilogus.

7 Quinto natura quod est causa.

6 Qui igitur modi Prioris vsurpantur, fere tot sunt. 7 Sed præter modos commemoratos videri potest etiã alius esse Prioris modus. eorum enim quæ secundum

existendi consecutionem reciprocatur, quod quomodocumque est causa cur alterum sit, merito prius natura dici potest: esse autem quædam talia, manifestum *est.* nam esse hominem cum vera de eo oratione reciprocatur, secundum existendi consecutionem, quandoquidem si homo est, vera *est* oratio qua dicimus hominem esse, & reciprocatur: quia si vera est oratio qua dicimus hominem esse, homo est. vera autem oratio nequaquam est causa cur res sit: sed constat, rem quodammodo causam esse cur vera sit oratio. nam quia res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. 8 Quare quinque modis aliud alio prius dici potest. *8 Epilogus.*

De modis simul. CAP. XIII. CAP. XIII.

SImul autem dicũtur simpliciter & maximè propriè, quorum ortus est in eodem tempore. neutrum enim horum est prius, aut posterius. hæc autem dicuntur simul tempore. 2 Natura vero simul *dicuntur*, quæcumque reciprocantur quidem secundum existendi consecutionem, sed nullo modo alterum est causa cur alterum sit. vt in duplo & dimidio *perspici potest.* hæc enim reciprocantur: quia cum duplum est, dimidium *quoque* est: & cum dimidium est, duplum est: neutrum vero est causa cur alterum sit.

1 Simul accipitur multis modis. Primo tempore.

2 Secundo natura, quod reciprocatur cũ altero, nec est eius causa vel effectus.

3 Ea quoque quæ ex eodem genere sibi inuicem in diuisione opponuntur, simul natura dicuntur. Sibi inuicem in diuisione opponi dicuntur, quæ in eadem diuisione *ponuntur*: vt volucre *opponitur* terrestri, & aquatili. hæc enim sibi inuicem *in diuisione* opponũtur, cum sint ex eodem genere: quippe cum animal in hæc diuidatur, *hoc est*, in volucre, & terre-

3 Tertio natura quod in eadem diuisione ponitur.

stre, & aquatile:atque horum nullum est prius vel posterius:sed videntur hæc simul esse natura. Rursus horum vnumquodque in species diuidi potest: veluti volucre, terrestre, aquatile. erunt igitur illa quoque simul natura,quæ sunt ex eodem genere in eadem diuisione. 4 Genera vero speciebus semper priora sunt: quia non reciprocantur secundum existendi consecutionem. Veluti cum est aquatile, est animal:cum autem est animal, non est necesse aquatile esse. 5 Simul igitur natura dicuntur, quæcumque reciprocantur secundum existendi consecutionem,sed neutiquam alterum est causa cur alterum sit:& quæ ex eodem genere in diuisione sibi inuicem opponuntur. simpliciter autem simul *sunt*, quorum ortus est eodem tempore.

4 Genus est prius specie.

5 Epilogus.

CAP. XIV.

De Motu. CAP. XIV.

Motus species sūt sex,ortus, interitus, auctio, diminutio, variatio & secundum locū mutatio. 2 Alios igitur motus inter se differre perspicuum *est*: quoniam ortus non est interitus, neque auctio *est* diminutio, neque secundum locum mutatio.eadem *est* aliorū ratio. 3 In variatione autem dubitatio quædam est,ne quādo necesse sit,id quod variatur,secundum aliquem reliquorum motuum variari. 4 Hoc autem verum non est. fere enim secundum omnes aut plurimas passiones contingit nos variari, nulla alia motione in societatē adiuncta.etenim neque augeri necesse *est*,quod secundum passionem mouetur, neque diminui.eadem *est* aliorum ratio.Quare diuersa est ab aliis motionibus variatio.Nam si esset eadem,oporteret id quod variatur,confestim etiam augeri, vel minui,

1 Motus species sunt sex.

2 Distinguuntur dictæ species inter se.

3 De variatione tamen dubitatur.

4 Sed & variatio distinguitur ab aliis mot.bus: cum quia sine illis esse potest.

el aliam aliquam motionem ſequi *quod* tamen nō ? neceſſarium. 5 Itidem etiā quod augetur, aut alio nodo mouetur, variari deberet: atqui nonnulla auentur, quæ *tamen* non variantur, vt puta quadrāım gnomone circumpoſito auctum quidem eſt, on tamen variatum. Idem fit etiam in cæteris eiuſıodi. Quare hæ motiones diuerſæ ſunt inter ſe. Iam vero ſimpliciter motioni contrariū eſt quies. ngulis autem ſingulæ: ortui quidem interitus; auionі diminutio: loci mutationi quies in loco, maime autem videtur opponi mutatio in locum conariū, vt deſcenſui adſcenſus, & deſcēſui deſcēſus. 7 Reliquæ vero ex motionibus explicatis nō faci*eſt* exponere quid cōtrariū ſit: ſed nihil ei videtur ſe contrariū. niſi quis etiam huic opponat quietē ı qualitate, vel mutationem in contrariam qualitem: quemadmodum etiam loci mutationi *oppoımus* quietem in loco, vel mutationem in contraum locum. Variatio namq; eſt mutatio in qualite. quamobrem opponetur motui ſecundum ualitatem, quies ſecundum qualitatem, aut mutio in contrariam qualitatem, ſicut opponuntur bum fieri, & nigrum fieri: quia *res* variatur facta ıalitatis mutatione in contraria.

5 Tum etiā quia poſſunt alij motus eſſe ſine variatione.

6 Motui opponitur quies, & motui contrarius.

7 De variatione dubitatur idem tamen in ipſa obtinere, oſtenditur.

De modis habendi. CAP. XV.

CAP. XV. 1 Habere accipitur multis modis: proinde refertur ad diuerſas categorias.

HAbere multis modis dicitur. 2 Vel enim vt habitum & affectionem, aut aliquā aliam quaatem. nā dicimur & ſcientiā habere, & virtutem. Vel vt quantū: vt quam quis magnitudinē habet: citur enim habere magnitudinem trium quaor ve cubitorum. 4 Vel vt ea, quæ ſunt circa rpus: vt veſtimentum, aut tunicam.

2 Primo dicitur habere habitum vel affectionem. Refer ad qualitatem.

3 Secundo magnitudinem Refer ad quantitatem

4 Tertio circa corpus. Refer ad Categoriā Habere.

5 Vel vt in parte: vt in manu anulum. 6 Vel tamquam partem: vt manum, vel pedem.

7 Vel vt in vase: vt modius triticum, aut amphora vinum: dicitur enim amphora habere vinum, & modius triticum: hæc igitur omnia dicuntur habere tamquam in vase. 8 Vel vt possessionem: dicimur enim habere domum, vel agrum. 9 Dicitur etiam vir mulierem habere, & mulier virum. Sed hic habendi modus, quem nunc dixi, videtur esse maxime alienus: quia hoc *sermone*, habet mulierem, nihil aliud significamus, quam simul habitare. 10 Fortasse autem habendi videri possunt *esse* etiam aliqui alii modi: sed qui dici consueuerunt, fere omnes enumerati sunt.

5 Quarto in parte Refer ad eandem categoriam.

6 Quinto partem Refer partes essentiales ad substantiam integrantes ad quantitatem subiectiuas ad relata.

7 Sexto vt in vase Refer ad Categoriã vbi.

8 Septima possessionem Refer ad categoriã relatorum.

9 Octauo virum, vel vxorem. Refer *ad eandem categoriam relatorum.*

10 Enumerati sunt aut omnes, aut præcipui modi.

ARISTO.

ARISTOTELIS DE INTERPRETATIONE LIBER VNVS.

IVL. PACIO Interprete.

DE INTERPRETATIONE GENERALITER ACCEPTA.

TRACTATVS I.

CAPVT I.

PRIMVM oportet ponere *a* quid sit nomen, & quid verbum: deinde quid sit negatio, & affirmatio, & enunciatio, & oratio. 2 Quæ *b* igitur *sunt* in voce, sunt notæ passionũ *c*, quæ *sunt* in anima: & quæ scribuntur, *sunt notæ* eorum, quæ *sunt* in voce.

3 Atque vt literæ non *sunt* apud omnes eædem, ita nec voces *sunt* eædem. Sed passiones animi, quarum hæc *d* primũ *e sunt* signa, eædem *sunt* apud omnes, eædem *sunt* etiam res, quarum hæ *passiones sunt* simulachra. 4 Ac de his *f* quidem dictum est in *libris* de anima *g*. quia pertinent ad alium tractatum. 5 Quemadmodum autem in anima interdum est

ΤΜΗ͂ΜΑ. A

1 *Subiectum huius libri materiale, id est, res considerandæ, sunt nomen verbum, &c. quæ omnia appellatione interpretationis continentur.*

a Definire.

2 *Subiectum formale, seu modus considerãdi est, quatenus voces interpretantur passiones seu conceptus animi, & consequenter res ipsas.*

b Sub. nomina, verba, & orationes.

CAP. I.

c In partic. 5 *i* vocabit. *νοήματα*, intelligẽtias intelligere est pati. 3. de anima. c. 5. par. 2.

3 *Apud omnes homines sunt eadem res, & eadem νοήματα, non eadem voces, nec eadem literæ.*

d Quæ sunt in voce.

e Immediate nã voces immediate significant animi cõceptus, & per hos significant res ipsas quatenus conceptus illi sunt rerũ imagines & simulachra. 4 *Reiicit tractatum περὶ τῶν νοημάτων in libro de anima.* *f* Intelligentiis. *g* Lib. 3. c. 7. & in calce c. 9. 5 *Interpretatio dividitur in simplicem & compositam.*

intelligentia veri vel falſi expers, *h* interdum vero cui iam neceſſe *eſt* alterum horũ ineſſe *i*, ita etiam in voce. nam in cõpoſitione & diuiſione *k* eſt veritas aut falſitas. 6 Ipſa igitur nomina & verba aſſimilantur intelligentiæ quæ *eſt* ſine compoſitione & diuiſione: vt homo, aut album, quãdo non eſt aliquid adiectum: quia nondum *eſt* verum, aut falſum. cuius *rei* ſignum eſt: quia Hircoceruus ſignificat quidem aliquid *l*, nondum tamen verum quidpiam, aut falſum, niſi Esse aut Non esse adiiciatur, vel ſimpliciter *m*, vel ſecundũm tempus *n*.

h Hæc eſt ſimplex intelligentia.
i Hæc eſt intelligentia compoſita, quæ eſt vera aut falſa.
k Affirmatio componit, negatio diuidit.
6 Simplex interpretatio ſubdiuiditur in nomen & verbũ.
l Aliquem mentis conceptum.
m Id eſt, in tempore præſenti, quod proprie non eſt tempus, ſed principium temporis. vt vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri.
n Præteritũ, vel futurum.

DE SIMPLICIBVS INTERPRETATIONIBVS.

Tractatus II.

De nomine. Cap. II.

NOMEN igitur eſt vox ſignificans ex inſtituto, ſine tempore *a*, cuius nulla pars *b* ſignificat ſeparatim. 2 Nam in nomine Κάλλιππος, nihil ἵππος per ſe ſignificat, vt in hac oratione καλὸς ἵππος. Sed non vt in nominibus ſimplicibus, ſic res ſe habet in coniunctis. *c* in illis enim pars nullo modo ſignificat: in his vero vult quidem *aliquid ſignificare*, ſed nihil *ſignificat* ſeparatim vt in *vocabulo* ἐπακτροκέλης nihil illud κέλης ſignificat per ſe *acceptum*. 3 Ex inſtituto autem *dixi*: quia nullum nomen eſt natura, ſed cum ſit nota. ſignificant enim aliquid etiam ſoni illiterati, veluti belluarum, quorum nullum eſt nomen. 4 Non homo *d* vero non *eſt* nomen. atqui non eſt conſtitutum nomen, quod oporteat id appellare: quia nec eſt oratio, & negatio. ſed eſto

1. Definitio nominis.
a Id eſt, non adſignificãs quando ſit res ſignificata.
b ſyllaba vel ſyllabæ.
2 Etiam nominum compoſitorum partes nihil ſignificant.
c Simplicis nominis pars vt ſyllaba ho, quæ eſt pars nominis homo, nec per ſe ſignificat, nec in nomine conſignificat: compoſiti autem nominis, vt omnipotens, pars, vt potens, per ſe quidem non ſignificat in compoſitione, tamen conſignificat. Aliud eſt, ſignificare, aliud adſignificare, aliud conſignificare. *3 Nomina ſunt ex inſtituto. 4 Nomen infinitũ.* *d* Quod dicit de nõ [illegible]em intellige de quouis alio nomine, cui præpoſitũ ſit negãdi aduerbiũ.

nomen infinitum: quia similiter in quouis inest, tam ente quam non ente. *e* 5 Philonis autem, aut Philoni & cetera eiusmodi, non *sunt* nomina, sed casus nominis. Definitio autem huius, quod ad cetera, est eadem *cum definitione nominis*. sed quia *coniunctum* cum *verbo* Est, vel Erat, vel Erit *f*, non significat verum aut falsum; nomen vero *id* semper *significat*: *idcirco à nomine* differt. Vt puta Philonis est, aut non est: nec non enim significat verum, nec falsum.

e Significat quiduis præter hominẽ.
5 *Casu nominis.*
f Alia ratio est verborũ impersonalium, quibus cum casus nominis enũciat verũ aut falsũ: veluti Socratẽ pudet, Socratẽ pœnitet, Socratis interest.

De Verbo. CAP. III.

CAP III.
1 *Definitio verbi.*

VErbum autem est *a*, quod adsignificat tempus, cuius nulla pars significat separatim. & est semper nota eorũ quæ de altero dicuntur. 2 Dico autem adsignificare tempus: vt puta, valetudo est nomen: valet, verbum; adsignificat enim, nunc inesse. *b* 3 Et est semper nota eorum quæ de altero dicuntur: vt eorum quæ de subiecto, vel in subiecto sunt. *c* 4 Non valet autem & non laborat non voco verbũ: etsi adsignificat tempus, & semper de aliquo est. *d* Huic vero differentiæ *e* non est nomen impositum: sed esto infinitũ verbum: quia similiter in quouis inest, tam ente, quam non ente *f*. 5 Similiter Valuit & Valebit, non *voco* verbum, sed casus verbi. à verbo autem *hæc* differunt: quoniam illud adsignificat tempus præsens: hæc vero *adsignificant tempus* quod *est* circa *præsens* *g*. 6. Ipsa igitur verba per se dicta, sunt *h* nomina, & significant aliquid *i*. (nam qui dicit k, *audientis* dianœam sistit,

a Omittit definitionis partes ex nominis definitione repetẽdas id est, vox significans ex instituto.
2 *Exponit illã differentiam in verbi definitione positam quod adsignificat tempus.*
b Nunc esse valetudinẽ.
3 *Exponit alteram differentiam, est semper nota, &c.*
c De subiecto dicuntur vniuersalia, in subiecto sũt accidentia,

Categ. c. 2. par. 2. 4 *Verbum infinitum.* *d* Est nota eius quod alteri attribuitur, quia dicitur de subiecto, vel est in subiecto. *e* Id est, rei differentis à verbo. *f* Significat quiduis præter valetudinem vel morbum. 5 *Casus verbi.* *g* Tempus præteritum, vel futurum. 6 *Sum es, est, cum nullam rem significat, sed tantum nectit attributum cum subiecto, non est proprie verbum, sed copula verbalis.*
h Nomen quodammodo in verbo continetur, quia verbum nomini addit adsignificationem temporis, ac nexus attributi cum subiecto. *i* Perinde vt nomina.
k Qui profert aliquod verbum.

& qui audiuit, acquieuit *m*) sed vtrum sit, an non *sit*, nondum significat *n*. neque enim ESSE aut NON ESSE *o* est signum rei *p*: ne quidem si ipsum Ens dixerit nudum *q*: id enim nihil est *r*? sed compositionem quandam *ſ* ad significat, quam sine compositis *t* non licet intelligere.

DE INTERPRETATIONIBVS COMPOSITIS, ID EST, ORATIONIBVS.

Tractatus III.

De oratione. CAP. IV.

ORatio est vox significans ex instituto, cuius aliqua pars significat separatim. 2 *Significat inquam*, vt dictio non vt affirmatio vel negatio. Dico autem: vt homo significat quidem aliquid, non tamen *significat* esse, vel non esse: sed erit affirmatio, vel negatio, si quid *a* adiunctum fuerit. 3 At vero hominis syllaba vna non *significat*. neque enim in vocabulo, Sorex significat *aliquid*: sed nunc est tantum vox. in duplicibus *b* autem *vocabulis pars* significat quidem aliquid, sed non per se *accepta c*. vt dictum est. 4 Iam vero omnis oratio significat, non vt instrumentum *d*, sed (quemadmodum dictum est *e*) ex instituto. 5 Enunciatiua autem *est*, non omnis, sed *ea* cui verum vel falsum dicere conuenit: nō omnibus autem conuenit; vt precatio est quidem

l Intelligentiam quandā imprimit in animo auditoris.
m Nō quærit quid eo verbo significetur.
n Non affirmat, nec negat, priusquā cum nomine coniunctū faciat enunciationem.
o Quod descēdit à Sum, es, est, verbali copula.
CAP. IV.
p Significat rem aliquā.
q Ens nudum est, quod descendit à copula Sum, es, est. aliud est ens nō nudū, quod est subiectum metaphysicæ, ac descendit a verbo Sum, es, est. Cū enim Sum, es, est, significat esse ens, vt in hac enunciatione, Deus est, tunc est verum verbum: cum autē nectit attributum cū subiecto, vt in hac enunciatione, Homerus est poeta, tunc non est verum verbum: sed copula verbalis. *r* Nullam rem significat. *ſ* Id est, nexum attributi cum subiecto. *t* Extra enunciationem.

1 *Definitio orationis.* 2 *Exponit vocabulum, significat, positum in definitione orationis.* *a* Verbum, aut casus verbi. 3 *Expon t prouocabulum, aliqua, positum in eadem definitione.* *b* Compositis, vt ἱππακτροχέλης hircoceruus *c* Id est, non significat, sed consignificat, si proprie loqui velimus. *d* Non vt naturale instrumentum naturalis facultatis loquendi, est quidem, vt cæterarū naturalium facultatum, ita m huius instrumentū naturale, verū eiusmodi instrumenta sunt labia, lingua, c. nō oratio, seu vox, quę est potius effectus, quā instrumentum. *e* Part. 1.

oratio, sed nec vera, nec falsa. 6 Cæteræ igitur *orationes* missæ fiant; quoniam rhetoricæ vel poeticæ magis propria *est earum* consideratio. enunciatiua autem præsentis est inspectionis.

De enuntiatione. CAP. V.

PRima autem vna oratio enunciatiua est affirmatio, deinde negatio: reliquæ vero omnes *sunt* vnæ coniunctione. 2 Sed omnem orationem enunciantem necesse *est* ex verbo esse, vel ex casu verbi, *a* etenim hominis definitio, nisi Est, aut Erat, aut Erit, aut eiusmodi quidpiam addatur, nondum *est* oratio enunciatiua.

3 Cur igitur animal terrestre bipes, est vnum quid non multa? neque enim ideo erit vna *oratio*, quia cōtinenter pronuncietur. Sed huius rei explicatio pertinet ad aliam tractationē. *b* 4 Est autem vna oratio enunciatiua, vel quæ vnum significat, *c* vel quæ coniunctione *est* vna. *d* multæ autem, quæ *vel* multa & non vnum *significant* *e*, vel coniunctione carēt

5 Ergo nomen & verbum esto dictio tantū: quoniam dici nequit, eum, qui sic aliquid voce exprimit, enunciare, siue ab aliquo sit interrogatus, *g* siue nō sit *interrogatus*, sed sponte sua loquatur: harum autem alia est simplex, vt aliquid de aliquo, aut aliquid

1 Prima enunciationis proprietas est attribui neque qualiter id est (vt scholastici loquuntur) prædicari per prius & posterius.

2 Altera enunciationis proprietas est, cōstare ex verbo, aut casu verbi.

a Supple, aut copula verbali, quæ hic videtur appellatione verbi cōtineri. neq; suppleas aut verbo infinito: quia quod per se dicebatur verbū infinitum, id cū in enūciatione attribuitur, est verū verbū, nec dicitur verbum infinitum, sed verbum negans. *3 Definitio est vna oratio, licet nō nectatur verbo, nec sit vna enunciatio.* *b* Ad Metaphysicam, vide Metaphysicorum lib. 6. c. 12. *4 Vnitas & multitudo enunciationum spectatur, vel in voce, vel significatione.* *c* Vt Socrates, est homo. *d* Vt Socrates est homo albus, *e* Vt canis mouetur: si quidem canis homonymos accipiatur pro sydere, quadrupede, & pisce. *f* Vt, Tibi gratulor, mihi gaudeo, tua tueor *5 Quæstio tertia quomodo vna & simplex enunciatio distinguatur à dictione, id est, a nomine & verbo & ab enunciatione composita,* *g* Interrogāti respondens, videtur vna dictione enunciare; quoniam aliquid ex interrogatione tacite repetitur veluti, quis docet? Socrates, ex interrogatione subauditur, docet. ita perfectè enunciatio est, Socrates docet, constans ex nomine expresso, verbo subaudito.

ab aliquo; *b* alia ex his constans, vt oratio quædam iam composita. 6 Ac simplex enunciatio est vox significans inesse aliquid, aut non inesse *i*, pro temporum diuisione *k*.

b Dictio est simplex, quia vnum significat: enunciatio vero simplex, quia significat vnũ de vno.

6 Simplex enũciatio vel significat esse, vel nõ esse vel fuisse, vel non fuisse, vel fore, vel non fore.

i Id est, enũciatio, vel affirmat, vel negat.

k Id est enũciatio vel cõfertur in tẽpus præsens, vt homo currit: vel in præteritum, vt homo currebat: vel in futurum, vt homo curret.

De affirmatione, & negatione, & contradictione.

CAP. VI.

AFfirmatio est enunciatio alicuius de aliquo. 2 Negatio est enunciatio alicuius ab aliquo. 3 Quia vero quod inest enunciare licet, quasi non insit, & quod non inest, quasi insit, & quod inest, quasi insit, & quod non inest, quasi non insit; itidemque in temporibus quæ sunt extra præsens, *idcirco* quodcumque aliquis affirmauerit, negari; & quodcumque quis negauerit, affirmari potest: quare manifestum *est*, omni affirmationi esse negationem oppositam: & omni negationi affirmationem. 4 Atque hoc esto contradictio, affirmatio & negatio oppositæ. 5 Dico autem opponi eam quæ *est* eiusdem *a* de eodem *b* non homonymos, & cætera eiusmodi quæ determinauimus aduersus sophisticas molestias.

1 Definitio affirmationis

2 Definitio negationis.

3 Contradictionem esse probat ex eo, quod affirmare & negare licet tam vere quam falso. *4 Definitio contradictionis.* *5 Exponit datam contradictionis definitionem.* *a* Attributi. *b* Subiecto. *c* In lib. de sophisticis elenchis.

DE ENVNCIATIONIBVS SINE MODO, Tractatus IV.

De enunciationibus vniuersalibus, particularibus, indefinitis, & singularibus.

TMHMA B

CAP. VII.

CAP. V.

QVoniam autem rerum aliæ sunt vniuersales, aliæ singulares:(vniuersale appello, quod sua pte natura multis attribuitur. singulare, quod non *attribuitur.* vt homo *est* res vniuersalis: Callias, singularis) necesse *est* vtique enunciare, aliquid inesse aut non *inesse* interdum rei vniuersali, interdum rei singulari. 2 Si quis igitur vniuersaliter de *re* vniuersali enunciet aliquid inesse aut non *inesse*: erũt hæ enunciationes contrariæ. Dico autẽ de re vniuersali vniuersaliter enũciare: veluti omnis homo *est* alb⁹, nullus homo *est* albus. 3 At cum de *rebus* vniuersalibus non vniuersaliter *enunciat*, hæ non sunt contrariæ: quæ vero significantur, possunt aliquando *a* esse contraria. Dico autem, non vniuersaliter enunciare de *reb.* vniuersalibus: veluti, est albus homo, non est albus homo. cum enim homo sit *res* vniuersalis, non quasi vniuersali vtitur *in* enunciatione. etenim OMNIS, non rem vniuersalem significat, sed vniuersaliter *subiectum accipi ostendit.*

4 Attributum autem vniuersale si vniuersaliter attribuatur, non est verum pronunciatum, nulla enim affirmatio vera erit, in qua, cum attributum sit vniuersale, vniuers-

1 *Tam affirm tio, quam neg tio, vel est de vniuersali, de re singula*

2 *Vniuersal affirmatio & negatio sunt contrariæ.*

3 *Indefinitæ non sunt con trariæ, nisi a cipiantur pro vniuersalibu*

a Cum sub ctum indef tum accipi tur pro vni uersali.

4 *Nota vni salis, vt om nullus, non bet adiungi tributo sed t tum subiecto enunciati on.*

aliter attribuitur, vt omnis homo est omne animal. 5 Dico igitur affirmationem negationi opponi cōtradictorie, id est, eam quæ rem vniuersalem significat *vniuersaliter* ei quæ eandem significat non *esse* vniuersaliter *acceptēdam*: vt omnis homo *est* albus, nō omnis homo *est* albus: nullus homo *est* albus, est quidam homo albus. Contrariè autem, *rei* vniuersæ affirmationem & *rei* vniuersæ negationem: vt omnis homo *est* albus. nullus homo *est* albus. omnis homo *est* iustus, nullus homo *est* iustus. 6 Idcirco hæ non possunt esse simul veræ. 7 His autem oppositas contingit aliquando in eodem simul veras esse: veluti, non omnis homo *est* albus, &, est aliquis homo albus. 8 Quæcumque igitur *rerum* vniuersaliū contradictiones sunt vniuersaliter, *earum* necesse *est* alteram esse veram vel falsam. 9 Et quæcumque sunt de *rebus* singularibus: vt, est Socrates albus, non est Socrates albus. 10 At *earum* quæ sunt de *rebus* vniuersalibus, non tamen vniuersaliter, non semper altera est vera, altera falsa. Nam simul verè dicitur, est homo albus & non est homo albus. itē homo est pulcher, & non est homo pulcher: etenim si turpis *est*, non est pulcher: & si quid fit, non*dum* est, statim autem videri potest absurdum esse: propterea quod videtur idem significare hoc *effatum*, non est homo albus. simulque hoc, nullus homo *est* albus. sed nec idem significat, nec simul necessario *est*.

11 Perspicuum autem *est*, vnam negationem vnius affirmationis esse. idem enim oportet negationem negare, quod affirmatio affirmauit, & ab eodem, *id est*, vel *ab* aliquo particulari, vel ab aliquo vniuersali, siue vniuersaliter, siue non vniuersaliter *accepto*: verbi gratia, est Socrates albus, non est Socrates albus. quod si aliud quid ab eodē, vel ab alio idē:

5 Quemadmodum affirmatio & negatio, si sint vniuersales sunt contraria: sta si altera sit vniuersalis altera particularis sunt contradicentes.

6 Contraria non possūt esse simul vera. Adde eas posse esse simul falsas.

7 Subcontraria possunt esse simul vera. Adde, eas non posse esse simul falsas.

8 Contradicentiū definitarū, altera est vera, altera falsa.

9 Contradicentium singularium altera est vera, altera falsa.

10 Contradicētes indefinitæ possunt esse simul veræ: nimirum quia comparantur particularibus.

11 Singulis affirmationibus singula negatione contradicunt.

non erit opposita illa, sed ab ea diuersa. Huic vero *enunciationi*, omnis homo est albus, opponitur hęc, non omnis homo est albus. sed huic, quidā homo *est* albus, hæc, nullus homo *est* albus: huic autem, est homo albus, hæc, non est homo albus 12 Vnam igitur affirmationem vni negationi contradictorie opponi, & quænam sint hæ, dictum est, item contrarias *esse* alias, & quænam sint hæ, dictum est: ac non omnem contradictionem *esse* veram vel falsam, & cur, & quando sit vera vel falsa.

12 Epilogus

De enunciatione vna, vel pluribus.
CAP. VIII.

VNa autem affirmatio & negatio est quæ vnū de vno significat, æque *subiecto* vniuersali vniuersaliter *accepto*, ac non vniuersaliter: vt omnis homo albus est, non omnis homo albus est: est homo albus, non est homo albus, nullus homo albus est, est aliquis homo albus: si *modo* album vnam rem significat. 2 Sin autem duabus rebus vnum nomen positum sit, ex quibus non fit vnum: non est vna affirmatio, nec vna negatio. vt si quis equo & homini nomen imponat vestimentum: hæc non erit vna affirmatio, vestimentum est album; nec vna *erit eius* negatio. perinde est enim, ac si dicatur, est homo & equus albus: quod idem valet ac si dicatur, est homo albus, & est equus albus. Ergo si hæ *enunciationes* multa significant, & sint multæ: perspicuum *est*, etiam primam vel multa vel nihil significare: quia non est aliquis homo equus. 3 Quare nec in his necesse *est* alteram contradictionem esse veram, alteram falsam.

1 Vna enunciatio est, quæ vnum de vno significat. vnum autem dicitur, vel quod est singulare vel quod est synonymum.

2 Homonymia tollit vnitatem enunciationis.

3 Homonymia impedit, quo minus contradicentium altera sit vera, altera falsa.

1 Cum enunciatio referatur ad præsens, vel ad præteritum vel ad futurum tempus, atque hæc aut sit de re necessaria.

De enunciationibus singularibus in futurum collatis.

CAP. IX.

IN iis igitur quæ sunt, & quæ facta sunt, necesse *est* affirmationem vel negationem veram aut falsam esse. & in vniuersalibus quidem vniuersaliter acceptis, semper alteram esse veram, alteram falsam: necnon in singularibus vt dictum fuit. in vniuersalibus autem non vniuersaliter pronunciatis, non est necesse: ac de his quoque dictum fuit. in singularibus autem futurisque non similiter 2 Ná si omnis affirmatio vel negatio est vera aut falsa: omnia necesse est esse aut non esse. si quis enim aliquid fore dicat, alter idipsum non fore dicat: *profectò* necesse *est*, alterum eorum vere dicere, si *modo* omnis affirmatio vel negatio est vera vel falsa. vtraq; n. simul non erunt in huiusmodi *reb.* quoniam si vere dicitur esse album, aut nõ esse albũ: necesse *est*, esse albũ, aut non albũ. & si est albũ, aut non albũ, vere affirmatur, vel negatur. & si non est, falso dicitur: & si falso dicitur, non est. 3 Quare necesse *est*, vel affirmationem vel negationem esse veram aut falsam. nihil igitur est, nec fit fortuito, nec vtrolibet modo: neque erit aut non erit: sed omnia fiunt ex necessitate, non vtrouis modo: nam aut verè dicit qui affirmat; aut qui negat. alioquin æque fieret, aut non fieret. quod enim vtrouis modo accidit, non magis hoc quam illo modo *se* habet, aut *se* habebit.

4 Præterea, si nunc est album, vere dici adea poterat, fore album. quare semper dici vere potuit, quicquid fit, esse, aut fore. quod si semper dici vere potuit esse, aut fore: non potest hoc non esse, aut

CAP. VI. *aut de impossibili, aut de cõtingenti: dubitatur, num enunciationum contradicentiũ quæ sunt de re futura contingenti, necessario altera sit vera, altera falsa 2 Fundamentũ sequentis disputationis est, valere consequẽtiam à re ad enunciationem, & ab enunciatione ad rem. Hoc fundamento iacto constituantur variæ opiniones de quæstione proposita. Prima opinio id est, vtramq; contradictionis partem simul esse veram est manifeste falsa & absurda 3 Secunda opinio est alteram partem contradictionis definite veram esse, alteram falsã. Hæc opinio disputandi causa probatur duob. argumẽtis, primo à coniugatis quia quicũque affirmat vel negat, verũ aut falsum dicit: ergo omnis affirmatio vel negatio est vera aut falsa Huic opinioni consequens est, vt omnia sint necessaria, nihil fortuitum 4 Secundo à præsenti ad futurum tempus, quia nunc res vere aut falso dicitur esse, aut non esse ergo antea vere aut falso dicebatur fore, vel non fore. 5 Tertia opinio neutram cõtradictionis partem esse veram, refutatur ab deductione ad duas absurditates. Prima ab-*

non fore. quod autẽ non potest non fieri, impossibile *est* non fieri; & quod impossible *est* non fieri, necesse *est* fieri. futura igitur omnia necesse *est* fieri. ergo nihil vtrouis modo, nihil fortuitum erit: quia si *esset* fortuitum, non *esset* necessario. 5 Neque vero dici potest neutrum verum esse: veluti neque fore, neque non fore. Primum enim cum sit affirmatio falsa, *erit* affirmatio non vera: & cum hæc sit falsa, contingit affirmationem non esse veram.

6 Præterea si vere dicitur album simul & magnũ esse, oportet vtraque esse: sin autem *vere dicitur* fore cras, oportet fore cras. at si *vere dicitur*, neque fore neque non fore cras, non erit quod vtrolibet modo accidit: vt bellum nauale: oporteret enim neque fieri nauale bellum, neque non fieri. 7 Accidunt igitur hęc incommoda, atque eiusmodi alia, si ex omni affirmatione ac negatione quæ *sibi mutuo* opponuntur, siue *sint* de *rebus* vniuersalibus vniuersaliter *acceptis*, siue de *rebus* singularibus, necesse *sit* alteram esse veram, alteram falsam: nempe nihil esse in iis quæ fiunt, quod vtrolibet modo eueniat, sed omnia esse ac fieri ex necessitate. quamobrem neque consultare oportebit, neque studiose agere: quasi si hoc faciamus, hoc futurum sit. sin minus, non sit futurum. 8 Nihil enim prohibet, vel ad decem millia annorum alium affirmare hoc futurum, alium negare: adeo vt ex necessitate futurum sit, vtrumvis tunc vere dicebatur. 9 Neque vero interest, vtrum aliqui contradictionem dixerint, an non dixerint. constat enim, res ita se habere, etiamsi non alter affirmauerit quidpiam, alter negauerit. non enim quia affirmatum aut negatum sit, *ideo res* erit, aut non erit: nec *magis*

surditas spectatur in enunciationib. quia simul essent affirmatio falsa, & negatio non vera: vel negatio falsa, & affirmatio nõ vera.

6 Altera absurditas spectatur in ipsis reb. quia eadem res neque erit, neq; non erit.

7 Refutaturus secundam opinionem syllogismo hypothetico ab euersione cõsequentis ad euersionem antecedentis, proponit maiorem hypotheticã. Si de finite in futuris [...] in futuris altera pars contradictionis est vera, altera falsa, omnia necessario euenient, nihil erit cõtingens, proinde omnis cõsultatio & actio finis causa instituta erit inanis.

8 Probat d[...] hypothesim.

*9 Probationem hypotheseos confirmat, euertens prauã illusionẽ dicentiũ, multa fieri quæ prædicta nõ fuerũt, id eoque h. e posse fortuita seu cõtingẽtia, quãuis si prædicta fuissent, secus e[...]

erit ad decem millia annorum, quam in quouis tépore. Quare si omni tempore sic *res se* habebat, alterű vere diceretur: necesse erat, hoc fieri: & quodcumque fit, semper ita *se* habuit, vt ex necessitate fieret. nam quando vere dixit aliquis fore, non potest non fieri. & quod factum est, semper vere dici potuit futurum esse. 10 Ergo si hęc sunt impossibilia: (videmus enim esse rerum futurarum principium & ex eo quod consultamus, & ex eo quod agimus aliquid: & omnino in iis quæ non semper sunt actu, *videmus* æque esse potestatem vt sint, & vt non sint: in quibus vtrumque euenire potest: *mirum* tam esse, quam non esse. proinde & fieri, & non fieri, multaque nobis manifesta sunt, ita *se* habentia. Vtputa hæc vestis potest discindi, nec discinderetur, sed prius attereretur, itidemque potest non discindi: neque enim prius attrita fuisset, nisi potuisset non discindi, quare etiam in aliis generationibus *idem dicendum est*, quæcumque dicuntur secundum eiusmodi *a* potestatem.) 11 Perspicuum igitur *est*, nec esse, nec fieri omnia ex necessitate: sed alia quidem vtrouis modo contingere, nec magis affirmationem esse veram quam negationem: alia vero *esse in quibus* alterum magis & plerumque *fit*. sed tamen accidit etiam vt alterű fiat, alterum minime. 12 Ergo quod est, necesse *est* esse quando *est*: & quod non est, *necesse est* non esse quando non est. verű nec necesse *est* esse quicquid est: nec necesse *est* non esse quicquid nő est: quoniã quicquid est, esse ex necessitate quando est non idem valet quod simpliciter esse ex necessitate. idem *dicendum est* de eo quod non est. 13 Eadẽ est ratio contradictionis, quiduis *enim* esse aut non esse, & fore aut non fore, necesse *est*. non tamẽ separa-

10 *Addit minorem propositionem: Atqui hæc sunt impossibilia, id est, nihil esse contingens, &c. hácque propositionem confirmat ab experientia.*

a Quæ non semper cum actu coniuncta est.

11 *Ex dictis propositionibus colligit conclusionem non esse omnia necessaria. sed esse quædam futura contingentia, in quibus nec affirmatio, nec negatio definite vera est.*

12 *Rationem in 4 partic. pro secunda opinione adductam soluit: quia obtinet in necessario ex hypothesi, quæstio autem est de necessario absolute.*

13 *Alterã rationẽ in 3 par. pro secunda opinione adductã soluit: quia nõ probat quod erat ... est. o ... n*

im dicendum *est*, alterum necessarium. verbi gra-ia necesse *est*, cras fore vel non fore bellum nauale: ion *est* autem necesse, cras fieri bellum nauale: nec *ecesse est*, cras non fieri, sed necesse *est* fieri aut non ieri.

contradictionis partem definite veram, sed sub disiunctione alterutram.

14 Quare cum orationes similiter veræ sint atque es: manifestum *est*, *in iis* quæ ita *se* habent, vt vtroli- iet modo contingant, & contraria euenire possint. iecesse esse vt similiter *sese* habeat contradictio: juod *quidem* in iis accidit quæ non semper sunt, el non semper non sunt. ex his enim necesse est lteram partem contradictionis esse veram vel fal-im: non tamen hoc, vel illud, sed vtrumuis. & ma-is quidem *esse* veram alteram *partem*. non tamen *se* iam veram, aut falsam. Itaque manifestum *est* on necesse *esse* vt omnis affirmationis & negatio-is quæ sibi inuicem opponuntur, altera sit vera, al-:ra falsa; non enim vt in iis quæ sunt, sic *res se* habet tiam in iis quæ non sunt, possuntque esse vel non sse: sed quemadmodum dictum est.

14 *Concludit quartã opinionem esse verã d est, ndefinite alterã contradictionis partem esse veram, alteram falsam.*

De enunciationibus secundi vel tertij adiacentis finitis aut infinitis.

LIBRI II. CAP. 1.

CAP. X.

1 *Enuntiationum secundi adiacentis subiectum, vel est finitum vel infinitum.*

QVoniam autem affirmatio significat aliquid de aliquo: atque hoc est vel nomen, vel inno-iinatum *a*. vnum autem esse oportet & de vno uod *est* in affirmatione: (quid autem *sit* nomen, & uid innominatum dictum est antea *b*: etenim Non omo non voco nomen, sed infinitum nomen: nam nam rem quodammodo significat nomen infini-im: quemadmodum Non valet, nõ *appello* verbum,

a Nomen infinitum vocatur innominatum: quoniam apud veteres nomine carebat, cap. 2. part. 2.

b Cap. 2.

sed infinitum verbum) erit igitur omnis affirmatio & negatio vel ex nomine & verbo, vel ex infinito nomine & verbo. 2 At sine verbo nulla *est* affirmatio, nec negatio. nam Est, vel Erit, vel Erat, vel Fit, & cætera eiusmodi sunt verba, *vt* ex iis *constat*, quæ suprà posita fuerunt, quoniam ad significant tempus. 3 Quocirca erit prima affirmatio & negatio, est homo, nō est homo: deinde, est non homo, non est non homo. rursus, est omnis homo, non est omnis homo: est omnis non homo, non est omnis non homo. & in extrinsecis temporibus eadem est ratio. 4 Cum autem *Verbum* Est tertium insuper attribuitur, iàm dupliciter dicuntur oppositiones. *c* 5 Verbi gratia, est iustus homo: illud Est, dico tertium componi (*seu* nomen seu verbum *appelletur d*) in hac affirmatione. idcirco quatuor hæc erunt: quorum duo *e* ad affirmationem & negationem *f* se habent secundum consecutionis ordinem *g* vt priuationes *h*, duo vero minime *i* *Hoc* dico: quia *Verbum* Est, aut iusto adiicietur, aut non iusto: quare etiam negatio. quatuor igitur erunt. Intelligimus autem quod dictum est, ex infra scriptis: Est iustus homo: huius negatio, non est iustus homo. est non iustus homo: huius negatio, non est iustus homo, nam hic *Verbum* Est & Non Est, iusto & non iusto adiiciuntur. Hæc igitur, vt in Analyticis *K* dictum est, ità disposita sunt.

2 Earundem enuntiationū attributum nō est verbum infinitum, sed verbum, aut casus verbi, affirmatum scilicet, vel negatum. Obserua quod per se dicitur verbum infinitum, id, cum in enunciatione attribuitur, appellari verbum negatum.

3 Enunciatio de subiecto finito præfertur.

ΤΜΗ͂ΜΑ Γ.

enunciationi de subiecto infinito, & affirmatio negationi.

4 In enunciationibus tertii adiacentis tam attributum quam subiectū potest esse finitū vel infinitum.

c Duplicatur numerus cōtradictionū quia duplicatur numerus enunciationum propterea quod diuisio enunciationum secundi adiacentis tantum sumitur à subiecto: tertii vero adiacentis, etiā ab attributo. 5 *Quatuor enunciationes tertij adiacentis, quarum subiectū est finitū, id est, affirmatio attributi finiti, negatio attributi finiti, affirmatio attributi infiniti, negatio attributi infiniti certo ordine disponuntur, & inter se conferuntur*
d Propriè loquendo, nec est nomen, nec verbum, sed (vt rectè à Latinis appellatur) copula verbalis. *e* Affirmatio & negatio habentes attributum infinitum. *f* finitas *g* Consequentia valet ab affirmatione finita ad negationem attributi infiniti, non contra, item valet ab affirmatione attributi infiniti ad negationē finitam, non contra. *h* Attributum infinitum, vt non iustus, comparatur, attributo priuanti, vt iniustus *i* Affirmatio & negatio finitæ non referuntur ad affirmationem & negationoem attributi infiniti, vt priuationes ad habitus, sed po[illegible] contrario vt habitus ad priuationes. *K* Lib. 1. Prior. cap. vlt.

homo est iustus α	β *homo non est iustus.*
homo non est non iustus. δ	γ *homo est non iustus.*

6 Similis erit ratio, si nominis vniuersaliter accepti sit affirmatio, vt omnis est homo iustus, huius negatio, non omnis est homo iustus. omnis est homo nõ iustus, non omnis est homo non iustus. præterquã quod non similiter cõtingit veras simul esse, quæ ex diametro *l opponuntur*: sed cõtingit aliquãdo.

omnis homo est iustus. α	β *non omnis homo est iustus.*
non omnis homo est non iustus. δ	γ *omnis homo est non iustus.*

7 Hæc igitur, binæ inter se opponuntur.

8 Aliæ autem, *similiter* binæ *inter se opponuntur quæ pertinent* ad non homo, tamquam *ad* subiectum quoddam additum, vt, est iustus non homo, non est iustus non homo: est non iustus non homo, non est non iustus non homo.

9 His autem non sunt plures oppositiones.

10 Sed hæ *m* seorsum ab illis *n* erunt ipsæ per se, vtpote quæ vtuntur nomine, Non homo.

11 In quibus autem *Verbum* EST non accommodatur, vt in verbis VALERE, & AMBVLARE: in his idem efficit ita positum, ac si verbum EST adiunctum esset, veluti, valet omnis homo, non valet omnis homo: valet omnis non homo, non valet omnis non homo.

6. *Quomodo in superiori partic. dispositæ sunt enunciationes indefinitæ, eodẽ disponuntur definitæ.*
l Ex diametro collocãtur αγ, nec non βδ in superiori partic. tã αδ erant simul veræ, quam βδ hic vero βδ possunt esse simul veræ, quia sunt particulares, sed αδ non possunt esse simul veræ, quia sunt vniuersales.
7 *Enunciationes de subiecto finito opponuntur binæ inter se, Gallice, à* deux à deux.
8 *Similiter enunciationes de subiecto infinito opponũtur binæ inter se.*
9 *Non sunt plures oppositiones, quam hucusque exposita.*
10 *Enunciationes de subiecto infinito non conferuntur cum enunciationib. de subiecto finito.*

m Quarum subiectum est infinitum. *n* Quæ constant ex subiecto finito.
11 *Verbum id est nomen comparatur verbo Est. adeo vt enunciationes constantes ex verbo adiectiuo referantur inter enunciationes secundi adiacentis.*

12 Non est enim dicendum, Non omnis homo; sed illa negatio NON, homini adiungi debet, etenim OMNIS non significat rem vniuersalem, sed ostẽdit *rem accipi* vniuersaliter. *Quod* hinc perspicuũ fit; valet homo, nõ valet homo; valet nouhomo, nõ valet nõ homo hæc enim ab illis differunt, quia nõ sũt vniuersaliter *accepta*. Quare OMNIS, vel NVLLVS, nihil aliud adsignificat, quam affirmationem vel negationem *esse de* nomine vniuersaliter accepto. Cætera igitur eadem apponere oportet. o 13 Quia vero huic *affirmationi*, Omne est animal iustũ, contraria est negatio significans, nullum animal esse iustum, has perspicuum *est* nunquam fore simul veras, nec in eodem. his vero oppositæ erunt aliquando simul veræ: vt, non omne est animal iustum & est aliquod animal iustum. Sequuntur autem hæ illam quidem, omnis homo non iustus est, hæc, nullus est homo iustus: hanc vero: Est nõ omnis homo nõ iustus, *sequitur* opposita, *nempe*, est aliquis homo iustus: necesse *est* enim esse aliquẽ. 14 Perspicuũ autem est, in singularibus si interrogatusvere negat, vere etiãaffirmari. veluti. Est ne Socrates sapiẽs? nõ, Socrates igitur *est* non sapiens, in vniuersalibus autẽ nõ *est* vera *affirmatio*: quæ similiter dicitur: vera autẽ *est* negatio: vt, Est ne omnis homo sapiẽs? non, ergo omnis homo *est* non sapiens. hoc enim falsum *est*. sed hoc, non omnis igitur homo *est* sapiens, *est* verum. hæc autem *est* opposita: illa vero, contraria.

15 Quæ autem sunt oppositæ secundum infinita nomi-

12 Vt subiectum ex finito fiat infinitum, negandi aduerbium debet adiung' nom ni subiecto, non notæ Omnis, vel Nullus.

o Id est. æque in enunciationib vniuersalib. vt in indefinitis, qui vult facere subiectum infinitũ debet negandi aduerbiũ apponere subiecto vt homini.

13 In quadriga enunciationũ de qua actũ est in 6. part. c. ideo enunciationes α γ non sunt simul vera quia vim habent contrariarũ, quatenus enunciatio γ omnis homo est non iustus æquiualet illi. nullus homo est iustus, quæ est contraria τῇ α omnis homo est iustus Enunciationes vero β δ possunt esse simul vera, quia vim habent subcontrariarum, quatenus enunciat o δ, non omnis homo est non iustus, ω comparatur illi enunciationi, quidam homo est iustus, quæ subcontraria oppon tur τῇ β non omnis homo est iustus.

14 Ex responsione negat ua ad interrogationem fin. tam si sit singularis, co l g tur at ribu o fin ta: si vn uersal. s, colli gitur negatio finita particularis. 15 Infin. ta nom na vel verba non sunt negationes.

nomina, & verba; qualia sunt, non homo, & non iustus: quasi negationes absque nomine & verbo videri possunt. non sunt tamen: quia semper necesse est, veram vel falsam esse negationem: at qui dixit non homo, non magis quam qui dixit homo, imò minus vere vel falso dixit, nisi quid *p* addatur.

16 Hoc vero *effatum*, est omnis non homo iustus, non idem significat quod aliqua ex *superioribus* illis *enunciationibus*. *sed* neque huic opposita, nempe non est omnis non homo iustus. Hoc autem pronunciatum, omnis, *est* non iustus non homo, & nullus *est* iustus non homo, idem significant. 17 Transposita autem nomina & verba idem significant: velut est albus homo, est homo albus. nisi enim hoc *ita* sit, eiusdem erunt plures negationes, *q* sed ostensum est vnam esse vnius. huius enim enunciationis, est albus homo, negatio est, non est albus homo. huius vero, est homo albus: nisi sit eadem cũ *illa enunciatione*, est albus homo; negatio erit, aut, non est, non homo albus, aut, non est homo albus. sed altera est negatio huius; est non homo albus, altera huius est albus homo. quare duæ erunt vnius. *r* Transposito igitur nomine & verbo, eandem fieri affirmationem & negationem, manifestum *est*.

p Verbum aliquod.

16 Cum agitur de comparatione enunciationum finitarum & infinitarum diuersitas subiecti impedit earum comparationem: diuersitas vero attributi non impedit.

17 Transpositio nominis, aut verbi, non mutat enunciationis sententiã

q Sequetur hæc absurditas, quod vnius affirmationis erũt plures negationes, vel vnius negationis plures affirmationes.

r Duæ enunciationes vni opponentur.

De enunciationum coniunctione, ac diuisione.

CAP. XI.

VNum autem de multis, aut multa de vno affirmare & negare, nisi vnum quidpiam sit quod ex multis illis declaratur, *a* non est affirmatio vna, nec negatio vna. Vnum dico, non si nomen vnum sit impositum *multis rebus*, *b* nec fiat vnũ quidpiam ex illis: vt homo fortasse est & animal: & bipes

CAP. XI.

1 Vna enunciatio non est, nisi vnum sit subiectum & vnum attributum

Vnum autem esse debet re, nõ:

a Vt animal rationale mortale sunt multa, sed vnum hominẽ constituunt.

b Homonymis.

c Animal bipes, cicur, exempli, causa ponitur quasi hominis definitio.

& cicur *c*: sed vnum quiddam ex his fit: ex albo autem, & homine, & ambulare, non *fit* vnum. quare nec si vnum quidpiam de his aliquis affirmet, *est* vna affirmatio; sed vox quidem vna, affirmationes autem multæ: nec si hæc de vno *affirmet*; sed similiter sunt multæ *affirmationes*.

2 Cum propositio vna non est, eius quoque interrogatio non est vna.

2 Ergo si interrogatio dialectica, est petitio responsionis, *nempe* vel propositionis, vel alterius partis contradictionis; propositio autem est vnius contradictionis pars: *profecto* ad hæc non potest esse vna responsio, quia non *est* vna interrogatio, ne quidem si vera sit. Sed de dis dictum est in Topicis *d*.

d Top. lib. 8. c. 7. & Elenc. c 6. par. 10.

3 Interrogatio quid est, non est dialectica.

3 Simul etiam constat, interrogationem, Quid est, non esse dialecticam: quoniam oportet ex interrogatione concedi electionem, vtram velit contradictionis partem enunciandi: sed opus est vt interrogãs prius definiat. *mox interroget*, vtrum homo sit hoc, an non hoc.

4 Quæ separatim attribuuntur interdum possunt coniungi, vt faciant vnam enunciationem, interdũ minime.

4 Quia vero eorum quæ separatim attribuuntur, alia *etiam* attribuũtur composita, adeo vt vnum fiat totum illud attributum, alia vero minime; quęnam est differentia? Nam de homine vere dicitur & separatim animal, & separatim bipes: & hæc vt vnum. necnon hominem, & album. & hæc vt vnum. at si sutor *est*, & bonus, non *propterea est* etiam sutor bonus.

5 Si quis concedat omnia separata attributa posse coniungi, cogetur committere multas amologias.

5 Si enim quia vtrumque *separatim est* verum, oportet etiam vtraqne simul *vera* esse: multa eaque absurda erunt. Nam de homine *aliquo* & homo vere *dicitur*, & album: quare etiam totum. rursus si idem *est* album, etiam totum: quare erit homo albus, albus, atque hoc in infinitum. Rursusque musicus, albus, ambulans. & hæc sæpius coniuncta in infinitum. Præterea si Socrates *est* Socrates, & homo: etiam Socrates *est* Socrates homo,

& si *est* homo, ac bipes, etiam *est* homo bipes. Si quis igitur simpliciter dicat coniunctiones fieri, manifestum est, euenire vt multa absurda dicantur.

6 Quomodo autem ponere oporteat, nunc dicamus. Ergo attributorum, & eorum quibus attribui contingit, quæcumque ex accidente dicuntur vel de eodem, vel alterum de altero: hæc non erunt vnum. vt homo, albus est, & musicus: sed album & musicum non est vnum: vtraque enim *sunt* eidem accidentia. & quamuis album vere dicatur musicum, tamen musicum album non erit vnum quiddam: quoniam ex accidente album est musicum: quare album musicum non erit vnum quiddam. Idcirco nec *si sutor sit & bonus*, simpliciciter sutor bonus *dicetur*. sed *si animal & bipes*, *recte dicitur* animal bipes: quia non ex accidente *hæc attribuuntur*.

6 Attributa, vel subiecta, quæ tertio alicui accidunt, quorumue alterum alteri accidit, coniungi nequeunt.

7 Præterea adiungi non *debent*, quæcumque insunt in altero: proinde nec album sæpius *dicendum*: nec homo *quispiam* est homo animal, vel *homo* bipes. insunt enim in homine animal & bipes. 8 Vere autem de aliquo dicitur etiam simpliciter: vt quendā hominem, *esse* hominem; aut quendam album hominem, *esse* hominem album. at non semper.

7 Quorum alterum in altero inest, hæc non sunt coniungenda, quia vitanda est omnis tautologia.

8 Attributa coniuncta possunt interdum etiam separatim attribui, interdum minime.

9 Sed cum adiuncto *est* aliquid repugnans ex quo sequitur contradictio: *tunc* non verum sed falsum *est*: vt si mortuus homo, dicatur esse homo. Cum autem non *inest aliquid repugnans*, *tunc* verum *est*.

9 Quod attribuitur coniunctum cum attributo cui repugnat, non debet attribui separatim.

10 An quando repugnans ineſt, nunquam *est* verum? cum autem non inest, non semper *est* verum, velut Homerus est aliquid, vt poeta. ergo est ne? an non est? quoniam ex accidente illud Est attribuitur Homero. nam quia est poeta, non per se attribuitur Homero illud Est.

10 Quod attribuitur per accidens alteri cui adiungitur, nō debet attribui separatum.

11 Attributa coniunctim, possunt etiam separatim attribui si neque repugnantiam contineant neque attribuantur ex accidente, sed per se.

11 Quocirca in quibus attributionibus neque repugnantia inest, si definitiones pro nominibus dicatur: & per se attribuitur, non ex accidente: in his quod est *tale aliquid*, vere dicitur etiam simpliciter *tale*. Sed non ens, quia *est* opinabile, non *propterea* vere dicitur *esse* ens quiddam: siquidem haud opinamur ipsum esse, sed non esse.

DE ENVNCIATIONIBVS MODIFICATIS.

Tractatus V.

ΤΜΗ͂ΜΑ Δ

De oppositione enunciationum modificatarum.

CAP. XII.

1 Dicendum proponit de enunciationibus modificatis.

HIs determinatis, considerandum *est*, quonam modo inter se affectæ sunt affirmationes & negationes eius quod possibile *est* esse, & non possibile: item contingens, & non contingens: necnon de impossibili, & *de* necessario. habet enim *hæc consideratio* dubitationes quasdam.

2 Videri potest negatio modificata fieri apposito negandi aduerbio ipsi verbo Esse, non modo sumpto argumento à simili, id est, ab puris.

2 Nam si ex connexis hæ contradictiones sibi inuicem opponuntur, quæ secundum *Verbum* Esse, &, Non esse disponuntur: (vt huius, esse hominem, negatio *est* hæc non esse hominem: non illa, esse non hominem. & huius, esse album hominem, hæc, non esse album hominem: non illa, esse non album hominem. quia si de omni re affirmatio vel negatio *vera est*: vere dicetur, lignum esse non album hominem) quod si hoc ita *se habet*: & in quibus *Verbum* Esse, non adiicitur, idem efficiet *aliud Verbum*, quod loco verbi Esse dicitur: (vt huius *affirmationis*, homo ambulat, non erit negatio hæc, ambulat non homo; sed hæc non ambulat homo: nihil enim in-

tereſt, vtrum dicatur hominem ambulare, an hominem **ambulantem** eſſe) quare ſi ita *ſe habet* in omnibus: **etiam** huius, poſſibile eſſe, negatio erit hæc, **poſſibile** non eſſe; non hæc, non poſſibile eſſe.

3 **Sed idem videtur poſſe eſſe, & non eſſe: quodcũque enim** poteſt ſecari, aut ambulare; poteſt etiam **non** ſecari, & non ambulare. ratio *eſt*: quia **quodcumque** *eſt* ita poſſibile, non ſemper eſt actu. quapropter ei negatio quoque conueniet, nam poteſt etiam non ambulare, quod eſt aptum ad ambulandum: & non videri, quod eſt viſibile: ſed impoſſibile *eſt*, de eodem veras eſſe oppoſitas affirmationes & negationes: non igitur huius, poſſibile eſſe, negatio eſt hæc, poſſibile non eſſe.

3 Si negatio modificata fieret appoſito negandi adverbio ipſi verbo Eſſe, affirmatio & negatio contradicentes ſimul vera eſſent.

4 Ex his enim *quę dicta ſunt*, ſequitur, aut idem de eodem *nos* ſimul affirmare & negare, aut non ſecundum additamenta illa, Eſſe, & Non eſſe, affirmationes ac negationes fieri, ergo ſi illud *eſt* impoſſibile, hoc ſane eſt eligendum. Eſt igitur negatio huius; poſſibile eſſe, hæc, non poſſibile eſſe, non illa, poſſibile non eſſe. Eadem *eſt* huius ratio, contingens eſſe. etenim eius negatio *eſt*, non contingens eſſe. Et in cæteris ſimili modo *ſe res habet*, velut *in* neceſſario & impoſſibili. 5 Vt enim in illis *verba* Eſſe & Non eſſe *ſunt* additamenta; album autem, & homo *ſunt* res ſubiectæ: ſic in his *verbum* Eſſe, & Non eſſe pro ſubiecto habetur: poſſe autem & contingere, *ſunt* additamenta: quæ quidem in his *enunciationibus*, eſſe poſſibile, & eſſe non poſſibile, ita determinant verum & falſum, vt in illis *verbum* Eſſe, & Non eſſe.

4 Argumentum part. 3. eſt efficacius argumento part. 2. proinde concludendum eſt, vt fiat negatio modificata, negandi adverbium eſſe adiungendum modo, non verbo Eſſe.

5 Eandem rationem habet modus in enunciatione modificata, quam habet verbum Eſſe in enunciatione pura.

6 Huius autem, poſſibile non eſſe, negatio *eſt*, non hæc, non poſſibile eſſe; ſed hæc non poſſibile non eſſe. & huius, poſſibile eſſe, non hæc, poſſibile non eſſe; ſed hæc, non poſſibile eſſe. Quocirca hæ

6 Contradicentes poſſibiles.

mutuo se consequi videntur. possibile esse,& possibile non esse: idem enim *est* possibile *esse*,& non esse: quoniam hæ non *sunt* sibi inuicem contradicentes, possibile esse & possibile non esse, sed hæ, possibile esse,& non possibile esse, numquam de eodem simul veræ sunt; quoniam opponuntur, hæ quoque possibile non esse,&,non possibile non esse, numquam simul de eodem veræ sunt.

7 Contradicentes necessariæ. 7 Similiter huius, necesse esse, negatio *est*, non hæc, necesse non esse, sed hæc, non necesse esse. huius autem, necesse non esse, *negatio est* hæc, non necesse non esse. 8 Et huius, impossibile esse, non hæc, impossibile non esse, sed hæc, non impossibile esse, huius autem, impossibile non esse, hæc, non impossibile non esse.

8 Contradicentes impossibiles.

9 Conclusio. 9 Ac generaliter, vt dictum est, *verba illa*, Esse & Non Esse, poni debent tanquam subiecta: hæc vero affirmationem & negationem efficientia, ad *verba illa* Esse & Non esse, adiungenda sunt. atque hæ habendæ sunt pro oppositis affirmationibus & negationibus: possibile, non possibile: contingens, non contingens: impossibile, non impossibile; necesse, non necesse: verum, non verum.

De consecutione enunciationum modificatarum.

Cap. XIII.

1 Constituit quatuor enunciationum modificatarũ classes ex veterum sententiis dispositas.

Consecutiones quoque pro ratione fiunt, si ita ponamus. Nam illam enunciationem, possibile esse, consequitur hæc, contingere esse, atque hæc cum illa reciprocatur, & hęc non impossibile esse; & hæc non necesse esse. Eam vero possibile non esse,& contingens non esse, *consequitur* hęc non

necesse non esse,& non impossibile non esse: at illam,non posibile esse & non contingens esse;hæc, necesse non esse,& imposibile esse. hanc autem, non posibile non esse,&, non contingens,non esse,hæc, necesse esse, & hæc;imposibile non esse. Quod autem dicimus, ex subiecta descriptione perspicitur.

I. CLASSIS.	*III. CLASSIS.*
1 *Poßibile esse.*	1 *Non poßibile eße.*
2 *Contingens esse.*	2 *Non contingens eße.*
3 *Non impoßibile esse.*	3 *Impoßibile eße.*
4 *Non necesse esse.*	4 *Necesse non eße.*
II. CLASSIS.	*IV. CLASSIS.*
1 *Poßibile non esse.*	1 *Non poßibile non eße.*
2 *Contingens non esse.*	2 *Non contingens non eße.*
3 *Non impoßibile non esse.*	3 *Impoßibile non eße.*
4 *Non necesse non esse.*	4 *Neceße eße.*

2 Ergo imposibile & non imposibile contingenti & possibili & non contingenti, & non posibili consequuntur contradictorie,sed vice versa.nam illi,posibile esse, negatio eius quod imposibile *est*, consequitur,*nempe* non imposibile esse. negationi vero affirmatio:ei namque,non possibile esse *consequitur* hæc, imposibile esse. etenim imposibile esse,*est* affirmatio:at non impossibile esse, negatio.

2 In expositis illa modificatarum enuntiationum serie possibilib. contradicentibus adiunguntur impoßibiles contradicentes, sed vice versa, quia sub affirmatione poßibili ponitur negatio impoßibilis, & sub negatione poßibili affimatio impoßibilis.

3 Sed necessarium quomodo *se* habet, videndum *est*. Perspicuum igitur *est*,id non ita *se* habere,sed cōtrarias consequi,contradictiones autem seorsum *esse collocatas*. huius enim,necesse non esse,non est negatio hæc,non necesse esse:quia contingit vtrasque in eodem veras esse.quod enim necesse *est* non esse, non necesse *est* esse.

3 Reliquis modificatis contradicentibus subiiciuntur à veteribus necessarii nō contradicentes, sed contrarii: id est tam modo quam dicto differentes.

4 Cur autem necessarium non ita consequatur, vt cæteræ *enunciationes modificatæ*. causa est, quod necessario impossibile contrario modo enunciatum, idem valet. quod enim impossibile *est* esse, id necesse *est*, non *quidem* esse, sed non esse. quod autem impossibile *est* non esse id necesse *est* esse. quare si ea similiter sunt consequentia possibili & non possibili: hæc è contrario *consequi oportet*: quia necessarium & impossibile non idem significant, nisi *accipiantur* vt dictum est, vice versa. 5 An fieri non potest, vt ita collocentur necessarii contradictiones? quod enim necesse *est* esse, possibile *est* esse. (sin minus, negatio consequetur: quia necesse *est* vel affirmare, vel negare: quare si non possibile *est* esse, impossibile *est* esse: ergo impossibile *est* esse, quod necesse *est* esse: quod *est* absurdũ) Atqui *illi*, possibile esse, cõsequitur hæc, non impossibile esse: & huic illa, non necesse esse. itaque fit, vt quod necesse *est* esse, non necesse *sit* esse, quod *est* absurdum. 6 At vero illi, possibile esse, neque hæc consequitur, necesse esse; neque hæc, necesse non esse: quoniam illi accidere ambo possunt: horum autem vtrunuis verum sit, non erunt amplius illa vera. simul enim *hæc vera sunt* possibile esse, & non esse. sed si necesse *est* esse, vel non esse: non erit possibile vtrumque. Ergo relinquit, vt hæc, non necesse non esse, sit consequens illi, possibile esse.

7 Hoc enim vere *dicitur* etiam de *eo quod est* necesse esse. 8 Etenim hæc est contradictoria eius quæ sequitur illam, non possibile esse. nam illi consequẽs est hæc, impossibile esse, & necesse non esse. cuius negatio *est* hæc, non necesse non esse. Sequuntur igitur etiam hæ contradictiones eo quem diximus modo, eisque *ita* positis, nihil absurdi accidit.

4 Falsa ratio, quæ veteres mouit, vt e regione collocarẽt enunciationes contrarias, hæc est quia impossibile & necessarium contrariis modis enũciata, id est, ita vt alterius dictũ affirmetur alterius negetur, idem valet.

5 Praua est enunciationum necessariarum secundum veteres collatio. nam hæc, non necesse esse, male collocatur in prima classe.

6 Ex quatuor enunciationib. necessariis nulla alia poni potest in primo ordine, quam hæc non necesse non esse.

7 Contra hanc, non necesse non esse, non valet argumentum in 5 partic. adductum contra illam enunciationem non necesse esse.

8 Eadem est analogia in enunciationibus necessariis, quæ in ceteris, id est, contradicentib. contradicentes adnectuntur.

I	III.
1. *Possibile esse.*	1. *Non possibile esse.*
2. *Contingens esse.*	2. *Non contingens esse.*
3. *Non impossibile esse.*	3. *Impossibile esse.*
4. *Non necesse non esse.*	4. *Necesse non esse.*
II.	**IV.**
1. *Possibile non esse.*	1. *Non possibile non esse.*
2. *Contingens non esse.*	2. *Non cōtingēs non esse.*
3. *Non possibile non esse.*	3. *Impoßibile non esse.*
4. *Non necesse esse.*	4. *Necesse esse.*

9 Dubitabit autem aliquis, an illi, necesse esse, consequatur hęc, possibile esse. nisi enim *hæc* sequatur, contradictoria sequetur, *id est*, non possibile esse. quod si quis neget hanc esse contradictoriam: necesse *est* dicere *contradictoriam esse hanc*, possibile non esse. quarum vtraque falsa *est* de eo quod *est* necesse esse. At contra idem videtur posse secari, & non secari: & esse, & non esse. itaque quod necesse *est* esse, continget non esse: hoc autem falsum *est*. *9 Dubitatio.*

10 Sed perspicuum *est*, non quodcunque potest aut esse, aut ambulare etiam posse opposita: verum sunt nonnulla, in quibus hoc non *est* verum: Primum quidem in iis quę sine ratione posfunt: vt ignis *est* calefactiuus, habetque potestatem irrationalem. Potestates igitur quæ *sunt* cum ratione, eædem sūt plurium & contrariorum. irrationales autem nō omnes. sed, vt dictum est, ignis nō potest calefacere & non calefacere, nec quęcumque alia semper actu sunt, aliqua tamen etiam ex iis quæ potestatibus irrationalib. *prædita sunt*, simul opposita suscipere posfunt. Sed hoc ideo dictum est, quia non omnis potestas est susceptiua contrario- *10 Solutio prior per distinctionem potentię in ea quę est ad vnum, & eam quę est ad vtrumque oppositum.*

rum, ne quidem eæ quæ dicuntur secundum eandē speciem. 11 Quædam autem potestates sunt homonymæ. nam possibile, non simpliciter dicitur : sed aliud quidē quia verum *est*, vtpote quod est actu : vt possibile ambulare, quia ambulat, & omnino possibile esse, quia iam est actu *id* quod dicitur esse possibile: aliud vero quia actu esse poterit; vt possibile ambulare, quia fieri poterit vt ambulet & hæc quidem potestas est in *solis rebus* mobilibus: illa vero etiam in immobilibus. vtrumque autem vere dicitur posse ambulare, vel esse, & quod ambulat iam, atque actu est, & quod est aptum ad ambulandum. Quod igitur ita possibile *est*, non vere de simpliciter necessario dicitur: alterum autem vere dicitur. 12 Itaque cum ei quod est in parte, vniuersale consequens sit: ei quod necessario est, consequens erit posse esse, non tamen omne.

11 Solutio posterior per distinctionem potentiæ, in coniunctam cum actu & separatam ab actu.

12 Conclusio.

13 Ac fortasse necessarium, & non necessarium, est principium, vnde omnia sunt, aut nō sunt : reliqua vero tamquam his consequentia spectari debent.

13 Necessariis enunciationib. debetur primus locus, quas veteres vltimo loco posuerunt.

I.	*III.*
1. *Necesse esse.*	1. *Non necesse esse.*
2. *Non possibile non esse.*	2. *Possibile non esse.*
3. *Non contingens non esse.*	3. *Contingens non esse.*
4. *Impossibile non esse.*	4. *Nō impossibile nō esse.*
II.	*IV.*
1. *Necesse non esse.*	1. *Non necesse non esse.*
2. *Non possibile esse.*	2. *Possibile esse.*
3. *Non contingens esse.*	3. *Contingens esse.*
4. *Impossibile esse.*	4. *Non impossibile esse.*

14 Ex dictis igitur perspicuum est, id, quod necessa-

14 Rerum ordo ost:dit necessaria esse priora possibilibus.

rio eſt, actu eſse. quare ſi æterna ſunt priora, etiam actus poteſtate prior eſt.

Et alia quidem ſunt actu, ſine poteſtate, vt primæ ſubſtantiæ *a*: alia autem cum poteſtate; quæ natura ſunt priora *quam poteſtates*, tempore poſteriora: alia vero nũquam actus ſunt, ſed poteſtates dũtaxat. *b*

a Id eſt, cœleſtes intelligentiæ. Nam aliter primę ſubſtãtiæ hic accipiuntur, quam cap. 5. Categor.

b Vt numerus ſemper poteſt augeri, nec vnquam actu peruenitur ad maximum numerum. è cõtrario magnitudo ſẽper poteſt diuidi, nec datur actu minima magnitudo, quã non poſſit minor.

QVÆNAM SINT ENVNTIATIONES CONTRARIÆ,

Tractatus. VI.

CAP. XIV.

VTrum autẽ contraria eſt affirmatio negationi, an affirmatio affirmationi? & hæc oratio, omnis homo *eſt* iuſtus, illi orationi. nullus homo *eſt* iuſtus; an hæc, omnis homo *eſt* iuſtus, illi, omnis homo *eſt* iniuſtus? veluti, eſt Callias iuſtus, non eſt Callias iuſtus, Callias iniuſtus eſt: vtra igitur harum *eſt* contraria? 2 Nam ſi ea quæ ſunt in voce, conſequũtur iis quæ ſunt in dianœa: illic autẽ *ea* eſt contraria opinio, quæ contrarii *eſt*, vt hæc, omnem hominem eſse iuſtum, illi, omnem hominem eſse iniuſtum: *certe* etiam in enunciationibus voce expreſſis neceſſe *eſt* ſimiliter *rem ſe* habere. ſi vero non eſt illic ea opinio contraria, quæ eſt contrarii: neque affirmatio affirmationi erit contraria, ſed dicta negatio. 3 Quare conſiderandum *eſt* quænam opinio falſa *ſit* contraria veræ opinioni: negationis ne an quæ cõtrarium eſſe opinatur.

4 Sic autem dico: Eſt quædã de bono vera opinio eſse bonum, alia vero falſa, non eſſe bonum: item alia, eſſe malum. vtra igitur harũ *eſt* cõtraria veræ? & ſi eſt vna, ſecundum quam *eſt* contraria?

CAP. IV.

1 Quæritur vtrum affirmationi contraria ſit negatio in iiſdẽ terminis, an affirmatio attributi contrarii.

2 Quod quæſitum eſt de enũtiationibus, ſimiliter quæritur de opinionibus & ex huius quæſtionis ſolutione pẽdebit reſponſio ad priorem quæſtionem.

3 Prius igitur diſſoluenda eſt quæſtio de opinionibus cõtrariis, quam de enunciationibus.

5 Si quis igitur putet, hoc definiri contrarias opiniones, quod contrariorum ſint: falſo *id putat*. nam de bono *opinio*, *id* eſſe bonum; & de malo, *id* eſſe malum; eadem fortaſſis, & ſiue multæ ſiuē vna *ſit*, vera eſt, atqui hæc ſunt contraria. ſed non eo quod ſunt contrariorum, contraria vocantur, ſed potius quod contrario modo *ſe habent*. 6 Ergo ſi de bono opinio *quædam* eſt, *id* eſſe bonum; alia vero *id* non *eſſe* bonū; eſt autem aliud quidpiam quod *bono* neque ineſt, neque ineſse poteſt: profectò nullam aliarum *contrariam eſſe* ponendum *eſt*, nec quæ opinantur ineſse, quod non ineſt, nec quæ non ineſse quod ineſt: infinitæ enim ſunt vtræque, & quę ineſse opinantur quod non ineſt, & quæ non ineſse quod ineſt *a*.

7 Sed in quibus eſt deceptio: hæ vero *ſunt* ex quibus ſunt generationes: atqui ex oppoſitis *b* ſunt generationes; ergo etiam deceptiones.

8 Si igitur bonum eſt & bonum, & non malum; & illud quidem per ſe; hoc autem, ex accidente: (quoniam ei accidit, vt non malum ſit) magis autem de quaque re vera *eſt* ea *opinio* quæ *eſt* per ſe: & *magis* falſa *itidem quæ eſt per ſe*, ſiquidem *magis* vera ita accipitur: hæc igitur *opinio*, non bonum eſse bonum, falſa *eſt* de eo quod per ſe ineſt: hæc autem, eſse malum, *falſa eſt*, de eo quod *eſt* ex accidente. quare magis falſa eſt de bono opinio negationis, quam contrarii. Maxime autem in quaque re fallitur, qui contrariam habet opinionem: contraria namque *ſunt*, quæ in eodem *genere* plurimum differunt. Si igitur harum altera *eſt* contraria; ſed quæ *eſt* negationis, *eſt* magis contraria: conſtat, hanc eſse *vere* contrariam. Hæc vero *opinio*, bonum eſse malum, eſt connexa: fortaſse enim neceſse *eſt* eundem etiā

5 Opiniones cōtrariorum non ſunt contrariæ, quia poſſunt eſſe ſimul veræ.

6 Contrariam eſſe opinionis affirmātis eſſe opinionem eiuſdem attributi negati non cōtrarii attributi affirmat, quinque rationibus probatur. Primo quia opiniones diuerſorum attributorum non ſunt contrariæ.

a Quare infinitæ eſſent opiniones vni opinioni contrariæ: quod eſt abſurdum: quia vnum vni eſt contrarium.

7 Secunda quia generatio & deceptio ſpectantur in iiſdem terminis, inter eſſe & nō eſſe.

b Oppoſita intellige, vt eſſe & non eſſe, nam generatio definitur motus à non eſſe ad eſſe.

8 Tertio quia opinio negationis eſt falſa per ſe opinio vero contrarii attributi affirmati eſt falſa per accidens.

existimare *bonum* non esse bonum.


9 Præterea si in aliis similiter *rem se* habere oportet: hic quoque recte dictum videri poterit. aut. n. vbique *contraria est opinio* negationis, aut nusquam, at quibus non sunt contraria: de his falsa est *opinio* quæ veræ opponuntur; vt qui hominem putat non esse hominem, fallitur. si igitur hæ negationes sunt contrariæ, etiam aliæ negationis *opiniones contrariæ sunt*.

9 Quarto quia multis attributis nihil est contrarium.

10 Præterea, similiter habent hæ *opiniones*, bonum esse bonum, & non bonum non esse bonum: ac præterea bonum non esse bonum, & non bonum esse bonum. ergo huic veræ opinioni, non bonum non esse bonum, quænam erit contraria? non enim ea quæ ait esse malum: quia quandoque simul vera esse potest, numquam autem vera est veræ contraria; aliquod enim non bonum est malum: quare contingit *has opiniones* simul veras esse. rursus non erit *contraria* hæc *opinio*, *non bonum* non esse malum: quoniam hæc quoque vera *esse potest*: nam & hæc simul esse queunt: relinquitur ergo, vt ei, non bonum non esse bonum, contraria sit hæc, non bonum esse bonum: hæc enim est falsa. Quapropter etiam hæc, bonum non esse bonum, erit contraria illi, bonum esse bonum.

10 Quinto ab analogia: quia huic opinioni non bonum esse bonum, contraria est hæc, non bonum esse bonum. ergo huic bonum esse bonum, contraria est hæc, bonum non esse bonũ.

Bonum esse bonum. *Bonum non esse bonum.*



Non bonum non esse bonum. *Non bonum esse bonum.*

11 In superioribus particulis indefinitæ opiniones accipiebantur (vt sæpe fit) pro vniuersalibus.

11 Perspicuum autem est nullum fore discrimen, etiamsi vniuersalem ponamus affirmationem: vniuersalis enim negatio, erit contraria. vtputa opinioni, qua existimatur, quicquid est bonum, esse bonum, contraria erit hæc, nihil eorum quæ bona sunt, esse bonum. nam *illa opinio*, bonum esse bonum, si vniuersaliter bonum *accipiatur*, idem valet quod hęc, qua putatur, quod est bonum, *esse* bonum. hæc autem nihil differt ab illa, quicquid est bonum, esse bonum. Similiter & in non bono *se res habet.*

12 Soluta quæstione de opinionib. inde soluitur quæstio de enunciationib. & ostenditur affirmationi contrariam esse negationem eiusdem attributi, non affirmationem attributi cõtrarii


12 Quare si in opinione ita *res se* habet, & affirmationes negationesque voce prolatæ, eorum quæ mente *concipiuntur*, sunt notæ: constat affirmationi contrariam esse negationem de eodem vniuersalem: vt illi, omne bonum esse bonum, aut, omnem hominem *esse* bonum, hæc, nullum *esse bonum*, vel, neminem *esse bonum*: contradictorie vero *opponi* hanc, non omne, aut non omnem.

13 Opiniones vel enũciationes contrariæ nõ possunt esse simul veræ.

13 Perspicuum etiam *est* fieri non posse, vt opi-

nio vel negatio vera veræ contraria sit. contrariæ namque *sunt*, quæ circa opposita *c sunt*: circa quæ *d* eundem vere opinari ac dicere contingit *e* simul autem contraria eidem inesse non contingit.

Omnis homo est iustus.	*Aliquis homo est iustus.*	*Non omnis homo est iustus.*	*Nullus homo est iustus.*



c Opiniones vel enunciationes contrariæ sunt circa opposita, id est, circa particulares, quæ sibi contradicunt, & medium locum tenent inter ipsas vniuersales.
d Opposita, id est, particularia.
e Nam particulares possunt esse simul veræ: cap 7. par. 7.

ΤΜΗ͂ΜΑ Α.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM PRIORVM LIB. I.

IVL. PACIO interprete.

DE RATIONE CONFICIENDORVM SYLLOGISMORVM.

TRACTATVS I.

Subiectum & scopus librorum Analyticorum: Item definitiones aliquot, ac diuisiones.

CAPVT I.

CAP. I.

1 Præcipuum Analyticorum subiectum est demonstratio, præcipuus finis est scientia demonstratiua. Adde subiectum adæquatum esse syllogismum, finem adæquatum esse cognitionem syllogisticam.

2 In primis definire oportet syllogismi partes, syllogismum, & syllogismi species.

3 Deinde explicanda sunt principia illa syllogismorum Esse in toto, vel Dici de omni & non esse in toto, vel Dici de nullo

4 Propositionis descriptio à genere sumpta. Hic igitur habetur prima enunciationis diuisio à qualitate in affirmantem & negantem.

5 Eiusdem diuisio secunda su-

PRIMVM dicere *oportet*, circa quid, & cuius *causa* sit hæc consideratio: *hoc est*, esse circa demonstrationem, & scientiæ demonstratiuæ *causa*.

2 Postea definire *oportet*, quid sit propositio, & quid terminus, & quid syllogismus; & quis *fit* perfectus; & quis imperfectus. 3 Post hæc, quid *sit* in aliquo toto quidpiam esse, aut non esse, & quid dicimus, omni vel nulli attribui. 4 Propositio igitur est oratio affirmans vel negans aliquid de aliquo. 5 Hæc autem *est* vniuersalis, aut in parte, aut indefinita. Vniuersale appello, omni, aut nulli inesse. in parte vero alicui, aut non alicui

alicui, aut non omni inesse, indefinitum autem, inesse, aut non inesse absque vniuersali aut particulari *nota*; veluti contrariorum eandem esse scientiam; aut, voluptatem non esse bonum.

mitur à quantitate, in vniuersalem, particularem, indefinitã. Adde singularem, qua h c ab Aristotele prætermittitur, quia singulariũ non est scientia.

6 Iam vero propositio demonstratiua differt à dialectica: quia demonstratiua est sumptio alterius partis contradictionis: (non enim interrogat, sed sumit, qui demonstrat) dialectica autem est interrogatio contradictionis. Sed *quod* ad vtriusque syllogismum conficiendum *attinet*, nihil *hæc ab illa* differt. nam & qui demonstrat, & qui interrogat, syllogismum extruit, cum aliquid alicui inesse, aut non inesse sumpserit. Quare Syllogistica propositio simpliciter *est* affirmatio vel negatio alicuius de aliquo, eo quo diximus modo. Demonstratiua autem *ita demum est*, si vera sit, & per initio *positas* hypotheses sumpta. Dialectica vero, quod ad eum spectat qui percontatur, est interrogatio contradictionis, quod autem ad eum qui ratiocinatur, est sumptio eius quod videtur & probabile est, vt in Topicis dictum est. Quid igitur sit propositio: & quo syllogistica, demonstratiua, ac dialectica differant; exquisite in sequentibus *libris* dicetur; sed quod ad præsentem vsum *attinet*, sufficiãt quæ nunc à nobis definita sunt. 7 Terminum vero appello, in quem dissoluitur propositio; vt attributum, & id cui attribuitur, siue adiiciatur, siue separetur *verbum* Esse, vel non Esse.

6 Eiusdem te ta diuisio est à materia in demonstratiuam & dialecticam.

7 Termini definitio & diuisio in attributũ & subiectum.

8 Syllogismus autem est oratio, *a* in qua quibusdam positis, aliud quiddam diuersum ab his quæ posita sunt, necessario accidit, *b* eo quod hæc sunt. Dico autem eo quod hæc sunt, propter hæc euenire. ac propter hæc euenire *intelligo*, nullo externo termino opus esse, vt sit necessaria *consecutio*.

8 syllogismi definitio.

a Quidam vertũt, ratio Ego cũ præceptore meo n alo, oratio.

b Efficitur, colligitur.

9 Perfecti syllogismi definitio, hic est, qui fit in prima figura.

10 Imperfecti syllogismi definitio hic fit in secunda, vel tertia figura.

11 Quid sit In toto esse, vel Dici de omni: & quid in toto non esse, vel dici de nullo.

9 Perfectum igitur syllogismum appello, eum qui præter ea, quæ accepta sunt, nulla alia re indiget, vt necessitas *consecutionis* appareat.

10 Imperfectum *voco* eum, qui vna re pluribusve indiget, quæ quidem per suppositos terminos sunt necessaria, non tamen sumpta sunt per propositiones. 11 In toto autem altero alterum esse, &, alterum alteri omni attribui, idem est. dicimus autem omni attribui, quando nihil subiecti accipere licet, de quo alterum non dicatur: ac nulli *attribui*, accipitur eodem modo.

De conuersione propositionum simplicium.

Cap. II.

Cap. II.

1 Propositionum varia genera, de quibus afferendæ sunt conuersionum regulæ.

2 Propositio pura vniuersalis negans conuertitur simpliciter.

3 Vniuersalis affirmans conuertitur per accidens, id est, in particularem.

4 Particularis affirmans conuertitur simpliciter.

5 Particularis negans non conuertitur

6 Probatur conuersio negantis vniuersalis.

CVm autem omnis propositio significet aut inesse, aut necessario inesse, aut contingere inesse; harumque aliæ sint affirmatiuæ, aliæ negatiuæ, in quauis attribuendi ratione; ac rursus affirmatiuarum & negatiuarum aliæ *sint* vniuersales, aliæ in parte, aliæ indefinitæ. 2 P*ropositionem* de eo quod inest, vniuersalem priuatiuam, necesse *est* terminis *reciprocatis* conuerti: vt, si nulla voluptas *est* bonum, etiam nullum bonum erit voluptas. 3 Attributiuam autem conuerti quidem necesse *est*, non tamen vniuersaliter, sed in parte: vt, si omnis voluptas *est* bonum, *necesse est* etiam quoddam bonum esse voluptatem. 4 Ex particularibus vero affirmatiuam necesse *est* in parte conuerti: nam si quædam voluptas *est* bonum, etiam quoddam bonum erit voluptas. 5 Priuatiuam autem conuerti, non *est* necesse. non enim, si homo non inest cuidam animali. *propterea* etiam animal non inest cuidam homini.

6 Primum igitur propositio α β sit priuatiua vni-

uersalis. Si igitur nulli β τὸ α inest, etiam nulli α τὸ β inerit. nam si alicui *insit*, exempli causa τῷ γ: non erit verum *quod dictum est*, nulli β τὸ α inesse: quia τὸ γ est aliquid τοῦ β. 7 At si τὸ α inest omni β, etiam τὸ β inerit cuidam α. nam si nulli *insit*, etiam τὸ α nulli β inerit: sed supponebatur, omni inesse.

8 Similiter *a fit conuersio*, si propositio sit particularis. nam si τὸ α *inest* alicui β, necesse *est* etiam τὸ β inesse alicui α: quia si nulli *insit*, etiã τὸ α nulli β inerit.

9 Si vero τὸ α alicui β non inest, non *est* necesse, vt etiam τὸ β alicui α non insit: vt si τὸ β est animal, ac τὸ α *est* homo: quoniam homo quidem non omni animali, animal vero omni homini inest.

De conuersione propositionum modificatarum.

CAP. III.

Eodem autem modo res *se* habebit etiam in necessariis propositionibus. vniuersalis enim priuatiua, vniuersaliter conuertitur. affirmatiuarum autem vtraque *conuertitur in parte*.

2 Nam si necesse est τὸ α inesse nulli β, necesse est etiam τὸ β inesse nulli *α*: quia si alicui accidit, etiam τὸ α accidet alicui β. 3 Quod si necessario τὸ α insit omni, aut alicui β: necesse *est*, etiam τὸ β inesse alicui α: quia nisi necesse *sit inesse*, neque τὸ α necessario inerit alicui β. 4 Quod vero *est* in parte priuatiuum, ob eam ipsam, quam prius diximus causam non conuertitur. 5 Quod attinet ad contingentia: (quoniam contingere dicitur multifariã: contingere enim dicimus, & quod *est* necessarium: & quod non *est* necessarium & quod *est* possibile) in affirmatiuis omnibus similis erit conuertendi ratio. Nam si τὸ α accidit omni, aut alicui β: etiam τὸ β acci-

7 Probatur conuersio affirmationis vniuersalis.
8 Probatur cõuersio affirmantis particularis.
a Similis cõuersio est, quatenus tã vniuersalis, quam particularis conuertitur in particularẽ sed nihilominus est discrimen, quatenus vniuersalis dicitur cõuerti per accidens, particularis simpliciter.
9 Probatur negantem particularem non conuerti.
Cap. III.
1 Eædem sunt regulæ propositionũ necessariarum ac purarum.
2 Vniuersalis negans conuertitur simpliciter.
3 Vniuersalis vel particularis affirmans conuertitur in particularem.
4 Particularis negans non conuertitur.
5 Contingens affirmans siue sit vniuersalis, siue particularis conuertitur in particularẽ.

det alicui α. quia si nulli *accideret*, etiam τὸ α accideret nulli β: quando quidem hoc antea demonstratum est. 6 In negantibus *res* non itidem *se habet*: sed quæ dicuntur contingere, vel quia necessario non insunt, vel quia non necessario insunt, similiter *reciprocantur ut superiora*: vt si quis contingere dicat hominem non esse equum, aut nulli vestimento album inesse: horum enim alterum necessario non inest, alterum non necessario inest, & similiter conuertitur propositio. si enim nulli homini accidit equum esse: etiam hominem *esse*, accidit nulli equo, & si album accidit nulli vestimento, etiam vestimentum accidit nulli albo: quia si cuidam *albo vestimentum* necessario *insit*, etiam album cuidam vestimento necessario inerit: quoniam hoc antea demonstratum fuit. Similiter se res habet in *propositione* particulari negatiua.

6 Si cōtingens accipiatur pro eo quod necessario non inest, vel pro eo quod non necessario inest, propositio vniuersalis negans conuertitur simpliciter, particularis negans non conuertitur.

7 Quæ vero eo quod plerumque *eueniunt*, & *ita* natura sunt comparata, contingere dicuntur, (quomodo definimus contingens) non similiter se habebunt in priuatiuis conuersionibus, sed propositio vniuersalis priuatiua non conuertitur: *a* quæ vero est in parte, conuertitur. *b* hoc autem perspicuum erit, cum de contingere dicemus *c*. in præsentia hoc tantum præterea quæ dicta sunt, manifestum esto, quod contingere nulli *inesse*, aut alicui non inesse, affirmatiuam figuram habet. *d* nam *verbum* Contingit, similiter ponitur in *oratione*, vt *verbum* Est, *verbum* autem Est, quibuscunque attributis adiiciatur, semper & omnino affirmationem facit: vt, est non bonum: vel, est non album: vel, (*vt simpliciter & uno verbo dicam*) est non hoc: Sed ex sequentibus *e* etiam hoc confirmabitur. quod vero attinet ad conuersiones, hæ similiter se habebunt vt aliæ.

7 Si contingens proprie accipiatur, id est pro eo quod potest esse & non esse: particularis negans conuertitur simpliciter, vniuersalis negans non conuertitur simpliciter sed in particularem.

a Simpliciter idest, in se ipsam
b Simpliciter.
c Cap. 17.
d Vide ca. 12. de interpretatione.
e Cap. 13. partic. 4.

De syllogismis ex puris propositionibus in prima figura.

CAP. IV.


Cap. IV.

1 His definitis iam dicamus, ex quibus & quando, & quomodo fit omnis syllogismus, posterius autem dicendum de demonstratione. prius enim de syllogismo dicendum *est*, quam de demonstratione: quia syllogismus est magis vniuersalis. etenim demonstratio *est* syllogismus quidam: sed non omnis syllogismus *est* demonstratio. 2 Cum igitur tres termini ita inter se affecti sunt, vt extremus sit in toto medio, & medius in toto primo sit vel non sit, necesse *est* extremorum esse syllogismum perfectum.

1 Prius dicendū de syllogismo quam de demonstratione: quia syllogismus est quasi genus demonstrationis.

2 Definitio primæ figuræ sumpta ex modis vniuersalib. Barbara & Celarent.

Maius extremum. *Medius terminus.* *Minus extremum.*



3 Voco autem medium, quod & ipsum, est in alio, cum aliud in ipso sit: & positione quoque fit medium: Extrema autem *appello* & *id* quod est in alio, & *id* in quo est aliud.

3 Definitio medii & extremorum in prima figura.

4 Nam si τὸ α *attribuitur* omni β, & τὸ β omni γ: necesse est τὸ α attribui omni γ: ante enim expositum est, quomodo de omni dicimus.

4 Barbara.

5 Similiter etiam, si τὸ α attribuatur nulli β, ac τὸ β omni γ, τὸ α nulli γ inerit.

5 Celarent.

6 Modus inutilis AE. 6 Si vero primum omni medio sit consequens, medium autem nulli extremo insit: non erit syllogismus extremorum: quia nihil necessario euenit eo quod hæc sint: accidit enim, vt primum & omni, & nulli extremo insit. vnde nec particularis, nec vniuersalis *conclusio* necessario colligitur, cum autem nihil necessario colligatur, ex his non erit syllogismus. Termini *conclusionis* omni inesse *sint hi*, animal, homo, equus; *conclusionis* nulli inesse, animal, homo, lapis.

7 EE. 7 Neque tūc erit syllogismus, cum & primū nulli medio, & medium nulli extremo inest. Termini *conclusionis* affirmantis *sint hi*, scientia, linea, medicina: negantis, scientia, linea, vnitas.

8 Epilogus. 8 Cum igitur termini sunt vniuersales: manifestum est, in hac figura quando erit, & quando non erit syllogismus. & si sit syllogismus, necesse *esse*, vt termini eo quo diximus modo *se* habeant: constat etiam si ita *se* habeant, fore syllogismum.

9 In modis particular. b. opus est, vt maior propositio sit vniuersalis & minor affirmet. 9 At si terminorum alius sit vniuersaliter, alius in parte erga alterum affectus: cum vniuersale adiungitur maiori extremo, siue attributiuum, siue priuatiuum: particulare autem, minori *extremo* attributiuum, necesse est syllogismū esse perfectum. cum autem *vniuersale adiungitur* minori extremo, aut quouis alio modo termini *se* habent: impossibile *est, esse syllogismum.*

10 Maioris & minoris extremi definitio. 10 Maius extremū appello, in quo medium est: minus autem, quod est sub medio.

11 Darii. 11 Insit enim τὸ α omni β ac τὸ β alicui γ: igitur, si omni attribui, est id quod initio dictum fuit, necesse est, τὸ α alicui γ inesse.

12 Ferio ex minore propositione particulari. 12 Et si τὸ α nulli β inest, ac τὸ β alicui γ: necesse *est*, τὸ α alicui γ non inesse. nam & quomodo Nulli *attribui* dicamus, definitum est. quare erit syllogismus perfectus.

13 Ferio ex minore indefinita. 13 Similiter etiam *concludetur*, si *propositio* β γ, sit inde-

finita: cum sit attributiua: nam idem erit syllogismus, siue indefinita, siue in parte sumatur.

14 Quod si minori extremo vniuersale adiiciatur vel attributiuum, vel priuatiuum: non erit syllogismus: siue indefinita particularisve propositio affirmet, siue neget. *14 Si maior est particularis nihil concluditur.* 15 Vt si τὸ α alicui β inest, vel non inest, ac τὸ β omni γ inest. Termini *conclusionis* affirmantis *hi sunto*: bonum, habitus, prudentia: negantis, bonum, habitus, inscitia. *15 IA. OA.* 16 Rursus si τὸ ϐ nulli γ *inest*: ac τὸ α alicui β inest, aut non inest, aut non omni inest: neque ita erit syllogismus. Termini *conclusionis*: Omni inesse, album, equus, cygnus: nulli inesse, album, equus, coruus. *16 IE. OE.*

17 Iidem *termini sumantur*, si *pronunciatum* α β sit indefinitum. *17 Si maior sit indefinita, nihil concluditur.* 18 *sed* neque *tunc* erit syllogismus cum maiori extremo vniuersale adiicitur vel attributiuum vel priuatiuum, minori autem *extremo* priuatiuum secundum partem, siue indefinitum; siue in parte sumatur. *18 Si minor particularis neget, nihil concluditur.*

19 Vt si τὸ α omni β inest: ac τὸ β alicui γ non inest, aut non omni inest. nam cui non inest mediū, huic & omni & nulli consequens erit primum. supponantur enim termini, animal, homo, album: deinde ex iis albis quibus homo non attribuitur, sumatur cygnus & nix. igitur animal illi quidem omni, huic vero nulli attribuitur. quare non erit syllogismus. *19 A O.*

20 Rursus τὸ α nulli β insit, ac τὸ β alicui γ non insit: sintque *hi* termini inanimatum, homo, album: deinde accipiantur alba, quibus homo non attribuitur, cygnus & nix, inanimatum enim huic quidē omni attribuitur, illi vero nulli. *20 E O.* 21 Præterea cū hoc *sit* indefinitū, τὸ β nō inesse alicui Γ. (siue enī, nulli, siue nō omni insit, vere dicitur alicui nō inesse) sūptis autē huiusmodi terminis ita vt nulli insit, nō fiat syllogis- *21. Si EO esset modus vtilis, etiam EE esset vtilis: atqui hic modus non est vtilis. ergo nec ille.*

mus: (hoc enim antea dictũ fuit) apparet igitur, ita positis terminis, *vt alicui nõ insit*, nõ fore syllogismũ: alioqui *syllogismus* esset etiam in illis *terminis qui ita accipiebantur, vt nulli inesset*. Similiter autem ostendetur, & si vniuersale ponatur priuatiuum.

22.II. OO. IO, OI. 22 Neque tum vllo modo erit syllogismus: cum ambo interualla in parte affirmant; aut negant; aut alterum affirmat, alterum negat; aut alterum *est* indefinitũ, alterum definitum; aut ambo indefinita. Termini omnium cõmunes *sunto* animal, album, homo: animal, album, lapis.

23 *Epilogus.* 23 Ex his igitur quæ dicta sunt, perspicuum est, si sit syllogismus particularis in hac figura, necesse esse vt termini ita *se* habeant vt diximus: & si termini ita *se* habeant, necessario fieri syllogismum. aliter autem positis terminis, nequaquã syllogismum fore.

24 *Syllogismi primæ figuræ sunt perfecti.* 24 Constat etiam omnes syllogismos qui in hac figura fiunt, esse perfectos: quoniam omnes perficiuntur per ea quæ ab initio sumpta sunt.

25 *omnia problemata probantur in prima figura.* 25 Item omnia problemata probari per hanc figuram; quia & omni, & nulli, & cuidam, & non cuidam inesse *probatur*.

26 *Hæc figura vocatur prima.* 26 Huiuscemodi vero figuram appello primam.

De syllogismis ex propositionibus puris in secunda figura.

CAP. V. 1 *Secundæ figuræ definitio sumpta ex modis vniuersalibus tam vtilibus quam inutilibus.*

CAP. V.

1 CVm autem idem partim omni, partim nulli inest: aut vtrique omni, aut *vtrique* nulli, huiuscemodi figuram voco Secundam.

medius terminus.



maius extremum. *minus extremum.*

2 In qua mediũ appello, quod ambobus extremis attribuitur. Extrema vero ea de quib. hoc dicitur maius extremum, quod eſt ſitum prope mediũ. minus extremum, quod longius abeſt à medio 3. Ponitur autẽ medium extra extrema, ac primum ſitu. 4 Perfectus igitur ſyllogiſmus neutiquam erit in hac figura. 5 Eſſe autẽ ſyllogiſmus poterit, ſiue termini ſint vniuerſales, ſiue nõ vniuerſales. 6 Si vniuerſales ſint termini: tũc erit ſyllogiſmus, cũ mediũ partim omni, partim nulli inſit, vtrius *extremo* adiiciatur negatio. nullo autem alio modo *ſyllogiſmus erit.* 7 Attribuatur enim τὸ μ nulli ν, & omni ξ. quoniam igitur *propoſitio* priuatiua conuertitur, τὸ ν inerit nulli μ. atqui τὸ μ ſupponebatur *ineſſe* omni ξ. quare τὸ ν *inerit* nulli ξ: hoc enim demonſtratum eſt antea. 8 Rurſus ſi τὸ μ *inſit* omni ν, & nulli ξ: etiam τὸ ξ inerit nulli ν. nam ſi τὸ μ ineſt nulli ξ, etiam τὸ ξ inerit nulli μ atqui τὸ μ ineſt omni ν: ergo τὸ ξ nulli ν inerit. facta eſt. n. iterum prima figura. quia vero propoſitio priuatiua conuertitur, etiam τὸ ν inerit nulli ξ quare erit etiam ſyllogiſmus. 9 Hæc probare licet etiam deductione ad impoſſibile. 10. Perſpicuum igitur *eſt*, terminis ita conſtitutis, ſyllogiſmũ fieri, nõ tamẽ perfectũ: quia non ex iis tantum, quæ

2 Medii & extremorum definitio.

3 Medius terminus ponitur primo loco.

4 Syllogiſmi in hac figura ſunt imperfecti.

5 Syllogiſmi ſunt vniuerſales aut particulares.

6 In modis vniuerſalib altera propoſitio debet affirmare, altera negare.

7 Ceſare.

8 Cameſtres.

9 Superiores modi non ſolũ per conuerſionẽ confirmantur ſed etiam per impoßibile

10 Syllogiſmi illi ſunt imperfecti.

ab initio *ſumpta ſunt*, ſed ex aliis quoque perficitur
11 AA. *colligendi vis &* neceſſitas. 11 At ſi τὸ μ attribuitur
omni ν & omni ξ, non erit ſyllogiſmus. Termini
concluſionis affirmãtis, ſubſtãtia, animal, homo: negã-
tis, ſubſtãtia, animal, lapis, medium *eſt* Subſtãtia. 12
12 EE. Neque *tunc erit ſyllogiſmus*, cum τὸ μ nulli ν, & nulli ζ
attribuitur. Termini concluſionis affirmãtis, linea,
animal, homo: negantis, linea, animal, lapis. 13 Per-
13 Epilogus. ſpicuum igitur *eſt*, ſi ſit ſyllogiſmus terminis vniuer-
ſaliter poſitis, neceſſe *eſſe*, vt termini ita ſe habeant,
vt initio diximus. *his* enim aliter cõſtitutis, nulla eſt
concludendi neceſſitas. 14 Quod ſi medium ad alterũ
duntaxat extremum vniuerſaliter *affectum* ſit: cũ ma-
iori extremo adiicitur vniuerſale, ſiue attributiue,
ſiue priuatiue; minori autẽ *extremo* particulare op-
poſitum. Vniuerſali: (oppoſitum appello, ſi vniuer-
ſale *ſit* priuatiuum, particulare affirmatiuum. ſi vero
vniuerſale *ſit* attributiuum particulare priuatiuũ)
neceſſe *eſt*, fieri ſyllogiſmum priuatiuum in parte.

14 In modis particularib. opus eſt, vt maior ſit vniuerſalis, & minor maiori contraria in qualitate.

15 Feſtino. 15 Nam ſi τὸ μ ineſt nulli ν, & cuidam ξ: neceſſe *eſt*,
τὸ ν alicui ξ non ineſſe. cum enim *propoſitio* priuatiua
conuertatur, τὸ ν inerit nulli μ: atqui τὸ μ ſupponeba-
tur cuidam ξ ineſſe: quare τὸ ν cuidam ξ non inerit.
fit enim ſyllogiſmus in prima figura.

16 Baroco. 16 Rurſus ſi τὸ μ omni ν *inſit* & cuidam ξ non inſit:
neceſſe *eſt*, τὸ ν cuidam ξ nõ ineſſe. nam ſi omni inſit,
cum τὸ μ attribuatur omni ν, neceſſe *eſt* τὸ μ ineſſe
omni ξ. verum ſupponebatur cuidam non ineſſe.
Et ſi τὸ μ inſit omni ν & non omni ξ. erit ſyllogiſ-
mus; *quo colligetur* non omni ξ *ineſſe* τὸ ν. demonſtra-
tio vero *eſt* eadem.

17 AO. 17 At ſi τὸ μ attribuatur omni ξ, & non omni ν: nõ
erit ſyllogiſmus. Termini *concluſionis* affirmantis,

animal, ſubſtantia, coruus: negantis animal, album, coruus.

18 Neque *item erit ſyllogiſmus*, cum *attribuitur* nulli ξ, & alicui ν. Termini *concluſionis* affirmantis, animal, ſubſtantia, lapis: negantis, animal, ſubſtantia, ſcientia. 19 Cum igitur particulare *eſt* oppoſitum vniuerſali, dictum eſt, quando erit, & quando non erit ſyllogiſmus. 20 Cum autem figura ſimiles ſunt propoſitiones vt ambæ priuatiuæ, aut affirmatiuæ, neutiquam erit ſyllogiſmus. 21 Primum enim ſint priuatiuæ, aut vniuerſale adiungatur maiori extremo: vt τὸ μ nulli ν *inſit*, & cuidam ξ non inſit: accidit ergo, vt τὸ ν & omni & nulli ξ inſit. Termini *concluſionis* nulli ineſſe, nigrum, nix, animal. Termini autē *cōcluſionis* omni ineſſe, accipi nequeunt, ſi τὸ μ cuidā ξ ineſt, cuidā non *ineſt*. Nam ſi τὸ ν *ineſt* omni ζ, ac τὸ μ nulli ν: *certe* τὸ μ nulli ξ inerit· verū ſupponebatur cuidā ineſſe. Sic igitur termini accipi nō poſſūt. Sed ex indefinito oſtendendū *eſt*. nam quia vere dicitur τὸ μ cuidā ξ non ineſſe, etiam ſi nulli inſit: cum autem nulli ineſt, non erat ſyllogiſmus: perſpicuū *eſt* etiā in præſentia non fore ſyllogiſmum. 22 Rurſus ſint attributę *ambæ propoſitiones*, & vniuerſale ſimiliter ponatur, vt τὸ μ inſit omni ν, & alicui ξ, accidit ergo, vt τὸ ν inſit & omni & nulli ξ. Termini *concluſionis* nulli ineſſe, album, cygnus, lapis. *Concluſionis* omni *ineſſe* accipi non poſſunt ob eam ipſam cauſam, quam antea diximus. Sed ex indefinito oſtendendum *eſt*.

23 Quod ſi vniuerſale minori extremo *iunctum* ſit, & τὸ μ nulli ξ inſit, & cuidam ν non inſit, accidit vt τὸ ν inſit & omni & nulli ξ. Termini *concluſionis* omni ineſſe, album, animal, coruus: *Concluſionis*

18 IE.

19 Epilogus.

20 Si propoſitiones ſint figura ſimiles nihil concluditur, id eſt, ſi ambę affirment, vel ambæ negent.

21 EO.

22 AI.

23 OE.

non inesse, album, lapis, coruus. 24 Si vero attributiuæ *sint* propositiones, termini *conclusionis* non inesse, *sint hi*, album, animal, nix: *Conclusionis* inesse, albũ, animal, cygnus. 25 Perspicuum igitur est, quando propositiones sunt figura similes, & altera est vniuersalis, altera particularis: nullo modo fieri syllogismum. 26 Neque item erit *syllogismus*, si vtrique alicui insit, vel non insit: vel partim cuidã *insit*, partim non: vel neutri omni, vel indefinite. Termini communes omnium, album, animal, homo: albũ, animal, inanimatum. 27 Ex dictis igitur perspicuũ *est*, si termini ita inter se affecti sint vt diximus, necessario fieri syllogismum; & si fit syllogismus, necesse esse vt termini ita affecti sint. 28 Manifestum *est* etiam omnes syllogismos, qui fiunt in hac figura, esse imperfectos: omnes enim perficiuntur adsumptis quibusdam, quæ vel in terminis necessario insunt, vel ponuntur tamquam hypotheses, vt cum demonstramus per impossibile.

24 I A. — *25 Epilogus.* — *26 II. OO. IO. OI.* — *27 Epilogus.* — *28 Syllogismi in hac figura sunt imperfecti*

29 Item non fieri syllogismum affirmatiuum in hac figura, sed omnes fieri priuatiuos, tam vniuersales, quam particulares.

29 In hac figura non concluditur affirmatio.


De syllogismis ex puris propositionibus in tertia figura.

Cap. VI.

Cap. VI. 1 Tertiæ figuræ definitio sumpta à modis vniuersalibus tam vtilibus quam inutilibus.

Cum autem eidem inest, aliud quidem omni, aliud vero nulli, vel ambo omni, vel *ambo* nulli: huiuscemodi figuram appello Tertiam.

Maius extremum. *Minus extremum.*



Medius terminus.

2 In qua medium voco *id*, cui ambo attribuimus, extrema vero, quæ attribuuntur. maius autem extremum, quod longius *abest* à medio: minus, quod propius *accedit*.

2 *Medii & extremorum definitio.*

3 Ac medium ponitur quidem extra extrema. vltimum autem positione *seu situ*.

3 *Medius terminus obtinet vltimũ locum.*

4 Perfectus igitur syllogismus neque in hac figura fit. 5 Esse autem *syllogismus* poterit terminis tam vniuersaliter, quam non vniuersaliter medio iunctis.

4 *In hac figura nullus est syllogismus perfectus.*

5 *Syllogismi in hac figura constant ex propositionibus vniuersalibus vel non vniuersalibus.*

6 Terminis igitur vniuersaliter positis, cum & τὸ π & τὸ ρ inest omni σ, syllogismus erit, *quo* necessario *colligetur* τὸ π inesse alicui ρ. cum enim *pronunciatum* attributiuum conuertatur, inerit τὸ σ alicui ρ quare cum τὸ π insit omni σ, & τὸ σ alicui ρ. necesse est, τὸ π inesse alicui ρ. fit enim syllogismus in prima figura. Potest etiam demonstratio fieri per impossibile, & per expositionem. Nam cum vtraque insint omni σ, si sumatur aliquid τῶν σ, veluti τὸ ν huic & τὸ π & τὸ ρ inerit. quare alicui ρ τὸ π inerit.

6 *Darapti.*

7 Et si τὸ ρ omni σ, τὸ π nulli σ insit: erit syllo- 7 *Felapton.*

gismus, *quo* necessario *colligetur* τὸ π cuidam ρ non inesse. idem enim erit demonstrationis modus conuersa propositione ρ σ. Probari etiam potest per impossibile, vt in prioribus *syllogismus factum est*.

8 AE. 8 Si vero τὸ ρ nulli: τὸ π, omni σ insit: non erit syllogismus. Termini *conclusionis* affirmantis animal, equus homo : negantis, animal, inanimum, homo.

9 EE. 9 Neque tum erit syllogismus, cum ambo dicentur de nullo σ. Termini *conclusionis* affirmantis, animal, equus, inanimum: negantis, homo, equus, inanimum: medium *est* inanimum.

10 In modis vniuersalibus maior potest esse affirmans vel negans, minor debet esse negans.

10 Perspicuum igitur *est*, etiam in hac figura quando erit & quando non erit syllogismus, si termini vniuersaliter *positi* sint. Nam cum vtrique termini sunt attributiui, erit syllogismus, *quo colligetur* alicui extremo extremum inesse. cum autem *sunt* priuatiui, non erit *syllogismus*: sed cum alter est priuatiuus, alter affirmatiuus: si quidem maior *terminus* sit priuatiuus, & alter affirmatiuus, erit syllogismus *quo colligetur* cuidam extremo extremum non inesse. sin contra *fiat*, non erit *syllogismus*.

11 IAI. AII. 11 Quod si alter terminus vniuersaliter, alter particulariter medio adiungatur, cum ambo sunt attributiui, necesse *est* fieri syllogismum, vteruis terminorum vniuersaliter *acceptus* sit.

12 *Disamis.* 12 Nam si τὸ ρ insit omni σ, & τὸ π alicui: necesse est τὸ π alicui ρ inesse. Cum enim *pronunciatum* affirmans conuertatur, τὸ σ inerit alicui π. itaque cum τὸ ρ omni σ, ac τὸ σ alicui π *insit*: etiam τὸ ρ alicui π inerit: vnde etiam τὸ π *inerit* alicui ρ.

13 *Datisi.* 13 Rursus si τὸ ρ alicui σ, ac τὸ π omni σ insit: necesse *est* τὸ π alicui ρ inesse: idẽ enim est demõstrãdi mod⁹.

14 Licet autem hæc demonſtrare etiam per impoſſibile,& expoſitione,vt in prioribus *ſyllogiſmis factum fuit.*

14 Diſamis & Datiſi non ſolum per conuerſionem confirmari poſſunt ſed etiam per impoſſibile.

15 Si vero alter terminus ſit attributiuus,alter priuatiuus,& vniuerſaliter *accipiatur* attributiuus,quando minor eſt attributiuus erit ſyllogiſmus.Nam ſi τὸ ϱ omni ϛ ineſt,ac τὸ π cuidam non ineſt : neceſſe *eſt* τὸ π alicui non ineſſe. Si enim omni inſit , & τὸ ρ inſit omni ϛ:etiam τὸ π omni ϛ inerit : attamen non inerat. Confirmatur etiam abſque deductione *ad impoſsibile* ſi accipiatur aliquid τ͂ ϛ , cui τὸ π non inſit.

15 Bocardo.

16 Cum autem maior *terminus* eſt attributiuus, non erit ſyllogiſmus. vt ſi τὸ π omni ϛ inſit,ac τὸ ρ alicui ϛ non inſit. *Termini concluſionis* omni ineſſe, animatum ,homo , animal. Terminos *concluſionis* nulli ineſſe,accipere non licet.Si τὸ ρ cuidam ϛ inſit, cuidam non inſit. nam ſi τὸ π omni ϛ ineſt, & τὸ ρ alicui ϛ: etiam τὸ π alicui ρ inerit. Verum ſupponebatur nulli ineſſe. Sed , quemadmodum in prioribus, *hic quoque* accipiendum. cum enim hoc pronunciatum ſit indefinitum,cuidam non ineſſe;etiam quod nulli ineſt , vere dicitur cuidam non ineſſe. atqui cum nulli ineſt,non erat Syllogiſmus. perſpicuum igitur *eſt, etiam cum ſumitur cuidam non ineſſe*, non fore ſyllogiſmum.

16 A.O.

17 At ſi terminus priuatiuus ſit vniuerſalis , *terminus* autem particularis *ſit* attributiuus ; cum maior eſt priuatiuus , & minor attributiuus ; erit ſyllogiſmus. Nam ſi τὸ π nulli ϛ, ac τὸ ρ cuidam ϛ inſit : *certe* τὸ π cuidam ρ non inerit ; iterum enim erit prima figura , conuerſa propoſitione ρϛ.

17 Feriſon.

18 Cum autem minor *terminus* eſt priuatiuus, *18 I E.*

non erit syllogismus. Termini *conclusionis* affirmantis, animal, homo, ferum: negantis, animal, scientia, ferum. vtrobique ferum est medium.

19 OE. 19 Neque *tum syllogismus erit* cum vtrique *termini* ponuntur priuatiui; & alter est vniuersalis, alter in parte. Termini *conclusionis* negantis, quando minor est vniuersaliter adiunctus medio, animal, scientia, ferum: affirmantis animal, homo, ferum.

20 EO. 20 Cum autem maior est vniuersalis, & minor in parte: termini cõclusionis negantis *hi sunto*, coruus, nix, album. *Termini* conclusionis affirmantis accipi non possunt, si τὸ ρ cuidam σ inest, cuidam nõ inest. nam si τὸ π inest omni ρ, & τὸ ρ alicui σ: etiam τὸ π inerit alicui σ: verum supponebatur nulli *inesse*. Sed ex indefinito ostendendum est.

21 II OO. IO. OI. 21 Item nullo modo erit syllogismus, si vterque terminus extremus cuidam medio insit, vel non insit: vel alter insit, alter non insit: vel alter alicui, alter non omni insit: vel indefinite. Termini omnium communes *sunt*, animal, homo, album: animal, inanimatum, album.

22 *Epilogus.* 22 Perspicuum igitur *est*, etiam in hac figura quando erit; & quando non erit syllogismus: &, si termini ita habeant, vt dictum fuit, necessario fieri syllogismum, & si fiat syllogismus, necesse *esse* vt termini ita se habeant.

23 *Omnes syllogismi in hac figura sunt imperfecti.* 23 Perspicuum quoque *est*, omnes syllogismos, qui *sint* in hac figura, esse imperfectos: quoniam omnes perficiuntur assumptis quibusdam.

24 *In hac figura non concluditur vniuersalis.* 24 Item non licere in hac figura colligere conclusionem vniuersalem, nec priuantem, nec affirmantem.

Communia

Communia de tribus figuris. CAP. VII.

1 Illud quoque manifestum *est* in omnibus figuris, quando non fit syllogismus, si attributiui vel priuatiui *sint* vtrique termini, item si vtrique sint in parte, nihil omnino colligi necessario.

2 At si alter sit attributiuus, alter priuatiuus, & vniuersaliter accipiatur priuatiuus, semper fieri syllogismum minoris extremi de maiori.

3 Vt si τὸ α omni aut alicui β, ac τὸ β nulli γ insit, conuersis enim propositionibus, necesse est τὸ Γ alicui α non inesse.

4 Similiter fit etiam in aliis figuris: semper enim fit syllogismus per conuersionem.

5 Præterea manifestum *est*, *pronunciatum* indefinitum pro attributiuo particulari acceptum, efficere eundem syllogismum in omnibus figuris.

6 Item perspicuum *est*, omnes imperfectos Syllogismos perfici per primam figuram. aut enim demonstratione, aut per impossibile perficiuntur omnes: vtroque autem modo fit prima figura. Ac demonstratione quidem si perficiantur, *fit prima figura*: quia *sic* omnes perficiebantur per conuersionem: conuersio autem efficiebat primam figuram. Si vero per impossibile confirmentur: *adhuc fit prima figura*: quia posito quod falsum est, Syllogismus conficitur in prima figura. Vt in postrema figura si τὸ α ac τὸ β insunt omni Γ: *probatur* τὸ α inesse alicui β. Nam si τὸ α insit nulli β, ac τὸ β omni Γ: τὸ α inerit nulli γ. sed *antea positum* erat, omni *inesse*. Similiter *fit* etiam in aliis.

7 Licet etiam reducere omnes syllogismos ad syllogismos vniuersales primæ figuræ. 8 Nam qui

1 Si vtraque proposit. affirmet, vel neget, vel sit particularis: modus directo inutilis, est etiã indirecto inutilis.

2 Si altera propositio sit vniuersalis negãs, altera sit affirmans, modus indirecto est vtilis.

3 Fapesmo & Frisesmo, modi indirecti in prima figura.

4 Ferisom in secunda figura, & Fapesmo, ac Frisemo in tertia figura modi indirecti.

5 Propositio indefinita comparatur particulari.

6 Omnes imperfecti syllogismi perficiuntur per primã figuram.

7 Omnes alii syllogismi resolui possunt in Barbara & Celarent.

8 Cesare resoluitur in Celarẽt per conuersionẽ minoris: Camestres in Celarent per conuersionem minoris, & conclu-

fiunt in ſecunda figura, ſine dubio per illos perficiuntur: non tamen omnes eodem modo: ſed vniuerſales, conuerſo *prænunciato* priuatiuo. Particularium autem vterque per deductionem ad impoſſibile.

9 Particulares autem primæ figuræ perficiuntur quidem per ſe ipſos. ſed licet etiam ſecunda figura *eos* confirmare ducendo ad impoſſibile. Vt ſi τὸ α *ineſt* omni β, ac τὸ β alicui γ, τὸ α inerit alicui γ, nam ſi nulli *inſit*, omni autem β *inſit*: *certe* nulli γ τὸ β inerit: hoc enim ſcimus per ſecundam figuram. Similiter in priuatiuo *ſyllogiſmo* erit demonſtratio. Nam ſi τὸ α nulli β, ac τὸ β alicui γ ineſt: τὸ α alicui γ non inerit. etenim ſi omni *inſit*, ac nulli β inſit: τὸ β nulli γ inerit: hoc enim erat media figura. Itaque cum omnes ſyllogiſmi mediæ figuræ reducantur ad ſyllogiſmos vniuerſales primæ figuræ, particulares autem primæ ad *ſyllogiſmos* ſecundæ; perſpicuum *eſt*, etiam *ſyllogiſmos* particulares primæ figuræ reduci ad ſyllogiſmos vniuerſales primæ figuræ.

10 Qui vero *fiunt* in tertia *figura*, terminis quidem vniuerſaliter acceptis, ſtatim per eos ſyllogiſmos perficiuntur.

11 *Terminis* autem in parte ſumptis, *perficiuntur* per ſyllogiſmos particulares primæ figuræ: hi vero ad illos reducti ſunt: quapropter *ad eoſdem reducentur* etiam ſyllogiſmi particulares tertiæ figuræ.

12 Perſpicuum igitur *eſt* omnes reduci ad ſyllogiſmos vniuerſales primæ figuræ.

13 Dictum igitur eſt, quomodo ſyllogiſmi ineſſe aut non ineſſe oſtendentes, *ſe* habeant: cum per ſe, qui ſunt ex eadem figura: tum inuicem, qui ſunt ex diuerſis figuris.

ſionis, & tranſpoſitionem propoſitionum Feſtino in Celarent per deductionem ad impoſſibile Baroco in Barbara per deductionem ad impoſſibile.

9 Per deductionem ad impoſſibile Darij reducitur ad Cameſtres, Ferio ad Ceſare, Conſequenter ambo reſoluuntur in Celarent.

10 Per deductionem ad impoſſibile reſoluuntur Darapti in Celarent, & Felapton in Barbara. Per conuerſionem autem reſoluuntur Diſamis & Datiſi in Darij, conſequenter in Cameſtres, & in Celarent, Feriſon in Ferio conſequenter in Ceſare, & in Celarent. Adde Bocardo per deductionem ad impoſſibile reſolui in Barbara.

11 Per conuerſionem reſoluuntur Diſamis & Datiſi in Darij, conſequenter in Cameſtres & in Celarent. Adde Bocardo per deductionem ad impoſſibile reſolui in Barbara. *12 Concluſio.* *13 Epilogus.*

De syllogismis ex ambabus propositionibus necessariis.

CAP. VIII.

CAP. VIII.

QVia vero diuersa *hæc* sunt inesse, & necessario inesse, & contingere inesse: (multa enim insunt quidem, non tamen necessario: alio vero nec necessario, nec omnino insunt, sed possunt inesse) manifestum *est*, etiam horum cuiusque syllogismum diuersum fore, ac terminis *constare* haud simili modo se habentibus: sed alium ex necessariis, alium ex his quæ insunt, alium ex contingentibus.

2 In necessariis igitur simili fere modo *res se* habet atque in iis quæ insunt. eodem enim modo positis terminis in eo quod inest, & in eo quod necessario inest, vel non inest, erit & non erit syllogismus: hoc tantum differunt, quod terminis illud adducitur, necessario inesse, vel, non inesse.

3 Nam priuatiuum *pronunciatum* eodem modo *a* conuertitur: & in toto esse, omnique *attribui*, similiter trademus. In aliis *b* igitur eodem modo, *id est*, per conuersionem, ostendetur conclusionem esse necessariam, quemadmodum in eo quod inest. in media autem figura, cum *propositio* vniuersalis est affirmatiua & particularis priuatiua: *c* rursusque in tertia, cum vniuersalis *est* attributiua, & particularis priuatiua *d*, non fiet similiter *e* demonstratio: sed necesse *est*, vt exponentes aliquid cui vtrumque non inest *f*, de hoc syllogismum faciamus: de hoc enim erit *conclusio* necessaria. quod si de *termino* exposito *conclusio* necessaria efficitur, etiam de illo aliquo *necessaria efficitur*: nam quod pro-

1 Omnis syllogismus vel constat ex propositionib. puris vel necessariis, vel contingentibus.

2 Iidem sunt modi vtiles, vel inutiles tā ex propositionibus necessariis, quam puris.

3 *Syllogismi necessarij eodem modo confirmantur, quo puri, exceptis Baroco & Bocardo.*

a Simpliciter.

b In aliis modis, præter Baroco & Bocardo.

c Id est, in Baroco.

d Id est, in Bocardo.

e Vt in syllogismis puris, id est, per deductionem ad impossibile in Barbara.

f Cui non inest verūque extremum, sed alterum tantum.

positum est, illius pars est, sit autem vterque syllogismus in propria figura g.

g In qua figura fit primus syllogismus in eadem fit syllogismus cum confirmans, nec enim Baroco confirmatur per Camestre & Brocardo per Felaptõ.

De syllogismis ex altera propositione pura, & altera necessaria in prima figura.

Cap. IX.

Cap. IX.
1 *In modis vniuersalibus ita demum conclusio est necessaria, si maior propositio sit necessaria.*

Accidit etiam aliquando, vt cum altera *tantum* propositio sit necessaria, syllogismus fiat necessarius: non tamen vtrauis, sed ea quæ continet maius extremum. 2 Vt si τὸ α sumptum sit necessario inesse vel non inesse τῷ β, ac τὸ β τῷ γ inesse tantum: sic enim acceptis propositionibus necessario τὸ α inerit vel non inerit τῷ Γ cum enim omni β necessario insit aut non insit τὸ α, τὸ γ autẽ sit aliquid τῶν β: perspicuum *est*, etiam τὸ Γ necessario fore horum alterum. Si vero propositio α β non est necessaria, sed β Γ est necessaria: non erit *conclusio* necessaria: nam si *conclusio necessaria* erit, accidet, vt τὸ α alicui ϐ insit, necessario, *vt probari potest* tam in prima *a* quã in tertia figura *b*. hoc autem falsum *est*: quia contingit τὸ β esse eiusmodi, vt τὸ α possit ei nulli inesse. Præterea etiam ex terminis apparet, conclusionem non fore necessariam, vt si τὸ α sit motus; τὸ ϐ animal; & vbi γ, homo; quoniam homo necessario est animal; sed nec animal, nec homo necessario mouetur.

N P N.
2 *Barbara.*
N P N.
Celarent.

P N P.
3 *Barbara.*

N N N.
a In darii.
N N N.
b In Darapti.

P N P.
4 *Celarent.*
5 *Eadem est regula syllogismorum particularium quæ in I. partic. data est de syllogismis vniuersalibus.*

4 Similiter etiam *se res habet*, si α ϐ sit priuatiuum: quoniam eadem *est* demonstratio. 5 In syllogismis autem particularibus, si quidem *pronunciatum* vniuersale est necessarium, etiam conclusio erit necessaria: at si particulare *est necessarium*, *conclusio*

non *erit* necessaria: siue priuatiua, siue attributiua sit propositio vniuersalis. 6 Primum ergo vniuersale sit necessarium: ac, τὸ α omni β insit necessario, τὸ β autem alicui γ insit tantum: necesse igitur *est*, τὸ α alicui γ inesse necessario: quoniam τὸ γ est sub β, atque omni β τὸ α inerat necessario. 7 Similiter *se res habet*, si priuatiuus sit syllogismus: quoniam eadem erit demonstratio. 8 Si vero particulare est necessarium, non erit conclusio necessaria. nihil enim absurdi, accidit, quemadmodum nec in syllogismis vniuersalibus. 9 Similiter *res se habet in syllogismis particularibus* priuatiuis. Termini *sunto*, motus, animal, album.

NNP. 6 *Darii.*

NPN. 7 *Ferio.*

PNP. PNP. 8 *Dari Ferio.*

De syllogismis ex altera propositione pura, & altera necessaria, in secunda figura.

CAP. X.

CAP. X

1 *In modis vniversalibus: ita demum conclusio est necessaria, si propositio negans sit necessaria.*

IN secunda autem figura, si priuatiua propositio sit necessaria, etiam conclusio erit necessaria. 1 si affirmatiua *sit necessaria, conclusio* non *erit* necessaria. 2 Primum enim priuatiua sit necessaria, ac τὸ α nulli β contingat, sed τὸ γ insit solũ. quoniam igitur *propositio* priuans conuertitur, τὸ β nulli α contingit: atqui τὸ α inest omni γ: itaque τὸ β nulli γ contingit, quia τὸ γ est sub α. 3 Itidem *conclusio* erit necessaria, si negatio adiiciatur τῷ δ. Nam si τὸ α nulli δ contingit, etiam τὸ δ nulli α inesse potest, verum τὸ α inest omni β. quare nulli β τὸ δ contingit: fit enim iterum prima figura: ergo nec *τὸ β inesse poterit τῷ γ*; quia similiter conuertitur. 4 Si vero attributiua propositio sit necessaria, non erit conclusio necessaria. insit enim τὸ α omni β necessario, ac nulli δ insit solũ. conuersa igi-

NPN. 2 *Cesare.*

PNN. 3 *Camestres.*

NPP. 4 *Camestres colligit conclusionem puram: vt probatur.*

Prim. per resolutionem in P N P. *Celarent.*

tur *propositione* priuãte, fit prima figura: ostensum autem est, in prima figura, cum non est necessaria propositio maior priuatiua, neque conclusionem fore necessariam. quare nec in his erit conclusio necessaria. 5 Præterea si conclusio sit necessaria, accidit vt τὸ γ alicui α necessario non insit. Nam si τὸ β necessario nulli γ inest, etiam τὸ γ necessario nulli β inerit. atqui necesse *est*, τὸ β inesse alicui α: si quidem τὸ α omni β necessario inerat. quare necesse est, τὸ γ alicui α non inesse. sed nihil prohibet, τὸ α eiusmodi accipi, vt omni γ inesse possit.

5 Secundo per deductionem ad impossibile. M N N. *in Darii.*

6 Tertio per expositionem terminorum.

6 Præterea etiã terminorum expositione licet ostẽdere conclusionem non esse simpliciter necessariã, sed *esse* his positis necessariam. Esto exempli causa τὸ α, animal: τὸ β, homo: τὸ γ album, ac propositiones similiter sumantur. accidit enim, vt animal nulli albo insit. ergo etiam homo inerit nulli albo: sed non necessario. contingit enim, hominem fieri album, non tamen quamdiu animal nulli albo inest. quare his positis necessaria erit conclusio, simpliciter autẽ non *erit* necessaria. 7 Similiter *res se* habebit in syllogismis particularibus. Cum enim priuatiua propositio est vniuersalis & necessaria, etiam conclusio erit necessaria: cum autem attributiua est vniuersalis & necessaria, priuatiua autem est particularis & non necessaria: non erit conclusio necessaria.

7 In im dis particularibus si propositio vniuersalis necessaria neget, cõclusio est necessaria: si affirmet, conclusio est pura.

N P N. *8 Festino.*

8 Primum igitur priuatiua sit vniuersalis & necessaria: ac τὸ α nulli β inesse possit, cuidam vero γ insit, cum igitur priuatiuum conuertatur, etiam τὸ β nulli α inesse poterit. atqui τὸ α cuidam γ inest. quare necessario cuidam γ non inerit τὸ β. 9 Rursus attributiua propositio sit vniuersalis & necessaria: & affirmatio adiiciatur τῷ β. Si igitur τὸ α omni β necessario inest, cuidã autem γ nõ inest: perspicuũ est, τὸ β

N P P. *9 Baroco.*

cuidam γ non inesse: sed non necessario. Iidem enim termini *vsui* erunt ad hoc demonstrandum, qui in syllogismis vniuersalibus *accepti fuerunt*.

10 Ac ne tum quidem erit conclusio necessaria, cum *pronunciatum* priuatiuũ est necessarium in parte acceptum: per eosdem enim terminos demonstratio *fieri potest*. P N N. 10 Baroco.

De syllogismis ex altera propositione pura & altera necessaria, in tertia figura.

CAP. XI.

CAP. XI.

IN tertia vero figura, cum termini sunt vniuersaliter medio iuncti, & vtræque propositiones attributiuæ, vtrauis *sit* necessaria, etiam conclusio erit necessaria. quod si altera propositio sit priuatiua, altera attributiua; cum priuatiua est necessaria, etiã cõclusio erit necessaria; cũ autem attributiua *est necessaria*, *conclusio* non erit necessaria. 2 Primũ enim vtræque propositiones sint attributiuæ: *ita vt* & τὸ α & τὸ β omni γ insit, & necessaria sit *propositio* α γ. quoniam igitur τὸ β inest omni γ, etiam τὸ γ inerit alicui β; conuertitur enim *propositio* vniuersalis in particularem. quare si omni γ τὸ α necessario inest, ac τὸ γ alicui β; etiam τὸ α alicui β necesse *est* inesse; quia τὸ β est sub γ. fit ergo iterum prima figura. 3 Similiter ostendetur, si *propositio* β γ sit necessaria: nã τὸ γ reciprocatur cum aliquo α. quare si omni γ τὸ β necessario inest, ac τὸ γ alicui α inest, etiam τὸ β alicui α necessario inerit. 4 Rursus *propositio* α γ sit priuatiua, & *propositio* β γ affirmatiua, priuatiua autẽ *sit* necessaria, quoniã igitur affirmatiua conuertitur, τὸ γ inerit cui-

1 In Darapti conclusio est necessaria, in Felaptone l. e. conclusio, qualis est maior propositio.

N P N. 2 *Darapti.*

P N N. 3 *Darapti.*

N P N. 4 *Felapton.*

dam β, ac τὸ α necessario nulli Γ, item cuidam β necessario non inerit τὸ α, quia τὸ β est sub Γ.

N P N.

5 Felapton ex maiore pura colligit conclusionem puram, vt probatur primo per conuersionem & resolutionem in primã figuram.

5 At si propositio attributiua *sit* necessaria, non erit conclusio necessaria. sit enim *propositio* β Γ attributiua & necessaria, & *propositio* α Γ priuatiua & non necessaria. cum igitur affirmatiua conuertatur, etiã τὸ Γ necessario inerit cuidam β. quare si τὸ α nulli Γ; ac τὸ Γ cuidam β inest: etiam τὸ α cuidam β non inerit, sed non necessario: ostensum enim fuit, in prima figura, posita propositione priuatiua non necessaria, conclusionem non fore necessariam.

6 Secundo per expositionem terminorum.

6 Præterea etiam ex terminis *hoc* perspicuum esse potest. sit *enim* τὸ α, bonũ: τὸ β, animal: τὸ Γ, equus. contingere igitur potest: vt bonum nulli equo insit: necesse autẽ *est* animal omni *equo* inesse: sed nõ necesse *est*, aliquod animal non esse bonum; siquidẽ contingere potest, vt omne *animal* sit bonum. Aut si hoc fieri nequit, *alius* terminus poni debet, *vt* vigilare, vel dormire: quoniam omne animal hæc recipere potest.

7 Epilogus.

7 Si igitur termini vniuersaliter medio iuncti sunt, dictum est quando conclusio erit necessaria.

8 In modis particularib. si propositio vniuersalis sit necessaria, conclusio est necessaria.

8 Si vero alter vniuersaliter, alter in parte *de medio dicatur*, ita vt ambo sint attributiui, cum *propositio* vniuersalis sit necessaria, etiam conclusio erit necessaria. Demonstratio autem eadem *est*, quæ antea: quia cõuertitur etiã *propositio* attributiua particularis.

P N M.

9 Disamis.

9 Itaque si necesse *est* τὸ β inesse omni Γ, ac τὸ α est sub Γ: necesse est, τὸ β inesse alicui α: quod si τὸ β *insit* alicui α, etiam τὸ α alicui β inesse necesse *est*: quoniam *hæc propositio* conuertitur.

N P N.

10 Datisi.

10 Idẽ est, si *propositio* α γ sit necessaria & vniuersalis: quia τὸ β est sub Γ.

11 Si propositio vniuersalis sit pura, conclusio est pura.

11 Si vero *propositio* particularis sit necessaria, nõ erit cõclusio necessaria.

N P N.

12 Datisi ex maiore pura

12 Sit enim propositio β Γ, particularis & necessaria: ac τὸ α insit omni Γ, nõ tamen

necessario. cõuersa igitur *propositione* β γ, fit prima figura: & vniuersalis propositio non *est* necessaria, sed particularis *est* necessaria. cum autem ita habent propositiones, non erat conclusio necessaria. quocirca nec in his *terminis, quos nunc posuimus, erit conclusio necessaria.* 13 Præterea ex terminis hoc perspicuum *est*. Sit enim α, vigilia: β, bipes: vbi γ animal. necesse igitur *est*, τὸ β alicui γ inesse: contingitque vt τὸ α omni γ insit: ac τὸ α τῷ β non necessario *inest*, quia nõ necesse *est*, vt aliquod bipes dormiat, aut vigilet. 14 Similiter autem & per eosdem terminos ostendetur, & si *propositio* α γ sit particularis & necessaria.

collegit conclusionem puram: vt probatur primo per conuersionem seu resolutionem in primam figuram

13 Secundo per expositionem terminorum.

N. P. N. 14 *Disam.s.*

15 Quod si terminorum alter sit attributiuus, alter priuatiuus, cum propositio vniuersalis est priuatiua & necessaria, etiam conclusio erit necessaria. Nam si τὸ α nulli γ contingit: τὸ β cuidam γ inest: necesse est, τὸ α cuidam β non inesse. 16 Cum autem *propositio* affirmatiua necessaria fuerit, siue vniuersalis, siue in parte: aut priuatiua particularis: non erit conclusio necessaria. Cætera namque eadem dicemus, quæ in prioribus diximus. Termini autem, cum *propositio* vniuersalis affirmans *est* necessaria, *sint*, vigilia, animal, homo: medium sit homo. Cum autem *propositio* in parte affirmans *est* necessaria: *termini sint*, vigilia, animal, album. necesse *est* enim, animal cuidam albo inesse: accidit autem vt vigilia nulli *albo insit*: nec necesse *est*, cuidam animali non inesse vigiliam. Cum autem *propositio* priuans in parte, est necessaria: *termini sint*, bipes, motus, animal: medium, animal.

N. P N. 15 *Felapton.*

P N P. 16 *Brocardo.*

P N P N. *Ferison Brocardo.*

P P.

Collectio necessarij & eius quod inest.

CAP. XII.

1 Conclusio affirmans non colligitur nisi ex duabus propositionibus affirmantibus, sed necessaria colligitur ex vna propositione necessaria. 2 Conclusio semper est similis vel vtrique vel saltem vni propositioni.

PErspicuum igitur *est*, non esse syllogismum eius quod inest, nisi vtræque propositiones significent inesse: colligi tamen necessariam conclusionem, etiamsi altera tantum propositio necessaria sit.

2 In vtrisque autem, siue affirmatiui, siue priuatiui sint syllogismi, necesse *est* alteram propositionem esse similem conclusioni. Sic autem similem dico: si concludatur inesse, *etiam altera* propositio significat inesse: si necessarium, etiam altera propositio est necessaria. quare constat, non concludi necessarium, vel quod inest, nisi altera propositio accipiatur necessaria, vel significans inesse. 3 De necessario igitur, *id est* quomodo colligitur, & qua differat ab eo quod inest, satis fere dictum *est*.

3 Epilogus.

De contingenti & propositionibus inde acceptis.

CAP. XII.

CAP. XIII.

1 Proponit agendum de syllogismis contingentibus. 2 Contingentis ponit duas [illegible] definitiones & distinctiones a vero, [illegible] 3 Ostendit [illegible] contingentis & necessarij [illegible] negationum.

POst hæc de contingenti dicamus quando, & quomodo, & ex quibus erit syllogismus. 2 Contingere autem & contingens *id* appello, quod cum non sit necessarium, si ponatur esse, nihil inde sequitur impossibile. quod enim necessarium *est*, homonymos contingere dicitur. 3 Hoc autem esse contingens *inde dicamus* perspicuum *est* ex negationibus & affirmationibus oppositis. hæc enim non contingit inesse, & impossibile *est* inesse, & necesse *est* non esse, aut eadem sunt, aut sese mutuo consequuntur: quare etiam his opposita, *id est*, contingit inesse, & non impossibile *est* inesse, & non necesse

est non inesse, aut erunt eadem, aut sese mutuo consequentur. nam de omni *re* vel affirmatio vel negatio *vera* est. ergo contingens est non necessarium: & non necessarium contingens. 4 Omnes autem de contingenti propositiones in se inuicem cõuerti possunt: *conuerti*, inquam, non affirmatiuas in negatiuas, sed quæcumque affirmatiuam figuram habent, secundum oppositionem: vt hæc contingit inesse, *mutatur* in hanc, contingit non inesse: & hæc, contingit omni, in hanc, contingit nulli, vel non omni: & hęc, alicui *contingit*, in hanc, non omni *contingit*, eodem modo & in aliis *fit conuersio*. cum enim contingens non sit necessarium, ac non necessarium possit non inesse: perspicuum *est*, si contingit τὸ α τῷ ϐ inesse, contingere etiam non inesse, & si omni contingit inesse, etiam omni contingere non inesse. Similis est ratio affirmationum in parte: quoniam eadem *est* demonstratio. Eiusmodi vero propositiones sunt attributiuæ, non priuatiuæ. nam *verbum* Contingit, similiter ponitur *in oratione*, vt *verbum* Est: sicut prius dictum fuit.

4 Propositiones cõtingentes ita conuertuntur, vt earum subiectum, quod scholastici vocant dictum, possit ex affirmatiuo fieri negatiuum, & contra ex negatiuo, vt, cõtingit hominem currere, contingit hominem non currere.

5 His definitis rursus dicamus, Cõtingere dici duobus modis: vno, quod plerumque fit, ac deficit à necessario: (vt hominem canescere, vel augeri, vel tabescere, & omnino quod natura esse solet: hoc enim non habet continuam necessitatem, quia non semper homo est: sed si homo sit, aut necessario, aut plerumque est) alio modo, quod *est* indefinitum, quodque & ita & secus *esse* potest, vt animal ambulare, aut *eo* ambulante fieri terræ motum, & omnino quod fit à fortuna; *horum* enim nihil magis ita natura comparatum est, quam contrario modo. 6 Conuertitur ergo secun-

5 Contingentis duo sunt genera, nam alia sæpius accidũt vno modo, q̃ altero: alia sunt indefinita, quæ possunt. quæ hoc atque illo modo accidere. Illa à scholasticis vocantur contingentia vt plurimũ: hæc, contingentia æqualia.

6 Contingens vt

dum oppositas propositiones vtrũque cõtingens: non tamen eodem modo: sed quod natura comparatum est vt fit, in *id conuertitur* quod non necessario inest: sic enim contingit non canescere hominem. quod autem *est* indefinitum, in *id* conuertitur, quod non magis hoc quam illo modo esse potest. 7 Scientia vero & syllogismus demonstratiuus non est eorũ quæ sunt indefinita, quia mediũ est inordinatum: sed eorum quæ natura comparatũ est vt fiut, ac fere disceptationes considerationesque de his fiunt, quæ hoc modo contingunt. *de his* autem *quæ* illo modo *contingunt*, fieri quidem potest syllogismus, sed quæri non consueuit. 8 Hæc igitur magis definientur in sequentibus. nunc vero dicamus, quando, & quomodo, & quis erit syllogismus ex contingentibus propositionibus. 9 (Quia vero *hæc locutio*, contingit hoc huic inesse, bifariam accipi potest: aut enim *significat* cui hoc inest, aut cui cõtingit inesse. nã *hæc oratio*, de qub τὸ β, *ει* contingere τὸ α, horum alterum significat, vel de quo dicitur τὸ β, vel de quo dici contingit. hæc autem nihil differunt: de quo τὸ β *ει* τὸ α contingere: & omni β τὸ α inesse posse. perspicuum igitur *est*, duobus modis dici posse, τὸ α omni β contingere inesse) primum ergo dicamus, si de quo τὸ γ, *ει* τὸ β contingit, & de quo τὸ β, *ει τὸ α contingit*, quis erit & qualis syllogismus: ita namque ambæ propositiones contingentes sumuntur, cum vero cui τὸ β inest, *ει* τὸ α contingit, altera, propositio est de eo quod inest, altera contingens. Quare à similibus figura *a* incipiendum *est*, sicut in aliis quoque *fecimus*.

plurimum conuertitur in id quod non est necessarium: contingens æquale conuertitur in contingens æquale.

7 Demonstrationes & disputationes sunt de contingentis, vt plurimum quãquam syllogismus etiam de cõtingẽte æquali fieri potest.

8 Deinceps videndum de syllogismis ex propositionibus contingentibus.

CAP. XIV.

9 Alterum alteri omni dici potest contingere duobus modis, aut enim cuicumque secũdum accidit primũ quoque accidit, aut cuicũque secundũ inest e primum accidit. hinc fit syllogismus ex altera propositione contingente, & altera pura inde ex vtraque contingente.

a A syllogismis quorum vtraque propositio est contingens.

De syllogismis ex ambabus propositionibus contingentibus in prima figura.

CAP. XIII.

CAP. XIV.

CVm igitur τὸ α contingit omni β, ac τὸ β omni Γ: syllogismus erit perfectus, *quo colligetur* τὸ α contingere omni Γ. hoc autem perspicuum *est* ex definitione. nam omni contingere, ita accipiebamus. ccc 1 *Barbara.*

2 Similiterque si τὸ α contingit nulli β, ac τὸ β omni Γ: *syllogismus erit, quo colligetur* τὸ α accidere nulli Γ. nam cui τὸ β contingit, *et* τὸ α non contingere, hoc erát, nihil relinquere ex iis contingentibus quæ *sũt* sub β. 3 Cum autem τὸ α contingit omni β, ac τὸ β contingit nulli Γ: ex propositionibus quidem acceptis nullus syllogismus fit: sed conuersa *propositione* β Γ sicut contingens *conuertitur*, fit idem *syllogismus*, qui & antea *factus est*, cum enim contingat τὸ β nulli Γ inesse, contingit etiam omni inesse: hoc enim antea dictum est: quare, cum τὸ β accidat omni Γ, ac τὸ α omni β: rursus fit idem syllogismus. ccc 2 *Celarent.* ccc. 3 AEA. A.

4 Similis ratio est, si ambabus propositionibus adiiciatur negatio *vna* cum verbo contingere. vt si τὸ α contingit nulli β, ac τὸ β nulli Γ. nam ex propositionibus quidem acceptis nullus syllogismus fit: sed ex propositionibus conuersis, rursus erit idem *syllogismus* qui & prius factus est. 5 Perspicuum igitur *est*, negatione adiuncta minori extremo, vel ambabus propositionibus, aut non fieri syllogismum: aut fieri quidem, sed non perfectum: quia necessitas consecutionis perficitur per conuersionem. ccc 4 EEA. AA. 5 *Cum minor negat, nihil cõcluditur n si conuertatur in affirmantem.*

6 *Si maior proposit o sit vniuersal s, & minor particularis affirmet, syllogismus est perfectus.*
ccc
7 *Darij*
ccc
8 *Fer o*
a Eadem genere tantum nam superior syllogismus confirmabatur per reguli De omni, hic confirmatur per regulam De nullo.
ccc
9 A O I. I.

10 *Si maior sit particularis, nihil concluditur.*

6 Quod si propositionum altera vniuersalis, altera in parte sumpta sit: sane ad maius extremum posita vniuersali, syllogismus erit perfectus. 7 Nam si τὸ α contingit omni β, ac τὸ β alicui γ: *certe* τὸ α contingit alicui γ. hoc autem perspicuum est ex definitione *qua expositum est*, *quid sit* omni accidere.

8 Rursus si τὸ α contingit nulli β, ac τὸ β cuidam γ inesse contingit: necesse est cōtingere τὸ α cuidam γ non inesse. demonstratio autem est eadem. a

9 Sin autem propositio quæ *est* in parte, sumpta sit priuatiua: ea vero, quæ vniuersalis, *accepta sit* affirmatiua, & eundem situm retineant: verbi gratia τὸ α contingat omni γ, ac τὸ β cuidam γ contingat non inesse: ex propositionibus quidem acceptis non fit euidens syllogismus: conuersa autem *propositione* particulari, ita vt ponatur τὸ ς cuidam γ inesse contingere; erit eadem conclusio, quæ prius, quemadmodum in prioribus syllogismis *fecimus*. 10 Si vero maior propositio sumpta sit particularis, minor autem vniuersalis: siue ambæ affirmatiuæ positæ sint, siue priuatiuæ, siue figura absimiles sint: & siue ambæ sint indefinitę, siue particulares: nullo modo erit syllogismus. Nihil enim vetat τὸ β excedere τὸ α, nec attribui æqualiter: *id* autem quo τὸ β excedit τὸ α, sumptum esto τὸ γ: huic enim nec omni, nec nulli, neque cuidam, neque non cuidam inesse τὸ α contingit: siquidem contingentes propositiones conuertuntur: ac τὸ β pluribus inesse contingit quā τὸ α. Hoc ex terminis quoque perspicuum *est*. cum enim propositiones ita *se* habent: primum vltimo & nulli contingit: & omni necessario inest. Termini communes omnium *sint hi*, *Conclusionis*, necessario inesse, animal, album, homo. *Conclusionis*, non posse inesse

animal, album, vestimentum. Perspicuum igitur *est*, cum termini hoc modo *se* habent, nullum fieri syllogismum. nam omnis syllogismus colligit aut inesse, aut necessario *inesse*, aut cōtingere *inesse*: quod autem hic syllogismus nec inesse, nec necessario *inesse* colligat, *ex eo* appparet quod affirmatiuam *conclusionem* tollit priuatiua, & priuatiuam affirmatiua. restat igitur, *Vt colligat* contingere inesse. sed hoc *est* impossibile. quippe ostensum est, cum termini ita *se* habent, & omni postremo primum necessario *inesse* & nulli contingere inesse. quare non potest esse syllogismus, *quo colligatur* cōtingere: quia quod *est* necessarium, non est contingens. 11 Perspicuum igitur *est*, cum termini vniuersaliter accipiuntur in propositionibus cōtingentibus, semper fieri syllogismum in prima figura, siue sint attributiui siue priuatiui, *b* verum si attributiui sint, *syllogismū esse* perfectum: si priuatiui, imperfectum.

11 *Nullus hic est modus vniuersalis, inutilis, sed cum minor negat syllogismus est imperfectus.*
b Si ambæ propositiones negent aut saltem minor.

12 Sed opus est vt contingere accipiatur, non in *propositionibus* necessariis, sed secundum dictam *c* definitionem. hoc autem interdum latet.

12 *Contingens hic accipitur in significatione propria.*
c Cap. 13. partic. 2.

De syllogismis ex altera propositione pura, & altera contingente, in prima figura.

CAP XV.

CAP. XIV.
1 *In modis vniuersalibus, si contingens sit maior, syllogismi sunt perfecti de contingenti proprie dicto si minor, imperfecti, & negat ui sunt de contingenti sumpto pro eo quod non necessario est.*

SI vero altera propositio pura, altera contingens accipiatur: cum ea quæ continet maius extremū, contingere significat: omnes syllogismi erunt perfecti, & de contingenti secundum dictam definitionem *accepto*. cum autem propositio in qua est minus extremum *contingere significat*: omnes *erunt*

imperfecti: & priuatiui syllogismi non erunt de contingenti secundum definitionem illam *accepto*, sed de eo quod nulli, aut non omni necessario inest: nam si nulli aut non omni necessario *inest*, contingere dicimus, vt nulli aut non omni insit.

CPC. 2 *Barbara*.

2 Contingat enim τὸ α omni β, ac τὸ β ponatur inesse omni γ: quoniam igitur τὸ γ est sub β, omni autem β contingit τὸ α, perspicuum *est*, etiam omni γ contingere τὸ α, fit igitur perfectus syllogismus.

CPC. 3 *Celarent*.

3 Similiter etiam, si propositio αϐ sit priuatiua, *propositio* autem βγ affirmatiua, sumaturque *propositio* αϐ *significans* contingere; *propositio* vero ϐγ, *significans* inesse: perfectus erit syllogismus. *quo colligetur* contingere vt τὸ α nulli γ insit. 4. Cum igitur minor propositio inesse, *maior contingere*, significat, syllogismos fieri perfectos, perspicuum *est*.

4 Si maior sit contingens syllogismi sunt perfecti.

5 Si minor sit contingens & maior pura, syllogismi sunt imperfecti.

5 Cum autem contrario modo *res* habet, syllogismos fore, ostendendum *est* per *deductionem ad* impossibile: simulque constabit *esse syllogismos* imperfectos: quia demonstratio *non fit* ex propositionibus *initio* acceptis.

6 Si cum est primum, est etiam secundum: si primum est possibile, etiam secundum est possibile.

6 Primum autem explicandum *est*, si cum est τὸ α, necesse *est* esse τὸ ϐ: *pariter* etiam cum τὸ α est possibile τὸ ϐ fore possibile: *idque* necessario. Si enim, *rebus* ita *se* habentibus, vbi τὸ α, possibile: vbi τὸ ϐ, impossibile. Si igitur possibile, quãdo possibile est, factum fuerit: at *certe* impossibile, quia est impossibile, factum non erit. Quod si simul τὸ α est possibile, & τὸ ϐ impossibile: continget τὸ α factum esse sine ϐ: & si factũ esse, etiam esse: quod enim est factum, quando est factum, est.

7 Possibile & impossibile bifariam accipitur.

7 Possibile autem & impossibile accipere oportet, non solum quod fieri potest, sed etiam quod vere dicitur, & quod *actu* est, & quotcumque aliis

est

est modis dicitur possibile: omniũ enim similis ratio est. Præterea *quod dicimus*, cum est τὸ α, esse τὸ β: non ita accipere oportet, quasi cum vnum quiddam sit *nempe* τὸ α, τὸ β futurum sit: quia nihil necessario colligitur *ex* eo quod vnum quiddam sit, sed *quod* duo minimum *sint*; vt cum propositiones eo quo diximus modo se habent in syllogismo. nam si τὸ γ *dicitur* de δ, ac τὸ δ de ζ, etiam τὸ γ de ζ *dicetur* necessario. & si vtraque *propositio est* possibilis, etiam cõclusio erit possibilis, tamquam igitur si quis posuerit τὸ α, propositiones: τὸ β, conclusionem; non solum fit, vt cum τὸ α sit necessarium, simul etiam τὸ β sit necessarium: sed etiam, cum *illud sit* possibile, *hoc quoque sit* possibile. 9 Hoc autem ostenso, constat, si falsa nec impossibilis sit hypothesis, etiam id falsum nec impossibile fore, quod propter hypothesim accidit, vt si τὸ α est falsum, non tamen impossibile, cum autem τὸ α est, etiam τὸ β est: certe etiam τὸ β erit falsum, non tamen impossibile. Nam quia ostensum est, si cum est τὸ α, est τὸ β, etiã cum possibile est τὸ α, possibile fore τὸ β: supponitur autem, τὸ α esse possibile. ergo etiam τὸ β erit possibile: quia si sit impossibile, idem simul erit possibile & impossibile. 10 His definitis τὸ α insit omni β, ac τὸ β contingat omni γ. necesse igitur *est*, vt omni γ τὸ α inesse contingat. Fac n. non cõtingere: ac τὸ β omni γ ponatur inesse: hoc autem falsum quidem est, non tamen impossibile, si igitur τὸ α non contingit τῷ γ, ac τὸ β inest omni γ: τὸ α nõ omni β contingit: fit enim syllogismus in tertia figura. atqui supponebatur omni inesse contingere. necesse igitur *est*, vt τὸ α omni γ contingat. supposito enim eo quod falsum; non impossibile est: quod inde accidit est impossibile. Licet etiã in prima figura

8 *Appellatione primi hoc loco significatur syllogismus, id est, propositiones, appellatione secundi, conclusio.*

9 *Ex falsa hypothesi quæ est possibilis, non efficitur impossibilis.*

PNC. 10 *Barbara.*

deducere ad impoſſibile, ſi ponamus τὸ β ineſſe τῷ γ. nam ſi τὸ β ineſt omni γ, ac τὸ α contingit omni β, etiam omni γ continget τὸ α. verum ſupponebatur non omni ineſſe poſſe.

11 Propoſitiones vniuerſales affirmantes in ſyllogiſmo debent accipi ſimpliciter non coangustatæ ad certum tempus.

11 Omni autem ineſſe, accipiendum eſt, non tempore definitum, vt nunc, aut hoc tempore, ſed ſimpliciter: quoniam ex huiuſcemodi propoſitionibus ſyllogiſmos conficimus. cæteroqui propoſitione ſecundum *tempus* præſens accepta, non erit ſyllogiſmus. nihil enim fortaſſe prohibet, aliquando omni moto hominem ineſſe, nempe ſi nihil aliud moueatur: motum autem contingit omni equo: ſed homo nulli equo contingit. Præterea primus terminus ſit animal: medius, motum: postremus, homo: propoſitiones igitur ſimiliter habebunt: concluſio autem *erit* neceſſaria, non contingens: neceſſario namque homo *eſt* animal. Apparet igitur, *pronunciatum* vniuerſale accipiendum *eſſe* ſimpliciter, non tempore definitum.

P C C.
12 Celarent.

12 Rurſus propoſitio αβ ſit priuatiua vniuerſalis, ac ſumatur τὸ α, nulli β ineſſe, τὸ β autem contingat omni γ ineſse. his igitur poſitis neceſse *eſt* vt contingat τὸ α nulli γ ineſſe. Fac enim non contingere, ac τὸ β ponatur ineſse τῷ γ, quemadmodum antea *factum fuit*. neceſse igitur eſt τὸ α alicui β ineſse: fit enim ſyllogiſmus in tertia figura, hoc autem *eſt* impoſſibile. Quapropter continget vtique τὸ α nulli γ: quia falſo *principio* nec impoſſibili ſuppoſito, impoſſibile accidit.

13 Superioris ſyllogiſmi concluſionem non eſſe contingentis propriè dicti, ſed eius quod non neceſſario eſt, probatur primo ex deductione ad impoſsibile, quæ confirmatur.

13 Hic igitur ſyllogiſmus non eſt cõtingentis ſecundum definitionem illam, *quam ſupra tradidimus* accepti, ſed eius quod nulli neceſsario ineſt, hæc enim eſt contradictio poſitæ hypotheſeos: quia ſuppoſitũ fuerat, neceſsario τὸ α alicui γ ineſse, ſyllogiſmus autem deducens ad impoſſibile colligit contradictionem oppoſitam.

14 Præterea ex terminis quoque perſpicuum *eſt*, non eſſe concluſionem contingentem. ſit enim vbi α, coruus: vbi β intelligens: vbi γ, homo: nulli igitur β τὸ α ineſt: nulla enim res intelligens *eſt* coruus, τὸ β autem contingit omni γ: omni enim homini contingit vt intelligat, ſed τὸ α neceſſario *ineſt* nulli Γ. ergo concluſio non eſt contingens. *14 Secundo per expoſitionem terminorum, quia quod concluditur interdum neceſſe eſt non eſſe.*

15 Non tamen ſemper *eſt* neceſſaria. ſit enim τὸ α, motum: τὸ β, ſcientia: vbi γ, homo. igitur τὸ α nulli β inerit: ac τὸ β contingit omni Γ: nec erit concluſio neceſſaria: quia non *eſt* neceſſe nullum hominem moueri, ſed non *eſt* neceſſe aliquem *moueri*. Conſtat igitur concluſionem eſſe de eo quod non neceſſario ineſt. Termini autem melius *ſunt* accipiendi α. *15 Interdum non eſt neceſſe vt ſit ſut tantum non eſt neceſſe vt ſit.* α Id eſt loco ſcientia in abſtra[c]to accipiatur ſciẽs in concreto.

PCC.

16 Quod ſi priuatio iungatur minori extremo, & ſignificet contingere ex ipſis propoſitionibus acceptis, nullus erit Syllogiſmus: ſed conuerſa propoſitione contingente erit *ſyllogiſmus*, quemadmodum in prioribus. Inſit enim τὸ α omni β, & τὸ β contingat nulli Γ. ſic igitur terminis conſtitutis, nihil neceſſario colligetur. ſi vero conuertatur *propoſitio* β Γ, & accipiatur τὸ β omni γ contingere, fit ſyllogiſmus vt antea: ſimilem enim ſitum termini habent. 16 AEA. A

PPC.

17 Eodem modo fiet, cum ambo interualla ſunt priuatiua: ſi interuallum α β, non ineſſe; interuallũ β Γ, nulli contingere ſignificat. nam ex *propoſitionibus* acceptis nihil neceſſario colligitur: conuerſa autem propoſitione contingente, erit ſyllogiſmus. accipiatur enim τὸ α nulli β ineſſe, ac τὸ β contingat nulli Γ, ex his ergo nihil neceſſario *colligitur*. ſi vero ſumat[ur] τὸ β omni Γ contingere, quod quidem verum eſt, propoſitio autem α β ſimiliter habeat: rurſus erit idem ſyllogiſmus. 17 EEE. A

CP CP: 18 AE. EE. 18 Quod si sumptum sit, τὸ β non inesse τῷ γ, non
autem contingere nõ inesse: nullo modo erit syllo-
gismus, siue propositio α β sit negatiua, siue affirma-
tiua. Termini communes, *Conclusionis* necessario
inesse, album, animal, nix: *Conclusionis* non contin-
19 *Epilogus.* gere, album, animal, pix. 19 Perspicuum igitur *est*:
cum termini sunt vniuersales, & altera propositio
accipitur pura, altera contingens; si propositio in
qua est minus extremũ, accipiatur contingens, sem-
per fieri syllogismum: sed interdum ex ipsis *proposi-
tionibus* interdũ conuersa propositione. quando autẽ
CPC. horum vtrumque *fiat*, & quam ob causam supra di-
20 *Darij.* ximus. 20 Sin autem alterum interuallum sumatur
CPC. *Ferio.* vniuersale, alterum in parte: cum maiori extremo v-
niuersale contingens iungitur, siue affirmatiuũ, siue
negatiuum, particulare autem *interuallum est* affirma-
tiuum & purum: erit syllogismus perfectus, quem-
admodum & cum termini sunt vniuersales, demõ-
PCC. stratio autem *est* eadem quæ antea. 21 Cum autem
21 *AOI.* *interuallum* quo continetur maius extremum, est pu-
I. PCC. rum, non contingens, alterum autem, in parte con-
EOO. tingens. siue affirmatiuæ, siue negatiuæ positæ sint
I. ambæ *propositiones*, siue altera affirmatiua, altera ne-
gatiua: omnino erit syllogismus imperfectus, sed &
alii confirmabuntur per impossibile, alii etiam per
conuersionem *propositionis* cõtingentis, sicut in prio-
ribus *syllogismis factum est*. Erit autem syllogismus per
conuersionem; cum vniuersalis *propositio* iuncta ma-
iori extremo, significat inesse, aut non inesse; parti-
cularis autem, cum sit priuatiua, contingere accipit.
vt si τῷ α omni β inest, aut non inest: ac τὸ β ali-
cui γ contingit non inesse. nam conuersa pro ra-
tione contingentis *propositione* β γ, fit syllogismus.

22 Cum autem propositio particularis accipit non inesse, non erit syllogismus. Termini *conclusionis* affirmantis, album, animal, nix. negantis, album, animal, pix: nam ab indefinito sumēda *est* demonstratio. 23 Quod si vniuersale iunctum sit minori extremo, particulare maiori: siue priuatiuum, siue affirmatiuum. siue contingens, siue purū: vtrumuis sit *acceptum*: nullo modo erit syllogismus. Neque tunc erit syllogismus, cum in parte, vel indefinitæ positæ fuerint propositiones: siue contingere *ambæ* accipiant, siue *ambæ* inesse, siue altera contingere, altera inesse. Est autem demonstratio eadem, quæ in superioribus. Termini autem communes, in *quibus* necessario inest, animal, album, homo, in *quibus* non contingit, animal, album, vestimentum.

24. Perspicuum igitur *est*, si maior *propositio* posita sit vniuersalis, semper fieri syllogismum. si minor, nihil vmquam *inde colligi posse*.

CPCP
22 AO EO.

23 Si maior sit particularis nihil concluditur.

24 Epilogus.

De syllogismis ex altera propositione necessaria & altera contingente, in prima figura.

CAP. XVI.

CVm autem altera propositio necessario inesse aut non inesse, altera contingere significat: syllogismus quidem erit, terminis eodem modo habētibus *isque* perfectus, cum minori extremo iungetur necessarium. cōclusio vero, si termini sint attributiui, siue vniuersaliter siue non vniuersaliter positi; significabit cōtingere, non inesse, sin *alterum interuallum* sit affirmatiuum, alterum priuatiuū: cum affirmatiuum est necessarium, *conclusio* similiter significabit contingere; non aūt non inesse. cū vero

CAP XV.
1 Vt sit syllogismus vtilis, opus est maiorem esse vniuersalem, & minorem nō esse necessariam negantem. Deinde vt sit syllogismus perfectus, oportet maiorem esse contingentem, & minorē necessariam affirmantem. Denique vt concludatur contingens proprie dictum, maior

priuatiuum est necessariũ, *cõcludetur* cõtingere inesse, & non inesse *a*: siue termini sint vniuersales, siue non vniuersales. Contingere autem in conclusione eodem modo accippi debet, quo in superioribus. *b* Nullus autem syllogismus erit quo colligatur necessario non inesse. nã aliud est non necessario inesse: aliud necessario non inesse. 2 Cum igitur termini sunt affirmatiui, non effici conclusionem necessariam, perspicuum *est*. Insit enim τὸ α omni β necessario, ac τὸ β accidat omni γ. erit igitur syllogismus imperfectus *quo colligetur* τὸ α cõtingere omni γ. Imperfectum autem esse, ex demonstratione manifestum *est*: demonstrabitur enim eodem modo *c*, quo in superioribus *vsi sumus*. 3 Rursus τὸ α contingat omni β, ac τὸ β necessario insit omni γ: erit igitur syllogismus, *quo colligetur*, τὸ α contingere omni γ, sed non *colligetur* inesse, atque *hic syllogismus est* perfectus, non imperfectus: quia statim perficitur ex propositionibus initio sumptis. 4 Quod si propositiones figura differant, primum propositio priuatiua sit necessaria, ac τὸ α necessario nulli β contingat, sed τὸ β contingat omni γ: necesse igitur *est*, τὸ α nulli γ inesse. Ponatur. enim inesse aut omni, aut alicui. supponebatur autem nulli β contingere. cum igitur *propositio* priuãs conuertatur, etiam τὸ β nulli α contingit. atqui τὸ α omni aut alicui γ ponit inesse. quare nulli aut non omni γ τὸ β cõtingit inesse, verũ initio supponebat omni *contingere*. Perspicuum aũt *est* colligi etiã contingere non inesse, quandoquidẽ *colligetur non* inesse. 5 Rursus affirmatiua propositio sit necessaria: & contingat nulli β τὸ α inesse, omni autem Γ τὸ β insit necessario. Syllogismus igitur erit perfectus: *quo* tamẽ non *colligetur* non inesse: sed cõtingere non inesse. sic enim accepta fuit maior pro-

debet esse affirmans, vel contingens nam si sit necessaria negans, concluditur nõ inesse.

a Non sunt duæ diuersæ cõclusiones: sed contingere non inesse, accipitur pro non inesse.

b Id est, aliis contingens accipitur proprie: sed in conclusione negante ex maiore necessaria negãte, & minore contingente sumitur contingens improprie: vt in superiori cap. vbi maior erat pura negans. vt enim ibi dicebatur cõtingere non esse, quod non necessario erat: ita hic dicitur contingere non esse, quod actu non est.

N C C.

2 *Barbara syllogismus imperfectus.*

c Per impossibile.

C N C.

3 *Barbara syllogismus perfectus.*

positio. nec licet deducere ad impossibile: quia si supponatur τὸ α alicui γ inesse, & ponatur etiã contingere τὸ α nulli β inesse, nihil inde colligitur impossibile. 6 Si vero minori extremo iuncta sit priuatio, cum significat contingere, Syllogismus erit per conuersionem, quemadmodum in prioribus *factum fuit*. 7 Cum autem *significat* non contingere, non erit *syllogismus*. Neque *tunc erit syllogismus*, cum ambo *interualla* posita erunt priuatiua, nisi contingens iungatur minori *extremo*. Termini autem iidẽ sunt, *quibus positis colligitur* inesse, albũ, animal, nix: non inesse, albũ, animal, pix. 8 Eodem modo *res* habebit etiam in particularibus syllogismis. Cum n. priuatiuũ *interuallum* est necessariũ, colligetur non inesse: vt si τὸ α nulli β contingit inesse, ac τὸ β alicui γ contingit inesse: necesse *est*, τὸ α alicui Γ non inesse. nam si omni inest, ac nulli β contingit, etiã τὸ β nulli α inesse cõtingit. quare τὸ α omni Γ inest, τὸ β nulli γ contingit, sed supponebatur alicui contingere. 9 Cum autẽ *pronũciatum* in parte affirmans est necessarium quod *ponitur* in syllogismo priuatiuo, vt *pronunciatum* β Γ, aut *pronunciatum* vniuersale *affirmãs* quod *est* in syllogismo attributiuo, vt *pronunciatum* α β: non erit syllogismus *concludens* inesse. demõstratio vero eadẽ *est*, quæ in prioribus. 10 Si vero vniuersale iungatur minori extremo, vel affirmatiuum vel priuatiuum, & cõtingens; particulare autem necessarium minori extremo: non erit syllogismus. Termini *conclusionis* necessario inesse, animal, albũ, homo: *conclusionis* non contingere, animal, album, vestimentum.

11 Quod si *pronunciatum* vniuersale sit necessarium; particulare vero contingens: cum vniuersale est priuatiuum: termini, in quibus inest, *sint hi*, animal, albũ, coruus: in quibus non inest, animal, album, pix.

N C P.

4 *Celarent syllogismus imperfectus.*

C N C.

5 *Celarent, Syllogismus perfectus.*

N C C.

6 *A E A.*

C N C N.

7 *AE. E E.*

N C P.

8. *Ferio syllogismus imperfectus.*

C N C.

9 *Ferio.*

N C C.

Darij.

10 *Cum maior est particularis necessaria, nihil concluditur.*

11 *Cum maior est particularis cõtingens, nihil concluditur, siue minor necessaria neget.*

12 Siue affirmet.

13 Ex duabus particularibus nihil colligitur.

12 Cum autem *pronunciatum vniuersale* affirmat: *termini conclusionis* inesse *sint hi*, animal, album, cygnus: *conclusionis* non inesse. animal, album nix. 13 Neque tum erit syllogismus, cũ propositiones indefinitæ, vel ambę in parte sũptæ fuerint. Termini cõmunes, in quibus inest, animal, album, homo, in quibus nõ inest, animal, album, inanimatum, etenim animal cuidam albo, & album cuidam inanimato & necessario inest, & non contingit inesse, & in contingenti similiter *res habet*. quare omnibus modis hi termini conueniunt. 14 Ex dictis igitur perspicuum *est*, similiter *se* habẽtibus terminis in eo quod inest, & in necessariis *propositionibus* fieri, & non fieri syllogismum. præterquã quod si priuatiua propositio ponatur pura, colligitur, contingere *non inesse*. si vero priuatiua *sit* necessaria, *colligitur* & contingere *non inesse*, & non inesse.

14 Conclusio prima.

15 Conclusio secunda

a Constantes ex maiore necessaria vel pura, & minore cõtingẽte.

15 Constat etiam omnes syllogismos *b esse* imperfectos, & perfici per figuras supra dictas.

a In secunda figura ex duab. propositionibus contingentibus nihil concluditur: ex pura vel necessaria & contingente ita demum concluditur, si pura vel necessaria neget atque hic contingens accipiatur vt supra.

De syllogismis ex ambabus propositionibus contingentibus, in secunda figura.

CAP. XVII.

IN secunda autem figura, cum ambæ propositiones contingentes accipiuntur, nullus erit syllogismus. siue attributiuæ, siue priuatiuæ ponãtur, siue vniuersales, siue in parte, cũ autẽ altera inesse, altera contingere significat: si affirmatiua significet inesse, numquam erit *syllogismus*. si vero priuatiua vniuersalis significet inesse, semper erit *syllogismus*. Eodem modo *res se habebit*, etiam cum altera propositio accipietur necessaria, altera contingens.

Oportet autem in his *a* quoque *syllogismis ita* accipere contingens quod in conclusionibus *ponitur*, vt in superioribus *acceptum fuit*. *b* 2 Primum igitur ostendẽdũ *est*, cõtingens priuatiuum non conuerti. vt si τὸ α contingit nulli β, non *est* necesse etiam τὸ β contingere nulli α. hoc enim ponatur, & contingat τὸ β nulli α inesse. cum igitur contingentes affirmationes mutentur in negationes, tam contrariæ quam oppositæ, & contingat τὸ β nulli α inesse: perspicuum *est* contingere etiam vt τὸ β omni α insit. hoc autem falsum *est*. non enim si hoc illi omni contingit, necesse *est* etiam illud huic contingere, quare contingens priuatiuum non conuertitur.

a Qui concludunt, eo quod propositionem negãtem habẽt puram, vel necessariam.

b Id est, pro eo quod actu non est, vel non necessario est.

2 Propositionẽ contingentem negantem non conuerti simpliciter probatur primo ab absurdo.

3 Secundo per expositionem terminorum.

3 Præterea nihil prohibet, quo minus τὸ α contingat nulli β, verum τὸ β cuidam α necessario non insit. verbi gratia. contingit vt omni homini album non insit, quia *contingit* etiam vt insit. sed non vere dicetur contingere vt homo nulli albo insit: quia multis necessario non inest: quod autem *est* necessarium, non erat contingens. 4 Sed neque ab impossibili probabitur conuerti. vt puta si quis *sibi* concedi postulet, quia falsum est, contingere nulli α τὸ β, verum esse, non contingere nulli: (quoniam *hæc sunt* affirmatio & negatio) & si hoc verum *sit*, necessario alicui α inesse τὸ β: proinde etiam τὸ α *necessario inesse* alicui β: quod est impossibile. non enim, si τὸ β non contingit nulli α, necesse *est propterea* vt alicui insit: quia non contingere nulli, duobus modis dicitur: vno, si alicui necessario insit: altero, si alicui necessario non insit. quod enim necessario cuidam α non inest, dici vere non potest omni contingere non inesse: quemadmodum nec quod alicui necessario inest, *vere dicetur* omni con-

4 Tertio quia negata conuersione, nihil inde absurdi colligitur.

tingere inesse. Si quis igitur sibi concedi postulet, quia nõ cõtingit τὸ γ omni δ inesse, necessario id alicui nõ non inesse: falsum sumit quia fortasse omni inest: sed quia nonnullis necessario inest, ideo dicimus non omni contingere. Quare *illi orationi*, contingere omni inesse, *hæ duæ* opponũtur, necessario alicui inesse, & necessario alicui non inesse. Similiterque *illi orationi*, contingere nulli. Constat igitur, cũ ita contingens & non contingẽs accipitur, vt initio definiuimus, non solũ necessario alicui inesse; sed etiam necessario alicui nõ inesse, sumi debere. hoc autẽ sumpto, nihil colligitur impossibile: pro-

5 Conclusio. inde non fit syllogismus. 5 Ex dictis igitur apparet *contingens* priuatiuum non conuerti. 6 Hoc autem

6 CC. E A. probato ponatur τὸ α contingere nulli β, & omni γ. syllogismus igitur non erit per conuersionem: quia dictum est huiusmodi propositionem non cõuerti: neque per *deductionem ad* impossibile: quia si ponatur contingere vt τὸ β insit omni γ, nihil falsi *inde* colligitur: quia contingere potest vt τὸ α & omni & nulli γ insit. Omnino autem, si est syllogismus, cõstat esse eius quod contingit, (quia neutra propositio sumpta est de eo quod inest) isque aut affirmatiuus, aut priuatiuus. at neutro modo *fieri* potest. nam si ponatur affirmatiuus, per terminos ostendetur non contingere inesse: si *ponatur* negatiuus *ostendetur* conclusionẽ non esse contingentẽ, sed necessariã. sit enim τὸ α, album: τὸ β homo: vbi γ, equus. ergo τὸ α, id est, albũ. alteri omni, alteri nulli inesse contingit, sed neque contingit τὸ β τῷ γ inesse, neque non

CCCC. inesse, sane quod non cõtingat inesse, *ex eo* apparet,

7 AE. AA. CC. quod nullus equus *est* homo. sed ne quidem con-

EE. tingit non inesse: quia necesse *est* nullum equũ esse hominẽ; quod vero est necessariũ, non erat cõtin-

gens.non fit igitur ſyllogiſmus.7Similiter etiam o- *8 Etiam cum alterutra, vel vtraque propoſitio eſt particularis, nihil concluditur.*
ſtendetur, ſi inuerſo ordine priuatio ponatur, vel ambæ *propoſitiones* ſumptæ ſint affirmatiuæ, vel *ambæ* priuatiuæ: quoniam per eoſdem terminos erit demonſtratio. 8 Et quãdo altera *propoſitio eſt* vniuerſalis, altera in parte, vel ambæ particulares, vel indefinitæ, vel quouis alio modo mutare propoſitiones licet. ſemper enim erit demonſtratio per eoſdẽ terminos. 9 Perſpicuum igitur *eſt* ſi ambæ propoſitiones ponantur contingentes, nullũ fieri ſyllogiſmũ. *9 Concluſio.*

De ſyllogiſmis ex altera propoſitione pura, & altera contingente, in ſecunda figura.

CAP. XVIII.

CAP. XVII.
1 Ita demum eſt modus vtilis ſi propoſitio pura neget.

QVod ſi altera propoſitio ineſſe, altera cõtingere ſignificet: cum attributiua, ſignificat ineſſe; & priuatiua, contingere: numquam erit ſyllogiſmus ſiue vniuerſaliter, ſiue in parte termini accipiantur. Demonſtratio autem eſt eadem, & per eoſdem terminos. Cum autem affirmatiua ſignificat contingere, priuatiua ineſſe, erit ſyllogiſmus. 2 Nam *PCC. 2 Ceſare.*
ſumptum eſto τὸ α nulli β ineſſe, & omni γ contingere, cõuerſo igitur *interuallo* priuatiuo, τὸ β inerit nulli α: atqui τὸ α cõtingebat omni γ: fit igitur ſyllogiſmus, *quo colligitur* contingere τὸ β nulli γ, in prima figura. 3 Similiter etiã fit ſyllogiſmus, ſi adiiciatur priuatio *CPC.*
τῷ γ. 4 Si vero ambę propoſitiones ſint priuatiuæ, & *3 Cameſtres. PCC.*
altera ſignificet non ineſſe, altera cõtingere non in *4 EEE. A.*
eſſe: ſane ex his propoſitionibus acceptis nihil efficitur neceſſario: ſed conuerſa propoſitione cõtingente fit ſyllogiſmus, *quo colligitur* contingere, vt τὸ β nulli γ inſit, vt in prioribus ſyllogiſmis: erit enim iterum prima figura. *CPC. EEE. A.*

CP. S.AA. PC. AA. PC. 5 Quod si ambæ *propositiones* positæ sint attributiuæ, non erit syllogismus. Termini in quibus inest sanitas, animal, homo, in quibus non inest, sanitas, equus, homo. 6 Eodem modo *res* habebit etiam in

6 AO. CP. EI. syllogismis particularibus. Cum enim *propositum* affirmatiuum est purum, siue vniuersaliter siue in parte acceptum, nullus erit syllogismus. hoc autem similiter, & per eosdem terminos probatur, quibus

PCC. 7 Festino. supra *vsi sumus*. 7 Cum autem priuatiuum *est purum*, erit *syllogismus* per conuersionem. vt in prioribus *syllogismus factum est*. 8 Rursus si ambo interualla priua-

PCC. 8 EOO. I. tiua sumpta sint: & *quod significat* non inesse, *sit* vniuersale: sane ex his propositionibus nihil colligitur necessario; sed per contingentis conuersionem, vt

CP. 9 AO CP. EO. in superioribus erit syllogismus. 9 Quod si priuatiuum interuallum sit quidem purũ, sed in parte acceptum: non erit syllogismus siue affirmatiua siue priuatiua sit altera propositio. 10 Neq; *tunc erit syllogismus*, cũ ambæ propositiones sũptæ sũt indefinitæ siue negantes, siue affirmantes, aut in parte. demõstratio vero eadẽ *est*, & per eosdem terminos.

10 *Ex duabus particularibus nihil colligitur*

De syllogismis ex altera propositione necessaria, & altera contingente, in secunda figura.

CAP. XVIII.

Cap. XIX.

SI vero altera propositio, necessario *inesse vel non inesse*, altera cõtingere significet, cum priuatiua est necessaria, erit syllogismus, *quò colligetur* non solum contingere non inesse, sed etiã non inesse. cũ autem affirmatiua *est necessaria*, non erit *syllogismus*.

1 *In modis vniuersalibus, si propositio necessaria neget, concluditur nõ inesse, si affirmet, nihil colligitur.*

N. CP. 2 Cesare. 2 Ponatur n. τὸ α necessario nulli β inesse, & omni β cõtingere. cõuersa igitur *propositione* priuatiua τὸ β ne-

cessario nulli α inerit. atqui τὸ α omni γ contingebat. fit igitur iterum in prima figura syllogismus, *quo colligitur* contingere, vt τὸ β nulli γ insit. Simulque perspicuum *fit* τὸ ϐ nulli γ inesse, ponatur enim inesse. ergo si τὸ α nulli ϐ contingit, ac τὸ ϐ inest alicui γ, *certe* τὸ α cuidam γ non contingit. verum supponebatur omni contingere.

3 Eodem modo demonstrabitur si τῷ γ iungatur priuatio. 4 Rursus attributiuum *interuallum* sit necessarium, alterum vero priuatiuum contingens: ac τὸ α contingat nulli β, & omni γ necessario insit. sic igitur habentib. terminis nullus erit syllogismus: quia fieri potest, vt τὸ β τῷ γ necessario non insit. sit enim α, album: vbi β, homo: vbi γ, cygnus. album igitur cygno ex necessitate inest, & contingit nulli homini: homoque ex necessitate nulli cygno *inest*. ergo contingentis non fore syllogismum, patet: quia quod *est* ex necessitate, non est contingens. Neque vero *est syllogismus coclusionis* necessariæ: quia *conclusio* necessaria colligebatur vel ex ambabus *propositionibus* necessariis, vel ex priuatiua. Præterea his positis fieri potest vt τὸ ϐ insit τῷ γ. nihil enim vetat, τὸ γ esse sub ϐ, ac τὸ α accidere omni ϐ, & τῷ γ necessario inesse vt si τὸ γ sit vigilans: τὸ ϐ, animal: vbi α, motus. nam omni vigilanti necessario motus inest omnique animali contingit: & omne vigilans *est* animal. perspicuum igitur *est*, neque *colligi* non inesse; quandoquidem *terminis* ita habentibus, necesse *est* inesse: neque oppositas affirmationes. itaque nullum fore syllogismum.

5 Similis erit probatio, si vice versa *propositio* affirmatiua posita sit. 6 Quod si propositiones sint figura similes, quum sunt priuatiuæ, semper fit syllogysmus conuersa propositione contingente, vt

CNP. 3 *Camestres.* CN. 4 EA.

NC 5 AE. 6 *Ex duabus negantibus concluditur per conuersionem contingentis in affirmantem.*

vt in superioribus factum fuit.

NCP.
7 EEE
A

7 Nam sumptum esto τὸ α τῷ β necessario non inesse, ac τῷ γ contingere non inesse. conuersis igitur propositionibus, τὸ β inest nulli α, ac τὸ α contingit omni γ, quare fit prima figura. 8 idem fiet, si priuatio iuncta sit τῷ β.

CNP.
8 EEE.
A.

9 Ex vtrisque affirmantibus nihil efficitur.

9 Si vero attributiuæ positæ sint *ambæ propositiones*, non erit syllogismus. Constat enim neque colligi non inesse; neque necessario non inesse: quia nõ est accepta vlla propositio priuatiua: *id est*, neque de eo quod inest, neque de eo quod necesse est inesse. Quin ne *colligitur* quidem cõtingere non inesse. ex necessitate enim, ita *terminis* positis τὸ β τῷ γ non inerit: verbi causa, si τὸ α ponatur album: vbi β cygnus: τὸ γ, homo. Nec item *colligentur* oppositæ affirmationes: quia ostensum est τὸ β τῷ γ necessario non inesse. omnino igitur non fit syllogismus.

NCP.
10 *Festino.*

10 Similiter res habebit in particularibus syllogismis. cum enim propositum priuatiuum erit vniuersale necessarium, semper erit syllogismus, quo colligetur contingere & non inesse. demonstratio autem fiet per conuersionem.

CNNC.
11 EI AO.

11 Cum autem affirmatiuum *erit necessarium*, nunquam *erit syllogismus*: eodem namque modo *hoc* ostẽdetur, quo in *modis* vniuersalibus *vsi* sumus, & per eosdem terminos.

12 *Ex duabus affirmantibus nihil colligitur.*

12 Neque tunc erit syllogismus, cum ambæ propositiones accipiuntur affirmatiuæ. cuius rei eadem est demonstratio, quæ prius.

NCP.
13 EOO.
I.

13 Cum autem ambæ propositiones accipiuntur priuatiuæ; & ea quæ significat non inesse, *est* vniuersalis & necessaria: sane ex his *propositionib.* quæ acceptæ sunt, non erit *concludendi* necessitas: sed conuersa propositione contingente, erit syllogismus,

vt in superioribus. 14 Sin ambæ propositiones positæ sint indefinitæ, vel in parte, non erit syllogismus. demonstratio autem *erit* eadem & per eosdem terminos. *14 Ex duabus particularibus nihil concluditur.*

15 Ex dictis igitur perspicuũ *est*, cũ priuatiua propositio ponitur vniuersalis & necessaria, semper fieri syllogismũ, *quo colligitur* non solũ contingere non inesse, sed etiã nõ inesse. cum autem affirmatiua ponitur *necessaria*, nunquã fieri syllogismum. *15 Conclusio huius capitis prima.* 16 *Constat* etiam, *terminis* eodem modo *se* habentib. in necessariis & in puris propositionib. fieri, & non fieri syllogismum. *16 Secunda.* 17 Denique manifestum *est*, omnes hos syllogismos esse imperfectos, & perfici per dictas figuras. *17 Tertia.*

De syllogismis ex vtrisque propositionibus contingentibus in tertia figura.

CAP. XX. CAP. XIX.

IN postrema vero figura & cum ambæ propositiones sunt contingentes, & cum altera *tantũ*, erit syllogismus. Cum igitur propositiones contingere significant, etiam conclusio erit contingens: & cum altera significat contingere, altera inesse. Cum autẽ altera posita sit necessaria, si quidẽ sit affirmatiua, non erit *vlla* conclusio; nec necessaria, nec pura: sin autem sit priuatiua, colligetur non inesse, quemadmodũ etiam in superioribus. Sed & in his similiter accipiendũ *est* contingens in cõclusionib. positum. *1 Epitome huius & duorum sequentium capitum.*

2 Primum igitur sint *ambæ* propositiones contingentes, & τὸ α & τὸ ε cõtingat omni γ inesse. quoniã igitur propositum affirmatiuum cõuertitur in parte, & τὸ β cõtingit omni γ, etiam τὸ γ continget omni β. quare si τὸ α contingit omni γ, ac τὸ ε alicui *CCC 2 Darapti.*

β: necesse *est* etiam τὸ α contingere alicui β. fit enim prima figura.

CCC
3 Felapton.

3 Et si contingit τὸ α nulli γ inesse, τὸ β autẽ omni γ: necesse *est* etiam contingere vt τὸ α alicui β non insit. rursus enim erit prima figura per conuersionem.

CCC
4 EE.A
A.A.

4 Quod si ambæ *propositiones* positæ sint priuatiuæ, sane ex ipsis *propositionibus* quæ acceptæ sunt, non erit *concludendi* necessitas: sed conuersis propositionibus erit syllogismus, vt in superioribus *factum fuit*. Nam si contingit τὸ α & τὸ β nulli γ inesse, si commutetur contingere non inesse, iterum erit prima figura per conuersionem.

5 Modi particulares vtiles sunt Disamis, Datisi Bocardo, Ferison

5. Si vero terminorum alter sit vniuersalis, alter in parte, cum eodem modo habent, quo in eo quod inest, erit & non erit syllogismus.

CCC
6 Datisi.

6 Contingat enim τὸ α omni γ, ac τὸ β alicui γ inesse. erit igitur iterum prima figura, conuersa propositione particulari. nam si τὸ α omni γ, ac τὸ γ alicui β, etiam τὸ α alicui β contingit.

CCC
Disamis.
CCC
8 Ferison.

7 Idem *fit*, si *nota* vniuersalis iuncta sit *propositioni* β γ. 8. Similiterque si *propositio* α γ sit priuatiua, & β γ affirmatiua. iterum enim erit prima figura per conuersionem.

CCC CCC
9 IOI OEI.
A]]A.

9 Si vero ambæ priuatiuæ positæ sint, altera vniuersalis, altera in parte. ex his quidem quæ sumptæ sunt, non erit syllogismus, sed eis conuersis erit *syllogismus*, quemadmodum in superioribus.

10 Ex duabus particularibus nihil colligitur.

10 Cum autem ambæ sumptæ sunt indefinitæ, vel in parte, nõ erit *syllogismus*. etenim necesse *est* τὸ α & omni & nulli β inesse. Termini in quibus inest, *hi sint*, animal, homo, album, in quibus non inest, equus, homo, album. medium *sit* album.

De syllo-

De syllogismis ex altera propositione pura, & altera contingente, in tertia figura.

CAP. XXI.

CAP. XX.

SI vero altera propositio significet inesse, altera contingere: concludetur contingere; non inesse. Syllogismus autem erit terminus eodem, quo in prioribus modo habentibus.

2 Primum enim sint attributiui, ac τὸ α omni ς insit, verum τὸ β omni ς inesse contingat. conuersa igitur *propositione* $\beta\gamma$ erit prima figura, & concludetur contingere vt τὸ α insit alicui β. Nam cũ propositionum altera in prima figura significat cõtingere, etiam conclusio erit contingens. 3 Similiter si *propositio* $\beta\gamma$ *significet* inesse, *propositio* vero $\alpha\gamma$ contingere: item si $\alpha\gamma$ sit priuatiua, $\beta\gamma$ attributiua, & vtrauis sit pura: vtroque modo erit conclusio contingens: iterum enim sit prima figura: ostensum autem est. cum altera propositio in ea *figura* contingere significat, etiã conclusionem fore contingentem. 4 Quod si contingens priuatiuum iunctum sit minori extremo aut ambo *interualla* sumpta sint priuatiua; sane ex iis quæ posita sunt, non erit syllogismus: *eis* vero conuersis, erit *syllogismus*, vt in superioribus; Si vero altera propositio *sit* vniuersalis, altera particularis: cum ambæ sint attributiuæ; aut vniuersalis *est* priuatiua, particularis affirmatiua: idem erit modus syllogismorum. omnes enim perficiuntur per primam figuram. vnde constat fore syllogismum *quo colligatur* contingere: non inesse. 6 Si vero affirmatiua *propositio sit* vniuersalis, priuatiua in parte: demonstratio fiet per impossibile. Insit enim τὸ ζ om-

1 *Epitome huius capitis.*

P C C.
2 *Darapti.*

P C C.
3 *Darapti.*
P C C.
Felapton.
C P C.
Felapton.
Obserua, cum maior in Felapton est pura, contingens in conclusione accipi pro eo quod non necesse est esse.
P C C.
4 A E I.
I.
P C C.
E E O.
A.

5 *In Disamis, Datisi Ferison concluditur cõtingens. Obserua cum maior in Ferison est pura, cõtingens in conclusione sumi pro eo, quod non necesse est esse.*
C C P.
6 *Brecardo.*

ni γ, & contingat τὸ α cuidam γ non inesse. necesse igitur *est* contingere vt τὸ α alicui β non insit. nam omni β τὸ α necessario insit, ac τὸ β omni γ ponatur inesse, τὸ α omni γ necessario inerit: hoc enim antea demonstratum est. verum supponebatur contingere vt cuidam non inesset. 7 Cum autem indefinitæ vel in parte acceptæ sunt ambæ *propositiones*, non erit syllogismus, demonstratio autem *est* eadem, quæ fuit etiam in vniuersalibus, & per eosdem terminos.

7 Ex duabus particularibus nihil colligitur.

De syllogismis ex altera propositione necessaria, & altera contingente in tertia figura.

CAP. XXI.

CAP. XXII.

1 Epitome huius capitis.

SI vero altera propositio sit necessaria, altera contingens, & termini sint attributiui: semper erit syllogismus, *quo colligetur* contingere. cum autem alterum *interuallum* est attributiuum, alterum priuatiuum: si affirmatiuum sit necessarium, *colligetur* contingere non inesse. sin priuatiuum *id fuerit*: *concludetur* & contingere non inesse, & non inesse. non colligetur autem necessario non inesse, quemadmodum nec in aliis figuris.

NCC.
2 Darapti.

2 Primum igitur termini sint attributiui, ac τὸ α necessario insit omni γ, sed τὸ β omni γ inesse contingat. quoniam igitur τὸ α omni γ *inest* necessario, & τὸ γ alicui β contingit: etiam τὸ α alicui β continget, non inerit: sic enim eueniebat in prima figura. 3 Similiter etiam demonstrabitur, si *propositio* β γ posita sit necessaria, & *propositio* α γ contingens.

CNC.
3 Darapti.

CNC.
4 Felapton.

4 Rursus altera *propositio* sit attributiua, altera

priuatiua & attributiua *sit* necessaria: contingatque τὸ α nulli γ inesse: sed τὸ β omni γ necessario insit. Erit igitur rursus prima figura: & conclusio contingens, non pura: quia priuatiua propositio significat contingere: vnde perspicuum *est* conclusionem fore contingentem: cum enim ita se habent propositiones in prima figura, conclusio erat contingens.

5 Si vero priuatiua propositio *sit* necessaria conclusio erit, & contingere vt alicui non insit & non inesse. Ponatur enim τὸ α τῷ γ necessario non inesse, ac τὸ β omni contingere. conuersa igitur *propositione* β γ affirmatiua erit prima figura, & necessaria erit propositio priuatiua. cum autem ita propositiones habent, concludebatur tum contingere vt τὸ α cuidam γ non insit, tum non inesse. quare necesse etiam est, vt τὸ α alicui β non insit. NCP. 5 Felapton.

6 Cum autem priuatiuum iunctum est minori extremo, si *id sit* contingens, erit syllogismus conuersa propositione, quemadmodum in superioribus. NCC. 6 A E I; A.

7 Si vero *sit* necessarium, non erit *syllogismus*: quia & necesse *est* omni inesse, & nulli contingit inesse. Termini *conclusionis* omni inesse, *sint hi*, somnus, equus dormiens, homo: *conclusionis* nulli inesse, somnus, equus vigilans, homo. 8 Similiter quoque *res* habebit, si alter terminus vniuersaliter, alter in parte *iungatur* medio, cum enim ambo sunt attributiui: colligetur contingere, non inesse. item cum alterum *interuallum* acceptum erit priuatiuum, alterum affirmatiuum, ita vt affirmatiuum *sit* necessarium. cum autem priuatiuum *est* necessarium, etiam concludetur non inesse. idem enim erit demonstrādi modus, siue termini sint vniuersales, siue nō vniuersales. necesse *est* enim hos syllogismos perfici per CN. 7 AE.

8 In modis particularibus si propositio necessaria neget, concluditur nō inesse: alias conclusio est contingens.

primam figuram. proinde vt in illis, ſic in his neceſſe *eſt* euenire.

N C C. / 9 I E I. / A.

9 Cum autem priuatiuum vniuerſaliter acceptum iungitur minori extremo, ſiquidem contingens, erit ſyllogiſmus per conuerſionem.

C N. / 10 I E.

10 Si vero neceſsarium, non erit *ſyllogiſmus*. idque demonſtrabitur eodem modo, quo in vniuerſalibus & per eoſdem terminos.

11 Epilogus.

11 Perſpicuum igitur *eſt*, etiam in hac figura quando & quomodo erit ſyllogiſmus: & quando *colligatur* contingere, quando ineſſe. 12 Conſtat etiam omnes *ſyllogiſmos* eſse imperfectos, & perfici per primam figuram.

12 Corollar. ũ.

Omnem ſyllogiſmum extrui aliqua ex tribus figuris & perfici per primam figuram, & reduci ad modum vniuerſalem primæ figuræ.

CAP. XXIII.

C. XXII.

1 Tranſitio.

Ex dictis, ſyllogiſmos qui in his figuris *fiunt*, per ſyllogiſmos vniuerſales primæ figuræ perfici, & ad eos reduci conſtat: ſimpliciter autem eandem eſse rationem omnium ſyllogiſmorum, nunc erit perſpicuum, cum omnem ſyllogiſmum in aliqua ex his figuris confici oſtenſum fuerit.

2 Neceſse igitur *eſt*, omnem demonſtrationem & omnem ſyllogiſmum oſtendere vel quidpiam ineſſe vel non ineſse: idque aut vniuerſaliter, aut in parte; præterea aut oſtenſiue, aut ex hypotheſi. eius autem qui fit ex hypotheſi, pars eſt qui *fit* per impoſſibile.

2 Syllogiſmorũ triplex diuiſio. I. in affirmantes & negantes. II. in vniuerſales & particulares. III in categoricos & hypotheticos.

3 Primum igitur dicamus de ſyllogiſmis oſtenſiuis: de quibus cum hoc probatum fuerit, perſpicuũ erit

3 Ordo dicendorum.

etiam in *syllogismis ducentibus* ad impossibile, & omnino in hypotheticis. 4 Si igitur oporteat syllogismo colligere α de β, *id est*, inesse, aut non inesse: necesse *est* sumpsisse aliquid de aliquo. 5 Ergo si sumptum fuerit α de β: id sumptum erit, quod ab initio *propositum fuerat, ut probaretur*. 6 Si vero *sumptum sit* de γ: verum nec γ de ullo alio, nec aliud de eo, nec de α aliud: nullus erit syllogismus: quoniam ex eo quod unum de uno accepum sit, nihil colligitur necessario. itaque adsumenda est altera propositio.

4 Ut concludatur primum de secundo, sumenda est al. qua propositio.

5 Ea propositio debet esse diuersa a conclusione

6 Non sufficit una propositio.

7 Si igitur sumptum sit α de alio, vel aliud de α: vel aliud de γ: esse quidem syllogismum, nihil vetat: sed ex iis quæ sumpta sunt, non pertinebit ad ϐ. Neque tum erit syllogismus τοῦ α *relati* ad ϐ, cum τὸ γ *attribuetur* alii, idque alii, & hoc *aliud* alii, si *nullum horum* coniungatur cum β. Omnino enim diximus, nullũ umquam fore syllogismum alterius de altero, nisi sumptum sit aliquod medium, quod ad utrumque *extremum* attributione quadam referatur. Nam syllogismus simpliciter ex propositionibus constat. syllogismus autem *qui* ad hoc *pertinet*, *conficitur* ex propositionibus ad hoc *pertinentibus*. at syllogismus huius ad illud *relati*, *extruitur* ex propositionibus, *in quibus* hoc ad illud *refertur*. fieri autem nequit, ut accipiatur propositio *pertinens* ad ϐ, si nec attribuatur ei quidpiam nec negetur: aut rursus *ut accipiatur propositio τοῦ α* de β, si nihil cõmune sumatur, sed utrique propria quædam attribuantur, vel negentur. Quare sumendum *est* aliquod amborum mediũ, quod attributiones coniunget: si quidem erit syllogismus huius ad hoc *relati*. 8 Si igitur necesse *est* aliquid sumpsisse ambobus commune: atque hoc trifariam accidit: vel n. τὸ α τῷ γ & τὸ γ τῷ ϐ attribuimus, vel τὸ γ de ambobus, vel ambo de γ: hæ vero sunt figuræ illæ

7 In propositionibus debet esse medius terminus, qui coniungatur cũ utroq; extremo, id est, cum utroque termino conclusionis.

8 Medius terminus cum extremis connectitur tribus modis: unde oriuntur tres syllogismorum figuræ.

4 Perspicuum autem *est*, nec euerti hac methodo posse, neque de accidente aut proprio quidpiam concludi, neque de genere: neque de his quæ ignoramus, vtrũ hoc an illo modo se habeant: veluti vtrum diameter communem mensuram habeat, an non habeat. nam si accipiat omnem longitudinem aut habere aut non habere communem mensuram, dimetientem vero esse longitudinem; colliget dimetientem habere, aut non habere communem mensuram. quod si accipiat habere communem mensuram: *id* accipiet, quod syllogismo probare oportebat. non potest igitur probari, *quod erat probandum*. nam via *est* hęc, qua probari nequit. Habens aut non habens communem mensuram, *sit* vbi α: longitudo, vbi β: dimetiens vbi γ.

4 Diuisione seu diuisiuo syllogismo nec negagat o nec accidens, nec proprium, nec de genere. nec quod ignoratur vtro modo se habeat, concludi potest.

5 Perspicuum igitur *est*, nec ad omnem inspectionem aptari hunc inquirendi modum, nec in iis esse vtile, quibus maxime videtur conuenire.

5 Conclusio huius capitis.

6 Ex quibus igitur demonstrationes *a* fiant & quomodo, & ad quæ respiciendum *sit* in quoque problemate, perspicuum *est* ex iis quæ dicta sunt.

6 Epilogus.
a Syllogismi.

DE RESOLVTIONE SYLLOGISMORVM IN FIGVRAS ET MODOS

Tractatus III.

De accipiendis propositionibus, terminis medio termino, & figura. CAP. XXXII.

CA. XXXII.
1 *Transitio.*

Post hæc dicendum *est*, quomodo reducemus syllogismos ad supra dictas figuras. hoc enim reliquū adhuc *est* ex tractatione proposita. nā si structuram syllogismorum intelligamus, & inueniendi facultatem habeamus, præterea syllogismos confectos resoluamus in prædictas figuras: perductum ad finem erit, quod *explicare* ab initio instituimus. Simul autem eueniet, vt antea dicta confirmentur, & magis perspicue cōstat ea sic *se* habere, ex iis quæ nunc dicenda sunt. quicquid enim *est* verum, opus est vt ipsum secum omni ex parte consentiat. 2 Primum igitur niti oportet, vt duæ syllogismi propositiones excipiantur: facilius *est* enim in maiora diuidere quam in minora: maiora autem sunt composita, quam ea ex quibus componuntur. 3 Deinde oportet inspicere, vtra sit in toto, vtra in parte. 4 Et si ambæ propositiones sumptæ non sint, altera supplenda est. nam qui scribunt, aut interrogant, interdum vniuersalem *a* proponentes, alteram *b* quæ in ea continetur, non accipiunt: aut has quidē proponunt, sed eas omittunt, per quas hæ concludūtur & alia frustra interrogant. videndum igitur *est*, an quid superuacuum acceptum sit, vel necessarium prætermissum. & hoc quidem adiici debet, illud vero adimi, donec ad duas propositiones perueniatur. etenim sine his haud reduci possunt orationes ita rogatæ. 5 In quibusdam igitur facile *est* videre quod

2 Primum de resolutione præceptum est, vt eiiciantur duæ propositiones syllogisticæ.
3 Secundum præceptum est, vt distinguatur vniuersalis à particulari.
4 Tertium præceptum est, vt si propositio deest, suppleatur: & si quid superfluit, prætermittatur.
a Maiorem propositionē in prima figura.
b Minorem.
5 Quartum præceptū est, vt distinguamus inter necessaria-

deest. nonnullæ autem obscuræ sunt, ac videtur esse syllogismi, quia necessario aliquid accidit ex iis quę posita sunt. Vt si sumptum sit, nō sublata substantia: non tolli substantiam: iis autem, ex quibus res est, sublatis, interimi quod ex his *constat*. his enim positis, sane *est* necesse partem substantiæ esse substantiam: non tamē syllogismo conclusum est ex iis quę sumpta sunt, sed propositiones desunt. Rursus si cū est homo, necesse *est* animal esse; & *cum est* animal, *esse* substantiam: *certe* cum est homo, necesse *est* esse substantiam, sed, nondum syllogismus extructus est *c*: quia propositiones non *ita se* habent, vt diximus *id*. In his autem *ideo* decipimur, quia necessarium quidpiam accidit ex his quæ posita sunt, cum syllogismus quoq; fit res necessaria. sed latius patet res necessaria, quā syllogismus *e*: quoniam omnis syllogismus *est* res necessaria: non omnis autem res necessaria *est* syllogismus. Quamobrē non continuo, si quid positis quibusdam accidit, tentanda est reductio: sed primum accipiēdæ *sunt* duæ propositiones. 6 Ita deinde facienda *est* diuisio in terminos. 7 Ex terminis autem, is, qui in ambabus propositionibus dicitur, pro medio haberi debet: quandoquidē necesse est, medium in ambabus propositionibus inesse: *idq*; in omnibus figuris. 8 Si igitur medium alicui, & aliud medio attribuatur; aut ipsum *alii* attribuatur, aliud vero de eo negetur: erit prima figura. si vero & attribuatur & negetur ab aliquo: *erit* media *figura*. quod si alia ei attribuantur: aut aliud negetur, aliud attribuatur: *erit* vltima *figura*. sic enim disponebatur medium in singulis figuris. Similiter autem *fit*, etiam si propositiones non sint vniuersales: eadē namque *est* definitio medii. 9 Perspicuum igitur *est*, cum in oratione idem sæpius non dicitur, non fieri syllogismum: quia non est sumptum medium.

tem materiæ & necessitatem formæ, id est, ne putemus quam libet orationem aliquid probātem habere formā syllogismi.

c Non est syllogismus categoricus, sed hypotheticus.

d In expositione trium figurarum.

e Nam syllogismus est res necessaria. id est, necessario cōcludit ratione formæ: quædam autem orationes sunt necessariæ ratione materiæ, quæ orationes nō habent actu formā syllogisticam.

6 Quintum preceptum est vt propositiones resoluantur in terminos.

Cap. XXXIV.

7 Sextum preceptum est, vt noteiur medius terminus.

8 Septimum preceptum est, vt ex collocatione medii termini noteiur figura.

9 Octauum preceptum est ne oratio habeatur pro syllogistica, in

10 Cum autem habeamus quale problema in quaque figura cócludatur;, & in qua *concludatur* vniuersale, in qua particulare constat, non esse ad omnes figuras respiciendū, sed ad cuiusque problematis propriam. cum autem in pluribus *figuris* concluditur *f*: ex medii collocatione figuram cognoscemus.

De terminorum quantitate spectanda.

CAP. XXXIII.

SÆpe igitur accidit, vt in syllogismis decipiamur ob *concludendi* necessitatem, vt antea *a* dictum est. Interdum vero propter similitudinem collocationis *b* terminorū: quod non oportet nos latere. 2 Vt si τὸ α dicitur de β, ac τὸ β de γ: vtique enim videbitur, terminis ita positis esse syllogismus: sed neq; necessarium quidpiam fit, neque syllogismus. 3 Sit enim vbi α, semper esse: vbi β, intelligibilis Aristomenes: vbi γ, Aristomenes. Verum igitur *est*, τὸ α τῷ β inesse: semper enim est intelligibilis Aristomenes. Item *verum est*, τὸ β τῷ γ *inesse*: quoniam Aristomenes *est* intelligibilis Aristomenes. sed τὸ α τῷ γ non inest: quoniam Aristomenes est interitui obnoxius. Etenim syllogismus non fiebat, ita positis terminis: sed opus erat vt sumeretur propositio α β, vniuersalis. hoc vero falsum *est*, si quis sibi concedi postulet omnem intelligibilem Aristomenem semper esse.

4 Rursus esto, vbi γ Miccalus: vbi β, musicus Miccalus: vbi α, interire cras. Vere igitur τὸ β τῷ γ attribuitur (quia Miccalus est musicus Miccalus) item τὸ α τῷ β: (interierit enim cras musicus Miccalus) sed α de γ falso dicitur. Hoc itaque *exemplum* à superiori non differt. quia non est verum vniuersaliter, Miccalum musicum cras interiturum: quo non accepto, non erat syllogismus. 5 Atque hæc deceptio fit ob exiguū discrimen. nam *ita* concedimus,

qua nullus terminus repetitur.

10 Nonū præceptum est, vt ad eam figura respiciatur, in qua problema concludi potest: & si in plurib. figuris concludi queat, ex medii termini positione figura dignoscatur.

f Id est, concludi potest.

Cap. xxxv.

1 Decimum præceptum est, ne existimemus eandem esse vim propositionis indefinitæ, & vniuersalis.

a Cap. p. part. 5.

b Sub in oratione indefinita & in vniuersali.

2 Indefinitam propositionem in syllogismis non habere vim vniuersalis, declarat exemplo alphabetico.

3 Adiungit exemplum reale.

4 Adiungit alterum exemplū reale.

5 Docet nos falli ob exiguitatem discriminis, quod est inter propositiones vniuersalem & indefinitam.

quasi nihil differat vtrum dicatur hoc huic inesse, an hoc huic omni inesse.

De nominibus concretis & abstractis,

CAP. XXXIV.

SÆpe etiam accidit, vt decipiamur, quia termini qui in propositione *collocantur*, non recte exponuntur. Vt si τὸ α sit sanitas: vbi β, morbus: vbi γ homo. Nam vere dicitur τὸ α nulli β inesse posse: (nulli enim morbo sanitas inest) rursus *verum est* τὸ β omni γ inesse (quoniam omnis homo *est* susceptiuus morbi) vnde videtur *a* consequi, vt nulli homini sanitas inesse possit. Cuius rei causa *est*, quia non recte expositi sunt termini in dictione. transmutatis enim vocabulis quib. habitus significantur *b*, non erit syllogismus. vt pro sanitate si ponatur sanum; pro morbo, morbidum *seu ægrotum*. non enim vere dixeris, non contingere vt ægroto insit sanum esse. quo non accepto, non fit syllogismus: nisi contingentis: quod *sane* non *est* impossibile: contingit enim, nulli homini sanitatem inesse.

2 Rursus in media figura similiter erit falsitas. nam sanitatem nulli morbo, & omni homini contingit inesse: proinde nulli homini morbum.

3 In tertia vero figura falsum colligitur ratione contingentis *c*, nam & sanitatem & morbum, necnon scientiam & ignorantiam, atque omnino contraria eidem omni contingit inesse: sibi autem mutuo *inesse* impossibile *est*. Hoc autem cum iis quæ supra *d* dicta fuerunt, non consentit. cum enim contingit eidem plura inesse, contingebat etiam sibi inuicem *inesse*. 4 Perspicuum igitur *est*, in his omnibus deceptionem oriri ex terminorum expositione, transmutatis enim *vocabulis* quibus habitus significantur, nihil falsi colligitur. vnde liquet in huiusmodi propositionibus loco habitus su-

Cap. xxxvi.
1 Vndecimum præceptum est, ne vtamur terminis abstractis, vbi adhibendi sunt in concreto. Nam si id faciamus, falsa conclusio esse poterit, quamuis propositiones sint veræ, quod Aristoteles ostendit primo in prima figura.
a Secundum doctrinam traditam ca. 9. partic. 2.
b Id est, mutatis terminis abstractis in concretos. Termini in abstracto dicuntur significare habitũ vt sanitas: in concreto significare id quod est habitu præditũ, vt sanum.
2 Secundo in secunda figura.
3 Tertio in tertia figura.
c Id est, in syllogismis, quorũ vtraq; propositio est contingẽs
d ca. 20 par. 2
4 Ex dictis colligit obseruandũ esse vndecimum præceptũ.

Ca. XXXVII. mendum esse, ac pro termino ponendum id, quod est habitu præditum.

1 Duodecimũ præceptum est, ut interdum oratio sumatur pro termino uno syllogismi, nec resoluatur in plures terminos.

a Res aliqua media à triãgulo diuersa.

b Res diuersa ab extremis

c Vt definitionem minoris extremi.

1 Tertium decimum præceptum est, ut termini per se ponantur in recto casu in propositionibus autem modo in recto, modo in obliquo aliquo casu, prout ratio linguę requir. 2. Huius præcepti causa Aristoteles docet subiecta propositionum non accipi semper in eodem casu.

2 Datam doctrinam illustra: exemplo affirmationis, cuius subiectum in patrio casu ponitur.

3 Affert exemplũ syllogismi affirmatiui, in quo subiectum maioris ponitur in nominatiuo minoris

De iis quæ nomine carent.

Cap. XXXV.

Nec vero semper nomen quærere oportet, quo termini exponantur: sæpe enim erunt orationes, quibus non est positum nomen: ideoque difficile *est* reducere huiuscemodi syllogismos: & quandoque accidit vt fallamur ob huiusmodi inquisitionem: vt puta quoniam immediatorum est syllogismus. Sit enim τὸ α, duo recti: vbi β triangulus: vbi γ æquicrurus. τῷ γ igitur inest τὸ α per β: *inest* autem τὸ β non per aliud: quia per se triangulus habet duos rectos: quare non erit medium *a propositionis* α β, quæ est demõstrabilis. Perspicuũ *est igitur*, mediũ non: ita semper accipiendum esse, quasi *sit* hoc aliquid *b*: sed interdum *accipiendam esse* orationem: *c* quod quidem euenit etiam in dicto *exemplo*.

De nomine recto & obliquis casibus.

Cap. XXXVI.

Primum autem inesse medio & hoc extremo, non debet accipi, quasi semper sibi attribuãtur similiter primum medio & hoc extremo. eademq; est ratio *eius quod dicitur* non inesse, sed quot modis *Verbum* Esse accipitur, & aliquid vere dicitur: totidẽ existimandum est significationes esse *Verbi* Inesse, & Non inesse. 2 Veluti quod contrariorum est vna scientia. sit enim τὸ α, vnam esse scientiam: inuicem autem cõtraria, vbi β. inest igitur τὸ α τῷ β, non quasi contraria sint vna scientia, sed quia vere de eis dicitur, vnam esse eorum scientiam. 3 Accidit autem interdum vt de medio primum dicatur, medium autem de tertio non dicatur, vt si sapientia est scientia, boni autem est sapientia: concluditur, boni esse scientiam. bonum igitur non est sapientia: sapientiæ

pientia vero est scientia. 4 Interdum vero medium de tertio dicitur, primum autem de medio nō dicitur *b*. vt si omnis qualis, aut cōtrarii est scientia: bonum autem *est* & contrarium, & quale: concluditur, boni esse scientiam: bonum autem, aut æquale, aut contrarium non est scientia: sed bonum *est* hæc *ipsa*. 5 Quandoque nec primum *dicitur* *c* de medio, neq; hoc de tertio: vbi primum de tertio aliquando dicitur, aliquando non dicitur. verbi causa, si cuius est scientia, eius est genus: boni autem est scientia: concluditur, boni esse genus, *ex his* autē nullum alii attribuitur. Si vero cuius est scientia, illud est genus, boni autem est scientia: concluditur, bonum esse genus. Extremo *d* igitur attribuitur *e* primum *f*: de se autem non dicuntur *g*. 6 Eodem modo accipiendum *est* in eo quod non inest: quoniam hoc non inesse huic, non semper significat, hoc non esse hoc, sed aliquando non esse hoc huius, aut hoc huic. 7 Vt puta non est motionis motio, vel generationis generatio: voluptatis autem est *motio*, *& generatio*: voluptas igitur non *est* generatio, aut motio. Rursus, *ipsius* risus est signum: signi autem non est signum: itaque *ipse* risus non *est* signum. 8 Similiter *fit* in aliis, in quibus euertitur problema ex eo quod genus *h* aliquo modo ad id refertur. 9 Rursus occasio non est tempus opportunum: quoniam Deo est occasio: non est autem *ei* tempus oportunum, quia nihil est Deo vtile. terminos enim ponere oportet, occasionem, & tempus opportunum, & Deum: proposi-

autem & conclusionis in genitiuo.
a Subaudi in recto casu.
4 *Addit duo exempla syllogismorū affirmātium, in quibus subiecta maioris propositionis & conclusionis in genitiuo concipiuntur, minoris autem in nominatiuo.*
b In recto casu.
5 *Subiūgit duo exempla, in quorum vno subiecta omnia sunt genitiui casus, in altero subiectū conclusionis est rectum, licet subiecta propositionum sint genitiui casus.*
c In recto casu.
d Minori extremo. *e* In recto casu.
f Maius extremum.
g Subaudi, medium, & extrema: id est, neque extremum (subaudi, maius) medio neque medium extremo) subaudi, minori) recte & in nominatiuo attribuitur. Vtraque igitur propositio est obliqua, licet conclusio sit recta. 6 *Quæ docuit de syllogismis affirmantibus, producit ad negantes.* 7 *Dat aria exempla syllogismorum primæ figuræ negantium, in quib. subiecta propositionum sunt genitiui casus, subiectum autem conclusionis ponitur in recto seu nominādi casu.* 8 *Docet eandem esse rationem syllogismorum secundæ figuræ.* *h* Id est medius terminus, qui in secunda figura est similis generi, eo quod attribuitur vtrique extremo, etsi alteri attribuitur affirmatiue, alteri negatiue. 9 *Subnectit exemplū syllogismi negātis in tertia figura, in qua conclusio est recta, subiectum autem propositionum ponitur in datiui casu.*

tio vero accipi debet secundum nominis casum. 10 Simpliciter enim hoc de omnibus *i* dicimus, terminos semper ponendos esse secundum nominum appellationes *k*, vt Homo, aut Bonum, aut Contraria non Hominis, aut Boni, aut Contrariorum. propositiones autem accipi debent secundum cuiusque *vocabuli* casus: aut enim huic, vt æquale: aut huius, vt duplum: aut hoc, vt verberans, vel videns. aut hic, vt homo, animal: aut si quouis alio modo nomen cadit in propositionem.

De variis attributionum generibus.

CAP. XXXVII.

IAm vero hoc huic inesse, &, hoc de hoc vere dici, tot modis accipere debemus, quot sunt modi attributionum *a*. atque has accipe aut quadamtenus *b*, aut simpliciter *c*: item aut simplices *d*, aut coniunctas *e*. Similiterque *accipi debet*, non inesse. Hæc autem melius consideranda *sunt* ac definienda.

De iteratione, seu repetitione eiusdem termini.

CAP. XXXVIII.

QVod autem iteratur in propositionibus, primo extremo iungi debet, non medio *termino*. 2 Verbi causa si fiat syllogismus *quo colligatur* iustitiæ esse scientiam, quod *sit* bonum: illud quod sit bonum, vel qua bonum, primo extremo iungi debet. Sit enim τὸ α, scientia quod *sit* bonum: vbi β bonũ: vbi γ, iustitia. vere igitur τὸ α τῷ β attribuitur: nam boni est scientia quod *sit* bonum. sed & τὸ β *vere attribuitur* τῷ γ: quia iustitia est id quod bonum. Sic

10 *Concludit obseruandum esse decimum tertium præceptum.*

i De omnibus orationibus, ex quibus oriuntur syllogismi.

k In recto seu nominatiuo (vt grammatici loquuntur) casu nam nominatiuus Aristoteli nõ est πτῶσις casus, sed κλῆσις appellatio, ego tamen supra in his notis sæpius vocaui rectum casũ secutus grãmaticos, & receptam loquendi consuetudinem.

1 *Quartum decimum præceptum est, vt spectetur qualis sit attributio, & quatenus attributum conueniat subiecto, & vtrum sit attributio simplex, an composita.*

a Vel quot sunt genera categoriarũ.

b Vt Æthiops est albus dentes.

c Vt nix est alba.

d Vt Æthiops est homo. *e* Vt Æthiops est homo niger.

CAP. XXXVIII. 1 *Quintum decimum preceptum est, vt iteratio seu reduplicatio iungatur maiori extremo.* 2 *Datum exemplum illustrat exemplo.*

igitur fit resolutio. Si vero τῷ β adiiciatur illud, quod sit bonum: non erit *verum.* Sane enim τὸ α *attribui* τῷ β, verum erit, sed τὸ β *attribui* τῷ γ, minime verum erit. nam bonum quod *sit* bonum, attribui iustitiæ falsum *est*, nec intelligi potest.

3 Idem *dicendum est* si salubre ostendatur esse scibile qua bonum, aut hircoceruus opinabilis qua non ens, aut homo res interitui obnoxia qua sensibilis. in iis enim omnibus quæ attributo adiiciuntur, *hoc tenendum est*, iterationem *maiori* extremo iungendam *esse.* 4 Non *est* autem eadem terminorum positio, cum simpliciter quidpiam in syllogismum deducitur, & cum hoc aliquid, aut quadamtenus, aut quodam modo, verbi causa, cum bonum ostenditur esse scibile, & cum *ostenditur* esse scibile quoddam *exempli causa* quod bonum. 5 Verum si simpliciter scibile ostendatur, medius terminus constituetur Ens. 6 Quod si *probetur scibile esse* quod bonum: *pro medio termino accipietur* aliquod ens. Sit n. τὸ α scientia quod ens quodpiam: vbi β quodpiam ens: vbi γ bonum. vere igitur τὸ α τῷ β attribuitur: nam scientia est cuiusdam entis quod *sit* quoddam ens: sed & τὸ β τῷ γ: quia vbi γ, *est* ens quoddam. quapropter etiam τὸ α *attribuetur* τῷ γ: erit igitur scientia boni quod bonũ: nam illud quoddam ens, propriæ essentiæ signum erat α. 7 Sin ens ponatur esse medius terminus, & extremo adiiciatur ens simpliciter, non quoddam ens: non concluditur scientiam esse boni quod bonum, sed quod ens: sit vbi α, scientia quod ens: vbi β, ens: vbi γ, bonum. 8 Perspicuum igitur *est*, in iis syllogismis qui ex parte *concludunt*, ita *esse* terminos accipiendos.

3 Adiungit alia tria exempla.

4 Discrimen est inter syllogismos, quibus colligitur conclusio simplex, vt bonum esse scibile: vel cum iteratione, vt bonum esse scibile quod bonũ, vel bonum esse scibile quod ens.

5 Nam ad primam conclusionem probandã sumitur medius terminus simpliciter, vt Ens, hoc modo Ens est scibile, bonũ est Ens: ergo bonum est scibile.

6 Ad secundã probandam pro medio termino sumitur aliquod ens, vt expetẽdum, quod boni essentiam declarat: veluti Expetendi est scientia quod expetendum, atqui bonum est expetendum, ergo boni est scientia quod bonum: consequenter boni est scientia quod bonum, quia supponimus expetendum significare essentiam boni a Id est, expetendum accipiebatur vt terminus significans essentiam boni. *7 Ad tertiam conclusionem probandam sumitur Ens pro medio termino veluti, Entis est scientia quod ens, bonum autem ens, ergo boni est scientia quod ens, 8 Concludit obseruandum esse quinudecimum præcept*

CAP. XXXIX.

1 *Sextum decimum preceptũ est, ut nomina & orationes mutentur si opus est perspicuitatis causa ita ut vel sumatur nomen perspicuum pro nomine obscuro vel oratio perspicua pro oratione obscura, vel nomen pro oratione.*

2 *Dat um preceptum illustrat exemplo.*

De commutatione orationum & nominum.

CAP. XXXIX.

Oportet etiam commutare & accipere quæ idem valēt *nimirum* nomina pro nominibus, & orationes pro orationibus: item *mutare* nomen & orationē, semperque pro oratione nomen sumere. sic enim facilior *erit* terminorum expositio. 2 Verbi gratia, si nihil refert, vtrum dicatur suspicabile opinabilis non esse genus, an opinabile non esse id quod suspicabile quoddam: idem enim *est*, quod *vtraque oratione* significatur: loco dictæ orationis ponendi sunt termini suspicabile & opinabile.

1 *Septimum decimũ preceptũ est, ut distinguatur inter τὸ anulum articulo preditum, & articulo carens: ut inter ἀγαθὸν & τὸ ἀγαθὸν nam illud significat quodcumque bonum hec vero accipi solet pro summo bono, etenim articulus significat excellentiã quandam, quã Latini, qui articulis carent, pronom ne, ille significare solēt, ut ὁ ποιητὴς, poeta ille.*

De articulis. CAP. XL.

Qvia vero non idem est, voluptatem esse ἀγαθὸν, *id est bonum*, &, voluptatem esse τὸ ἀγαθὸν, *id est, ipsum bonum:* non similiter poni termini debent. verum si syllogismo probetur voluptatem esse τὸ ἀγαθὸν, terminus constituendus *est* τὸ ἀγαθὸν. sin *probetur* esse ἀγαθὸν: *terminus constitui debet* ἀγαθὸν. *est.*

Interpretatio quarundam orationum.

CAP. XLI.

HÆc autem nec in re nec in oratione idem sunt: Cui τὸ β inest, ei omni τὸ α inest: &, Cui τὸ β omni inest, etiam τὸ α omni inest. nihil enim vetat, τὸ β τῷ γ inesse, non tamen omni. Vtputa τὸ β sit pulchrum quoddam: τὸ γ, album. Si igitur cuidam albo inest pulchrum quoddam vere, dicetur albo inesse pulchrum, sed fortasse non omni. 2 Itaque si τὸ α τῷ β inest, sed non omni et de

1 *Octauum decimum preceptum est, ut obseruetur vis quarundam orationum prout ad syllogismos pertinet. Prima oratio est, Cui secundum inest, ei omni primum inest. Secunda est Cui omni secundum inest. ei omni primum inest. Vtraque oratio refertur ad primam figuram sed prima continet minorem indefinitam, & maiorem vniuersalem, secunda vtramque propositionem vniuersalem quare hec resoluitur in Barbara, illa in Darii.*

2 *Tertia oratio est Primum inest secundo, hinc fit maior particularis siue indefinita in prima figura: proinde nihil concluditur.*

quo *dicitur* τὸ β: siue omni γ τὸ β insit, siue alicui tantum; non solum non *est* necesse τὸ α inesse omni, sed ne quidem *alicui* γ.

3 Si vero, de quo τὸ β vere dicitur, huic omni τὸ α inest: eueniet vt τὸ α de eo omni dicatur, de quo omni τὸ β dicitur. 4 Quod si τὸ α de eo dicitur de quo omni dicitur τὸ β, nihil prohibet, quo minus τὸ β insit τὸ γ cui non omni aut omnino nulli τὸ α insit.

5 In tribus ergo terminis manifestum *est hanc orationem*, de quo dicitur τὸ β, *de eo* omni dici τὸ α, hoc significare, de quibuscumque τὸ β dicitur, de *iis* omnibus dici etiam τὸ α & si τὸ β *dicitur* de omni, etiam τὸ α ita *dicetur*. si vero non de omni, non *est* necesse τὸ α *dici* de omni.

6 Non oportet autem existimare propter *terminorum* expositionem euenire aliquid absurdi. neque enim *ad probandum* eo etiam vtimur, quod hoc aliquid sit: sed ita *illud adhibemus*, vt geometra pedalem & rectam & sine latitudine ait esse hanc *lineam* quæ non est *eiusmodi*, non ita vero *geometra his* vtitur quasi ex his ratiocinetur. omnino *a* enim nisi quid referatur tamquam totum ad partem, & aliud ad hoc tamquam pars ad totum *b*. ex iis non demonstrat, qui demonstrat: quia nec syllogismus *ex his* fit. expositione autem sic vtimur *c*, vt & sensu, dum eum, qui discit, instituimus: non enim ita *vtimur*, quasi sine his demonstrari nequeat, quomodo *vtimur propositionibus*, ex quibus syllogismus *constat*.

3 Quarta oratio De quo secundum vere dicitur, & omni primum inest, hinc sumitur, maior vniuersalis in prima figura, Omne secundum est primum quare si minor vniuersalis adiungatur: & secundum dicatur de omni tertio in Barbara concludetur primum de omni tertio.

4 Quinta oratio est. De quo omni dicitur secundum de eo dicitur primum: hinc sumitur minor vniuersalis, & maior particularis in prima figura. proinde nihil concluditur.

5 Sexta oratio est De quo dicitur secundum, de eo omni dicitur primum, hinc sumitur minor indefinita & maior vniuersalis in prima figura.

6 Exemplorum quæ Aristoteles sæpe adhibuit vsus fallere non potest: quia exempla non probandi, sed tantum declarandi causa adhibentur quo circa etiam ficta & falsa exempla prosunt, vt cum geometra vocat lineam rectam vel vnius pedis cum sit obliqua & breuior: imo cum non sit vera linea, quia latitudinem aliquam habet. *a* Id est, in vniuersum, & generaliter. *b* Id est, nisi maius extremum attribuatur mediis vt medium minori extremo Respicit ad primam, ad quam aliæ reducuntur, quia per eam perficiuntur. *c* Id est, exempla adhibemus.

1 *Decimum nonum praeceptum est, vt syllogismos cōpositos resoluamus in simplices, & singulos simplices in figuram cui conuenit.*

2 *Quo facilius datum praeceptum obseruare pessimus monet figuram aliquo modo per conclusionem indicari quatenus non omnis cōclusio in qualibet figura probari potest. Coniunge cap. 32. partic. vlt.*

De resolutione syllogismorum compositorum.

CAP. XLII.

Illud nos non lateat in eodem syllogismo, non omnes cōclusiones per vnam figuram effici, sed alias per hanc, alias per aliam. Constat igitur etiam resolutiones ita faciendas *esse*.

2 Quia vero non omne problema in omni figura, sed certa in singulis probantur, ex conclusione perspicuum *est*, in qua figura quaerendum *sit*.

De reprehendenda definitione.

CAP. XLIII.

1 *Vigesimum praeceptum est, vt cum pars definitionis reprehenditur, ea sola pars pro termino accipiatur in syllogismo, non tota definitio.*

Q*Vod attinet ad* rationes quibus aduersus definitiones *differitur, id est*, quibus vnum quidpiam ex iis quae in definitione posita sunt, reprehenditur: terminus poni debet id quod reprehenditur, non tota definitio. minus enim accidet, vt turbemur ob prolixitatem. vtputa si aquam ostendit esse humidū potabile, potabile & aquam terminos ponemus.

De resolutione syllogismorum ducentium ad incommodum & ceterorum qui fiunt ex hypothesi.

CAP. XLIV.

CAP. XL.

1 *Vigesimum primum praeceptum est, ne syllogismos hypotheticos tentemus reducere ad figuras syllogismorum categoricorum.*

Iam vero conari non debemus, vt syllogismos, *qui sunt* ex hypothesi, reducamus: quoniam ex iis quae posita sunt, reduci nequeunt: quippe qui non per syllogismum probant, sed ex conuentione & consensu. Exempli causa si *quis* supponens, nisi vna sit facultas contrariorum, neque scientiam vnam esse, deinde differat & *probet* non esse contrariorum vnam facultatem, vt salubris & insalu-

bris, quia idem simul esset salubre & insalubre: certe non esse vnam omnium contrariorũ facultatem demonstratum est: non esse autem *contrariorum vnam* scientiã, non est *de*monstratum: atqui necesse *est hoc* fateri. sed non ex syllogism o *a*, verum ex hypothesi. *b* Hunc igitur *syllogismum c* non licet reducere. *cum* verò *quo probatur* contrariorum non esse vnã facultatem, *reducere* licet. fortassis enim hic est syllogismus *d*: illud vero, hypothesis *e*.

2 Similis est ratio eorum qui per impossibile concludunt: quia nec hos resoluere licet *f*: sed deductionem quidem ad impossibile *resoluere* licet, quia syllogismo probatur. alterum *g* vero *ideo resoluere* non licet, quia ex hypothesi concluditur *h*.

3 Differunt autem à prædictis *syllogismis ex hypothesi*, quoniam in illis antea fateri oportet, vt postea conueniat: vtputa si ostendatur vnam esse facultatem contrariorum, etiam scientiam esse eandem: hic vero etiam qui antea fassi non sunt, *post probationem* admittunt, quia falsitas est euidens: vt puta si diameter dicatur habere communem mensuram, imparia esse paribus æqualia. 4 Multi quoque alii concluduntur ex hypothesi, quos considerare oportet, ac dilucide explanare. Quænam igitur *sunt* horum differentiæ, & quot modis fiant *syllogismi* ex hypothesi, posterius dicemus *i*: nunc id tantum nobis manifestum esto, huiusmodi syllogismos non posse in figuras resolui: *cuius rei* causam diximus.

a Subaudi categorico, qui solus vocatur simpliciter syllogismus, hypotheticus autem non dicitur syllogismus simpliciter sed cum adiunctione, id est, syllogismus hypothetic⁹.
b Ex syllogismo hypothetico.
c Hypotheticum.
d Syllogismus simpliciter, seu syllogismus categoricus.
e Non simpliciter syllogismus, sed hypotheticus syllogismus.
2. *Quod dictũ est de syllogismis hypotheticis idem obtinet in ducentibus ad impossibile, quatenus conclusionem principalem probant hypothetice.*
f Quatenus probant conclusionẽ principalem.

g Probationem conclusionis principalis. *h* Vide supr. c. 23. part. 11.
3. *Distinctionem ponit inter syllogismos hypotheticos ex conuentione, & ducentes ad impossibile.* 4. *Pollicetur se posterius expositurum syllogismos hypotheticos. Coniunge c.29 par 7.*
i Hic locus non extat vnde apparet eos falli, qui vniuersam Logicam hoc Organo contineri, & nihil prorsus deesse putant.

Cap. XLV.
1 *Quidam syllogismi ex vna figura in aliam resolui possunt, non tamen omnes, vt ex sequentib. apparebit nã Baroco & Brocardo nõ resoluuntur. cæteri autem syllogismi resoluuntur.*
2 *Sumpto initio à resolutione primæ figuræ, in secundam, Celarent resoluitur in Cesare.*
3 *Ferio resoluitur in Festino.*
4 *Sequitur resolutio secundæ figuræ in primam.*
a Tantum Festino non Baroco.
5 *Cesare resoluitur in Celarent.*
6 *Camestres resoluitur in Celarent.*
7 *Festino resoluitur in Ferio.*
8 *Baroco non resoluitur in primam figuram.*
b Sub audi, simplicem.
c Si conuertatur per accidens, id est, in particularem

De resolutione syllogismorum vnius figuræ in aliam.

Cap. XLV.

Qvæcumque autem problemata in pluribus figuris probantur, si in vna syllogismo probata sint: licet syllogismum referre in aliam, vt *syllogismum* priuatiuum in prima figura *extructum referre* in secundam: & eum qui in media *extructus est*, *referre* in primam: non omnes autem, sed quosdam *ita resoluere licet* quod in sequentibus perspicuum erit.

2 Nam si τὸ α *insit* nulli ϐ, ac τὸ ϐ omni γ τὸ α *inerit* nulli γ sic igitur *fit* prima figura, quod si *pronunciatum* priuatiuum conuertatur, erit media *figura*: quia τὸ β nulli α & omni ſ inerit. 3 Similiter *fit*, si syllogismus non *fit* vniuersalis, sed in parte: vt si τὸ α *insit* nulli ϐ, ac τὸ ϐ alicui ſ; quia conuersa *propositione* priuatiua, erit media figura.

4 Ex syllogismis autem qui *extruuntur* in secunda figura, vniuersales referentur in primam figuram, ex particularibus vero alter tantum *a*.

5 Insit enim τὸ α nulli ϐ, & omni γ. conuerso igitur *pronunciato* priuatiuo, erit prima figura: quia τὸ β nulli α, ac τὸ α omni γ inerit.

6 Quod si affirmatio iungatur τῷ β, priuatio τῷ ſ: primus terminus poni debet τὸ γ. hoc enim nulli α *inest*, ac τὸ α omni ϐ, quare nulli ϐ τὸ ſ inerit: ergo etiam τὸ β nulli γ: quia conclusio priuatiua conuertitur. 7 Si vero syllogismus sit in parte cum priuatio iungitur maiori extremo, resoluetur in primam figuram figuram: vt si τὸ α *inest* nulli β, & alicui γ. Conuerso enim *pronunciato* priuatiuo, erit prima figura, nam τὸ ϐ *inest* nulli α, & τὸ α alicui γ.

8 Cum autem affirmatio *iungitur maiori extremo*, non resoluetur: vt si τὸ α *insit* omni ϐ, & nõ omni γ: quia neque conuersionem *b* admittit *propositio* α β: neque *conuersione* facta *c* erit syllogismus.

9 Rursus *syllogismi* qui *sunt* in tertia figura, non resoluentur omnes *d* in primam. sed qui sunt in prima *resoluentur* omnes in tertiam. 10 Insit enim τὸ α omni ϛ ac τὸ β cuidam Γ cum igitur conuertatur *pronunciatum* in parte attributiuum, inerit etiam τὸ γ cuidam β. verum τὸ α inerat omni β. quare fit tertia figura.

11 Itidemque, si priuatiuus *fit* syllogismus, conuertitur enim *propositum* in parte attributiuum, quare nulli ϛ τὸ α, cuidam vero τὸ γ inerit.

12 Ex syllogismis autem qui *sunt* in tertia figura, vnus tantum non resoluitur in primam, cum priuatiuum *pronunciatum* non vniuersale positum fuerit: reliqui autem omnes resoluuntur. 13 Attribuatur enim omni γ τὸ α & τὸ ϛ. ergo τὸ γ conuertitur in parte ad vtrumque *extremum*. inerit igitur alicui β. quocirca erit prima figura, si τὸ α *insit* omni γ, ac τὸ γ alicui ϛ.

14 Et si τὸ α *insit* omni γ, ac τὸ β alicui Γ: eadem *est* ratio: quia reciprocatur τὸ ϛ cum γ. 15 Quod si τὸ ϛ insit omni γ. ac τὸ α cuidam γ: primus terminus poni debet τὸ ϛ. nam τὸ ϛ *inest* omni γ, ac τὸ γ cuidam α: ergo τὸ ϛ cuidam α. & quia reciprocatur quod *est* in parte, etiam τὸ α inerit cuidam ϛ. 16 Et si priuatiuus *sit* syllogismus, cum termini sunt vniuersales, similiter accipi debet. Insit enim τὸ β omni γ, ac τὸ α nulli: Ergo cuidam ϛ inest τὸ γ, ac τὸ α nulli γ: itaque medium erit γ. 17 Similiter fiet, si priuatiuum *pronunciatum* sit vniuersale, & attributiuum *sit* in parte. nam τὸ α nulli γ, ac τὸ γ cuidam ϛ inerit. 18 Si vero in parte accipiatur *pronunciatum* priuatiuum, non fiet resolutio, vt si τὸ ϛ omni γ, & τὸ α cuidam non inest. nam cõuersa propositione ϛ γ, ambæ propositiones erunt in parte. 19 Perspicuum autẽ *est* vt *hæ* figuræ *f* in se inuicem resoluãtur, eam propositionẽ,

9 Sequitur mutua resolutio primæ & tertiæ figuræ.
d Quia excipitur Brocardo.
10 Darii soluitur in Datisi.
11 Ferio resoluitur in Ferison.
12 Sequitur resolutio tertiæ figuræ in primam.
e Brocardo.
13 Darapti resoluitur in Darii.
14 Datisi resoluitur in Darii.
15 Disamis resoluitur in Darii.
16 Felapton resoluitur in Ferio.
17 Ferison resoluitur in Ferio.
18 Brocardo nõ resoluitur in primam figuram.
19 In summa prima & tertia figura mutuo resoluuntur per conuersionem minoris propositionis.
f Prima & tertia.

in qua *est* minus extremum, conuertendam esse in vtraque figura. hac *g* enim transposita transitus *h* fit. 20 Ex *syllogismis* autem qui *sunt* in media figura, alter *k* resoluitur, alter *l* non resoluitur in tertiam. 21 Cum enim *propositio* vniuersalis est priuatiua, resoluitur. Nam si τὸ α nulli β, & cuidam γ *inest*; ambo *extrema* similiter reciprocantur cum α. quapropter τὸ β nulli α, ac τὸ γ cuidam *inest*. medium igitur *est* τὸ α. 22 Cum autem τὸ α omni ε *inest*, cuidam vero γ non inest. non fit resolutio. neutra enim propositio, cum fuerit conuersa, *erit* vniuersalis.

23 Ex tertia quoque figura *syllogismi* resoluuntur in secundam, cum priuatiuum *pronunciatum* est vniuersale, vt si τὸ α *inest* nulli γ, & τὸ β *inest* alicui vel omni: etenim τὸ γ nulli α, & cuidam β inerit.

24 Si vero *propositum* priuatiuum sit in parte, non resoluetur: quia negatiuum in parte, non admittit conuersionem.

25 Perspicuum igitur *est*, eosdem syllogismos *m* non resolui in his figuris, qui nec in primam resoluebantur: & cum in primam figuram syllogismi referantur, hos solum confirmari per deductionem ad impossibile.

26 Quomodo igitur syllogismos reducere oporteat, & figuras in se inuicem resolui, perspicuum *est* ex his quæ dicta sunt.

De attributis finitis vel infinitis, & de habitibus vel priuationibus. CAP. XLVI.

Refert autem in *problemate* confirmando vel euertendo, vtrum quis hæc existimet eandem, an diuersam rem significare, non esse hoc, &, esse non hoc: vt, non esse album, & esse non album.

g Occupat obiectionem: quia interdũ conuertitur maior. vt cũ resoluitur Disamis: sed hæc maior in resolutione transponitur, & fit minor in Darii.
h Resolutio.
20 *Sequitur resolutio secũdæ figuræ in tertiam.*
i Particularibus.
k Festino.
l Baroco.
21 *Festino resoluitur in Ferison.*
22 *Baroco non resoluitur in tertiã figuram.*
23 *Sequitur resolutio tertiæ figuræ in secundam. Felapton & Ferison resoluuntur in Festino.*
24 *Brocardo non resoluitur in secundam figuram.*
25 *Concludit Baroco & Brocardo non resolui: ideoque dum confirmãtur per primam figuram, opus esse deductione ad impossibile.*
m Baroco & Brocardo.
26 *Epilogus.*
CAP. XLII.
1 *Quæstio, an negatio finita, & affirmatio attributi infiniti differant, ad resolutionem syllogismorum pertinet.*

2 Neque enim idem significant. nec *eius dicti*, esse album, negatio est hoc, esse non album, sed hoc non esse album.

3 Cuius *rei* ratio hæc *est*: quia similiter *se* habet hoc, potest ambulare, ad illud, potest non ambulare: vt hoc, est album, ad illud, est non album, *sed* & hoc, scit bonum, *similiter se habet* ad illud, scit non bonum. (quoniam hæc nihil differunt, scit bonum, aut, est sciēs bonū. neque itē hæc, potest ambulare, & est potēs ambulare: quapropter etiā opposita *nihil differunt, nempe*, non potest ambulare, *&*, non est potēs ambulare) si igitur hoc nō est potens ambulare, idē significat quod, est potens non ambulare: hæc simul inerunt in eodem (quoniam idem potest & ambulare, & non ambulare: necnon scit bonum, & non bonum) affirmatio vero & negatio oppositæ, non sunt simul in eodem. Quemadmodum igitur non idem est, non nosse bonum, &, nosse non bonum: ita non idem *est*, esse non bonum, &, nō esse bonum. nam si ex analogis altera sint diuersa, etiam altera *ita se habent*. 4 Neque *idem est*, esse non æquale, &, non esse æquale, alteri namque *id est*, ei quod est non æquale, subiicitur aliquid, *nēpe* quod est inæquale: alteri vero nihil subiiciuntur. Idcirco non omne est æquale aut inæquale: omne autem *est* æquale, aut non æquale.

5 Præterea hęc, est non album lignum, &, non est album lignum, non simul sunt. nam si est lignum nō album, erit lignum, quod autem non est album lignum, non necesse *est* esse lignum.

6 Quare perspicuum *est huius dicti*, est bonum, non esse negationem hoc, est non bonum. Si igitur de vnoquoque aut affirmatio aut negatio vera *est*, cum negatio non sit, cōstat affirmationem

2 Discrimen re- nitur inter di- ctas enuncia- tiones.

3 Datum dis- crimen confir- matur tribus argument is. Primo quia fieri potest vt vna cum finita af- firmatione, sit vera etiam af- firmatio attri- buti infiniti, non item nega- tio: veluti scit bonum, scit non bonum, non scit bonum.

4 Secundo quia infinita attri- butioni subii- citur aliquid, finitæ autem negationi nihil subiicitur.

5 Tertio quia fieri potest vt negatio finita sit vera, & af- firmatio infini- ti sit falsa velu- ti, homo non est lignum album, homo est lignū non album.

6 Concludit attributionem infinitam non esse negationem affirmationis finitæ sed oppo- ni negationi in- finitæ: adeo vt quatuor sint enunciationes de eodem subie- cto, duæ finitæ ac totidem ha- bentes attribu- tum infinitum, veluti, est bonū, non est bonum, est non bonum, non est non bonum.

quodam modo esse. Omnis autem affirmationis est negatio. ergo huius quoque *negatio est*, non est non bonum.

7 Confert dictas quatuor enunciationes in tabellam quandam & earum vim mutua comparatione declarat.

7 Habent autem hunc ordinem inter se. Esto, esse bonum vbi α: non esse bonum, vbi β: esse non bonum vbi γ sub β: non esse non bonum, vbi δ sub α.

α *est bonum*	β *non est bonum*
non est bonum δ	*est non bonum* γ

a Enunciationes αβ sũt contradicentes, ita vt altera sit vera, altera falsa.
b Enunciationes γδ similiter sũt cõtradicentes.
c Posito γ ponitur β.
d Posito β, necesse est ponere γ.
e Posito α, nõ necessario ponitur δ.
f Posito δ non est necesse ponere α.
g Enunciationes α γ non possunt esse simul veræ.
h Enunciationes βδ possunt esse simul veræ.

Cuius *a* igitur inerit aut τὸ α aut τὸ β, & nulli eidem *vtrumque*. item *b* aut τὸ γ aut τὸ δ & nulli eidem *vtrumque*. & *c* cuicumque τὸ γ *inest*, necesse *est etiam* τὸ β inesse. nam si vere dicitur esse non album, etiam vere *dicitur* non esse album: impossibile enim *est*, simul esse album, & non esse album: aut esse lignum non album, & esse lignum album. quare nisi affirmatio *insit*, negatio inerit. Verum *d* τῷ β τὸ γ non semper *consequens est*. quod enim omnino non lignum est, ne lignum *quidem* erit non album. Contra *e*, cuicumque *inest* τὸ α, *inest* etiam τὸ δ. aut enim inest τὸ γ aut τὸ δ: sed quia non potest simul esse non album & esse album, τὸ δ inerit. nam de eo quod est album, vere dicitur non esse non album. Non *f* tamen de omni δ *dicitur* τὸ α: quia de eo quod omnino non est lignũ, non vere dicitur τὸ α, nempe esse lignum album. quare τὸ δ erit verum: τὸ α non verum, *id est*, esse lignũ albũ. Manifestũ *g* quoq; *est*, τὸ α γ nulli eidem inesse, etsi *h* τὸ β & τὸ δ possint eidem alicui simul inesse.

8 Quod docuit de attributionibus infinitis, nunc producit ad priuantes.

8 Huic collocationi similis est collocatio priuationũ *relatarũ* ad attributiones. Sit enim æquale, vbi α: nõ æquale, vbi β: inæquale, vbi γ: nõ inæquale, vbi δ.

α	β
æquale	*non æquale*
non inæquale	*inæquale.*
δ	γ

9 Quinetiã in multis, quorũ aliis inest aliis non inest eadem res, negatio similiter vera esse potest, *Veluti*, non sunt alba omnia, aut, nõ est album vnũquodq; cum falsa *sit affirmatio*, est nonalbum vnumquodq;, vel, omnia sunt non alba. Similiter huius *affirmationis*, est omne animal albũ, non *est* negatio hæc, est nõ albũ omne animal, (ambæ enim sunt falsæ) sed hæc non est omne animal album. 10 Cum autem cõstet diuersam esse *horum pronunciatorũ* significationem, est non album, & non est albũ; & alterum esse affirmationẽ, alterum negationem: perspicuũ *est*, non eodẽ modo vtrumque probari. Exempli causa, *non eodem modo hæc probantur*: Quodcũque est animal, non est album, aut, cõtingit non esse albũ: &, vere dicitur non album, hoc enim est esse non albũ. Sed hæc, vere dicitur esse album, siue non albũ *probandi* modus idem *est*. ambo enim adstruendo probantur per primã figuram. nam *articulus ille*, Vere *dicitur*, similiter collocatur vt *Verbum* Est. huius enim *pronunciati*, vere dicitur album, non est negatio, vere dicitur non album, sed, non vere dicitur album. Quod si *hoc probandum sit*, vere dicitur, quodcumque est homo, esse musicũ aut esse non musicum accipiendum *est*, quodcumq; est animal, esse musicum, aut esse non musicum: ac demonstratum erit. At vero quodcũque est homo, non esse musicum, refutando probatur in dictis tribus modis *i*. 11 Simpliciter *K* autem cum ita *se* habent τὸ α ac τὸ β, vt simul eidẽ inesse nequeant, cuius autẽ necessario alterũ *insit*, itidẽq; rursus *se habẽt* τὸ γ & τὸ δ, consequens autem est τῷ γ τὸ α, nec re-

9 Quod hactenus dixit de enũciationib. indefinitis, nũc producit ad definitas

10 Cum ostenderit attributionem infinitam & negationem finitam differre: inde colligit diuersas esse illarum resolutiones, quoniam attributio, siue finita siue infinita, pertinet ad modum syllogismi affirmantem: negatio verò ad negantem.

i Celarent, Cesare, Camestres.

11 Generaliter confirmat dispositionem & vim enunciationum supra expositam.

K id est, generaliter & in vniuersum: siue sumantur enunciationes finitæ & infinitæ, vt in partic. 7. siue habitus & priuationes, vt in partic.

8. siue quicumque alii termini accipiantur.

ciprocabitur: *tunc* etiam τῷ β τὸ δ consequens erit, nec reciprocabitur: & τὸ α ac τὸ δ poterunt eidem inesse, τὸ β autem & τὸ γ non poterunt.

α	β
non est bonum	*est bonum*
est non bonum	*non est non bonum*
γ	δ

l Probat cōsequētiam à β ad δ.

m Probat α & δ simul esse posse.

n Probat β & γ nō posse simul esse.

o Vt α & β sint simul.

p Probat nō valere cōsequentiā à δ ad β.

Primum *l* igitur τῷ β consequens esse τὸ δ, hinc apparet. Cum enim cuiuis ex necessitate *insit* alterum τῶν γ δ, *et* vero cui τὸ β *inest*, non possit *inesse* τὸ γ, quia secum infert α, τὸ α vero & τὸ β non possunt eidem *inesse*: perspicuum *est* consequens esse τὸ δ. Rursus *m* quia τὸ γ non reciprocatur cum α; cuiuis autem inest aut τὸ γ aut τὸ δ: accidit vt τὸ α & τὸ δ eidem insit. Verum *n* τὸ β & τὸ γ non possunt *eidem inesse*: quia statim ad γ consequitur τὸ α, atque ita euenit quiddam impossibile *o*. Perspicuum *p* igitur *est* τὸ β cum δ nō reciprocari: quia vna cum δ contingit etiam τὸ α inesse.

12 Contra doctrinam modo expositam obiicit, quia interdū videtur valere consequentia à δ ad β.

12 Interdum vero etiam in huiuscemodi terminorū dispositione falli contingit; quia non recte accipiuntur opposita, quorum alterum cuiuis inesse necesse *est*. Vt si τὸ α & τὸ β non accidant simul eidem, necesse autem *sit*, cui alterum non *inest*, alterum inesse: rursus eodem modo *se habeant* τὸ γ & τὸ δ, omni autem γ consequens sit τὸ α. concludetur enim, cui τὸ δ *inest*, *ei* τὸ β necessario inesse: quod quidem est falsum. Sumatur enim negatio τῶν α β, quæ *sit* vbi ζ: rursusque *negatio* τῶν γ δ, quæ sit vbi η.

α	β	ζ
non est bonum.	*est bonum.*	*neque non est bonum, neque est bonum.*
est non bonum.	*non est nõ bonũ.*	*neque est non bonum, neque non est bonum.*
γ	δ	ϑ

q Id est, supra ostensum fuit consequentiam valere à ε ad δ, nõ à δ ad ε.

necesse igitur *est*, cuius *inesse* aut τὸ α aut τὸ ζ, nimirũ aut affirmationem aut negationem: rursus aut τὸ γ aut τὸ ϑ, quia *sunt* affirmatio & negatio, & cuicumque τὸ γ *inest*, *etiam* τὸ α *inesse* suppositum fuit, itaque cuicũque τὸ ζ *inest*, *etiam* τὸ θ *inerit*. Rursus quia τῶν ζ β alterum cuius *inest*, τῶ θ δ itidem *alterum*, consequẽs autem τῷ ζ τὸ θ: etiam τῷ δ consequens erit τὸ ε, hoc enim scimus. Si igitur τῷ γ *consequens est* τὸ α, etiam τῷ δ *consequens erit* τὸ β. quod tamen falsum *est*: quia vice versa erat consecutio q in iis quæ ita *se* habent.

14 Soluit dictam obiectionem.

14 Non enim fortasse necesse *est*, cuius inesse aut τὸ α aut τὸ ζ: nec *aut* τὸ ζ aut τὸ ε: quia τῷ α non est negatio τὸ ε r. nam boni negatio est non bonum: hæc autem non idem valent, non est bonum, &, neque *est* bonum, neque non bonum. Similis est ratio τῶ γ δ s: quoniam negationes, quæ sumptæ fuerunt, duæ sunt t.

r τὸ ζ non est negatio τῶ α per se nec τῶ ε per se, sed τῶν α β simul sũptorum.

s Id est, τὸ θ non est negatio τῶ γ per se, nec τοῦ δ per se, sed τῶν ſ δ quare non est necesse esse ſ aut θ, vel δ aut θ, vt in obiectione sumebatur.

t In supra dicta obiectione male sumptæ sunt duæ negationes vnius affirmationis: nempe τῆς ε ἡ α, & ἡ ε: item τῆς ſ ἡ δ & ἡ θ.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM PRIORVM LIBER II.

IVL. PACIO interprete.

DE POTESTATIBVS SYLLOGISMORVM.

TRACTATVS I.

De potestate plura concludendi.

CAP. I.

Cap. I.
1 Breui anacephalæosi complectitur ea quæ superiori libro docuit.

2 Quo syllogismo aliqua conclusio colligitur eodem etiam conuersa colligitur, si modo conclusio conuerti possit. conuertuntur autem omnes conclusiones excepta particulari negāte.

1 IN quot igitur figuris, & per quales, ac quot propositiones, & quando, & quomodo fiat syllogismus: amplius, ad quæ respiciendum *sit* euertenti vel adstruenti, & quomodo quæri debeat de re proposita secundum quamuis methodum: præterea, qua via sumemus cuiusque *quæstionis* principia, iam exposuimus. 2 Cum autem syllogismorū alii sint vniuersales, alii particulares: vniuersales omnes semper plura concludunt: ex particularibus, attributiui plura *concludunt*, negatiui vnam conclusionem *colligunt*. nam aliæ propositiones conuertūtur. particularis autem priuatiua non conuertitur, conclusio vero est *oratio significans* aliquid

de aliquo.

de aliquo. quapropter alii syllogismi plura concludunt. Vt si ostensum fuerit τὸ α *inesse* omni aut alicui β: necesse *est*, etiam τὸ β inesse alicui α, quod si *ostensum sit* nulli β *inesse* τὸ α, etiam nulli α *inerit* τὸ β: hæc autem *conclusio* est diuersa à superiori. At si τὸ α cuidã β non insit: non *est* necesse, etiam τὸ β cuidam α nõ inesse. potest enim omni inesse. Hæc igitur *est* causa omnium *syllogismorum* communis, tam vniuersalium, quam particularium.

3 Licet autem de vniuersalibus etiam aliter dicere: nam quæ sub medio aut sub conclusione sunt, *eorum* omnium erit idem syllogismus, si illæ in medio, hæc in conclusione ponantur.

4 Vt puta si τὸ α β concludatur per γ: necesse *est* τὸ α dici de iis omnibus, quæ sunt sub β, aut sub γ. nam si τὸ δ est in toto β, ac τὸ β in toto α: etiam τὸ δ erit in toto α. Rursus si τὸ ε est in toto γ, ac τὸ γ *in ipso* α: etiam τὸ ε erit in toto α. 5 Similis ratio *est*, si priuatiuus sit syllogismus. 6 In secunda autem figura syllogismus erit eius dumtaxat quod *est* sub conclusione *a*. Vt si τὸ α *insit* nulli β & omni γ concludetur nulli γ *inesse* τὸ β. Si igitur τὸ δ est sub γ, perspicuũ *est*, ei non inesse τὸ β. Iis vero quæ *sunt* sub α, non inesse, non *est* manifestum per syllogismum. atqui nõ inerit τῷ ε, si est sub α. sed nulli quidem γ inesse τὸ β, syllogismo probatum fuit: τῷ α vero non inesse, sine demonstratione acceptum fuit. quare non colligitur *eo* syllogismo, τὸ β τῷ ε non inesse.

7 In particularibus autem *syllogismis*, eorum quæ *sunt* sub conclusione, *concludendorum* non erit vlla necessitas: quia non fit syllogismus, cum hæc *propositio* accipitur in parte, eorum autem omniũ quæ *sunt* sub medio, erit quidem, non tamen per *eum* syllogismum. 8. Vt si τὸ α *inest* omni β ac τὸ β cuidam γ. quod

3 Vniuersalis syllogismus non solum est terminorum qui sunt in ipso expressi, sed etiam eorũ qui sub medio vel sub minori extremo continentur. Quod tamen de contentis sub medio dicitur, postea corrigitur.

4 Doctrina modo tradita accommodatur Primo syllogismis affirmantib in prima figura.

5 Secundo syllogismis negãtibus in prima figura

6 Tertio syllogismis secundæ figuræ.

a Eadem est ratio primæ figuræ, vt explicabitur in par. vlt.

7 Ostendit eandem doctrinam non pertinere ad syllogismos particulares

8 Quod dictũ est in præced. parte accomodatur syllogismis prima figura.

enim positum est sub Γ. non concludetur: quod vero est sub β, concludetur non tamen per syllogismum antecedentem *b*.

9 Similis est ratio aliarum figurarum. quod enim est sub conclusione, non concludetur. alterum concludetur, non tamen per eum syllogismum: qua etiam in *syllogismis* vniuersalibus *c*. ex non demonstrata propositione probabantur, quæ *sunt* sub medio: quare aut ibi quoque non concludetur *e*, aut *concludetur* etiam in his *f*.

b Mutata enim minore propositione mutatur syllogismus.
9 Idem aptatur secundæ & tertiæ figuris.
c Cuiuscumque figuræ. Sic mihi videtur hic locus accipiendus, vt hic corrigatur quod dictū est in partic. 3. & 4.
d In syllogismis vniuersalibus.

De conclusione falsa ex veris propositionibus non colligenda, & vera ex falsis colligenda in prima figura.

CAP. II.

CAPVT II.

POtest igitur fieri, vt veræ sint propositiones, ex quibus *constat* syllogismus: potest etiam fieri, vt sint falsæ: & vt altera sit vera, altera falsa. Conclusio autem necessario *est* aut vera aut falsa.

2 Ex veris igitur non potest falsum concludi. ex falsis verum potest: non *ita* tamen *vt probetur* cur *sit*, sed *tantum* quod *sit*. nam cur *res sit*, non potest syllogismo ex falsis probari: cuius rei causa in sequentibus *a* dicetur.

3 Primum igitur ex veris non posse falsum colligi, hinc manifestum est. Nam si cum τὸ *a b* est,

e Quod sub medio continetur, non concludetur eodem syllogismo.
f Syllogismis particularib quorum & vniuersalium eadem est ratio. In summa mutata minore propositione, sylogismus mutatur, sed mutata conclusione non mutatur, quia conclusio non est pars syllogismi. Denique syllogismus explicite colligens conclusionem vniuersalem, implicite colligit omnes conclusiones sub illa vniuersali contentas.

1 Syllog smi propositiones aut sunt veræ, aut falsæ, aut altera vera, & altera falsa: item conclusio aut est vera, aut falsa

2 Ex propositionibus veris tantum efficitur conclusio vera: ex falsis modo vera, modo falsa.
a Lib. 1. Poster. cap. 2.

3 Ex propositionibus veris non colligi falsam conclusionem probatur per deductionem ad impossibile: quia si conclusio non esset vera etiam propositiones non essent veræ, quas supponimus esse veras. *b* Vt propositiones conficientes syllogismum.

necesse est τὸ ϐ *c* esse: *certe* cum τὸ ϐ non est, necesse *est* τὸ α non esse.

c Vt conclusio.

Si igitur verum est τὸ α, necesse est etiam τὸ ϐ verum esse: alioqui accidet vt idem *d* simul sit & non sit quod *est* impossibile. Neque vero quia positum est τὸ α vnus terminus, suspicetur aliquis accidere, vt cum vnum quidpiam sit necessario aliquid colligatur, *hoc* enim fieri nequit. quod enim necessario colligitur, est conclusio ex quibus autem paucissimis hæc colligitur, *sunt* tres termini, duo autem interualla & propositiones. Ergo si verum est, cuicumque τὸ ϐ inest, etiam τὸ α *inesse*, & cui*cumque inest* τὸ γ, *inesse etiam* τὸ ϐ: *profecto* cui τὸ Γ *inest*, necesse *est* τὸ α inesse, neque potest hoc esse falsum: quia simul idem inesset & non inesset. Itaque τὸ α quasi vnum positum est, *cum eo significentur* duæ propositiones simul acceptæ. In priuatiuis quoque *res* similiter *se* habet. non licet enim ex veris falsum ostendere.

d α, quod supposuimus esse, & probauimus non esse.

4 Ex falsis autem verum colligi potest, & cum ambæ propositiones sunt falsæ, & cum vna. hæc autem non vtrauis: sed secunda, si totam falsam accipiamus. quod si non tota *falsa* accipiatur, *verum colligi* potest, vtrauis *falsa semper fuerit*.

4 Cõclusio semper potest esse vera. n si in Barbara vel Celarent maior propositio sit in totum falsa, & minor vera Qu: sit falsa in totum, vel ex parte, explicabitur part. 8. In sequentibus notis F significat falsum in totum f falsam ex parte: V, veram.

5 Insit enim τὸ α toti Γ, & nulli ϐ: neque τὸ Β τῷ Γ *insit*. accidit autem hoc: vt nulli lapidi animal, & lapis nulli homini. Si igitur accipiatur τὸ α *inesse* omni ϐ, ac τὸ ϐ omni γ: τὸ α omni Γ inerit. quare ex ambabus falsis vera *erit* conclusio: omnis enim homo est animal.

F F V.
5 Barbara.

6 Eadem est ratio conclusionis priuatiuæ. Pone enim nec τὸ α nec τὸ Β inesse vlli Γ, verum τὸ α *inesse* omni ϐ. vt si hisdem terminis acceptis, homo constituatur medius *terminus*: nulli enim lapidi

F F V
6 Celarent.

animal vel homo inest, omni autem homini animal. Quare si cui omni inest acceperimus nulli inesse, cui vero non inest, omni inesse: ex ambabus falsis erit conclusio vera.

FFV
7 Barbara.
FFV
Celarent.

7 Similiter ostendetur, si vtraque *propositio sit* falsa ex parte.

8 *Cum altera proposit o est in totum falsa, altera vera. si falsa sit maior, falsa est etiam conclusio: si falsa m nor, potest esse vera conclusio.*
e Maior.
f Minor
g Tota falsa vel in totum falsa dicitur quæ est contraria veræ, vt omnis homo est lapis, nullus homo est animal. Falsa ex parte appellatur, quæ est contraria falsæ, & contradicit veræ, vt omnis homo est albus, nullus homo est albus.

8 Cum autem altera *tantum propositio* falsa posita est, si prima *e* si tota falsa, vt α β, non erit conclusio vera, Sin *tota falsa sit propositio* β γ, *f* erit *vera conclusio.* Totam falsam *g* voco eam quæ est contraria veræ. vt si sumptum fuerit omni *inesse*, quod nulli inest: aut si *quod* omni *inest*, nulli *acceptum fuerit* inesse.

9 Insit enim τὸ α nulli β, ac τὸ ϐ omni γ. Si igitur propositionem ϐ γ accipiamus veram, *propositionem* autem α β totam falsam, & omni β inesse τὸ α: fieri nequit, vt conclusio vera sit: quia nulli γ inerat: siquidem cui τὸ β, *ei* nulli τὸ α *inerat*, & τὸ ϐ *inerat* omni γ.

FVF
9 Barbara.
FVF
10 Celarent.
11 Epilogus.
FVV
12 Barbara.

10 Similiter autem non *erit vera conclusio*, si τὸ α insit omni ϐ, & τὸ ϐ omni γ: & propositio ϐ γ sumatur vera: propositio autem α β, tota falsa; & nulli cui τὸ ϐ *insit*, τὸ α inesse; conclusio, *inquam*, falsa erit. omni enim γ inerit τὸ α: siquidem cuicumque τὸ ϐ *etiam* τὸ α *inerat*, τὸ ϐ vero *inerat* omni γ.

11 Perspicuum igitur *est*, cum prima *propositio* tota falsa accipitur, siue affirmet, siue neget, altera autem vera, non effici veram conclusionem.

12. Quod si non tota sumatur falsa, erit *vera conclusio*. Nam si τὸ α inest omni γ, & alicui β, ac τὸ ϐ omni γ: vt animal omni cygno, & cuidam albo, album que omni cygno: si sumptum sit τὸ α *inesse* omni ϐ, & τὸ ϐ omni ς, τὸ α omni ς vere inerit: omnis enim cygnus *est* animal.

13 Similiterque *conclusio vera erit*, si *pronunciatum* α ς sit priuatiuum: potest enim τὸ α cuidam β inesse, & nulli γ, τὸ ς autem omni γ: vt animal cuidam albo, & nulli niui, album autem omni niui. Si igitur sumptum fuerit τὸ α *inesse* nulli β, ac τὸ β omni γ: τὸ α nulli γ inerit. F V V
13 *Celarent.*

14 Quod si propositio α β sumpta fuerit tota vera, & *propositio* ς γ tota falsa: erit syllogismus verus. nihil enim prohibet quo minus τὸ α & omni β & *omni* γ, τὸ ς autem nulli γ insit: vt quæ *sunt* eiusdem generis species non subalternæ. nam animal & equo, & homini inest: equus autem nulli homini. Si igitur sumptum sit τὸ α *inesse* omni β, & τὸ β omni γ: vera erit conclusio, cum propositio β γ sit tota falsa. V F V
14 *Barbara.*

15 Similiter *res habet*, si propositio α β sit priuatiua. accidit enim, vt τὸ α insit nulli β, & nulli γ, ac τὸ β nulli γ: vt speciebus quæ *sunt* ex alio genere, aliud genus. animal namque nec musicæ, nec medicinæ inest, nec musica medicinæ. Si igitur sumptum fuerit, τὸ α *inesse* nulli β, & τὸ β omni γ: vera erit conclusio. V F V
15 *Celarent.*

16 Et si non tota falsa *sit propositio* β γ, sed ex parte: sic quoque erit conclusio vera. Nihil enim vetat, τὸ α & τῷ β & τῷ ς toti inesse, τὸ ς autem alicui γ: vt genus speciei, & differentiæ. nam animal *inest* omni homini, & omni pedestri: homo autem alicui pedestri, & non omni. Si igitur τὸ α omni β, & τὸ ς omni γ *inesse* sumptum fuerit: τὸ α omni γ inerit: quod quidem erat verum. V F V
16 *Barbara.*

17 Similis ratio *est*, si propositio α β sit priuatiua. accidit enim vt τὸ α nulli ς, & nulli γ insit, τὸ β autem *insit* alicui γ: vt genus speciei & differentiæ, quæ sunt ex alio genere. nam animal neque vlli prudentiæ inest, neque contemplatiuæ: prudentia vero inest cuidam contemplatiuæ. Si igitur sumptum fuerit, V F V
17 *Celarent.*

τὸ α nulli β, & τὸ β omni γ *inesse*: nulli γ τὸ α inerit. hoc autem verum erat. 18 In particularibus autem syllogismis, & cum prima propositio est tota falsa, altera autem vera, contingit conclusionem esse verã: & cum falsa est ex parte *propositio* α β, *propositio* autem β γ tota vera; & cum *propositio* α β *est* vera, particularis autem *est* falsa: & cum ambæ sunt falsæ.

18 *In Darii & Ferio semper potest colligi conclusio vera.*

FVV
19 *Darit.*

19 Nihil enim vetat, quo minus τὸ α insit nulli β, & cuidã γ, & τὸ β cuidã γ: vt animal nulli nivi, & cuidã albo inest, & nix cuidam albo. Si igitur nix ponatur medium: & animal *constituatur* primum: sumaturque τὸ α toti β inesse, ac τὸ β cuidam γ. *propositio* α β. erit tota falsa: *propositio* β Γ, *erit* vera: & conclusio, vera.

FVV
20 *Fer o.*

20 Similiter *dicendum est*, & si priuatiua sit propositio α β. potest enim τὸ α toti β inesse, cuidam vero Γ non inesse: τὸ β autem cuidam γ inesse, vt animal omni homini inest, & cuidam albo non est consequens: homo autem cuidam albo inest. Itaque si homo ponatur medius terminus, & sumatur τὸ α nulli β inesse, τὸ β autem cuidam γ inesse: vera erit conclusio, cũ propositio α β sit tota falsa. 21 Et si propositio α β sit falsa ex parte, cum *propositio* ϐ Γ sit vera: erit conclusio vera. nihil enim vetat, τὸ α & τῷ β & τῷ γ alicui inesse, & τὸ β alicui γ inesse: vt animal alicui pulchro, & alicui magno, & pulchrum alicui magno inesse. Si igitur sumptum fuerit τὸ α *inesse* omni ϐ & τὸ β alicui γ: propositio α β erit falsa ex parte, *propositio* autem β γ vera, & conclusio vera. 22 Similiterque si priuatiua sit propositio α ϐ. iidem enim erunt termini, & eodẽ modo positi, ad demonstrationem *conficiendam*.

FVV
21 *Darii.*

FVV
22 *Ferio.*

VFV
23 *Darii.*

23 Rursus si *propositio* α ϐ *sit* vera, & *propositio* β γ falsa: vera erit conclusio. nihil enim prohibet, quo minus τὸ α insit toti ϐ & alicui γ, & τὸ ϐ insit nulli γ: vt animal omni cygno, & cuidam nigro, cygnus autem

nulli nigro. Quare si sumptum fuerit, *inesse*, omni ϐ τῷ α & alicui γ τὸ β: vera erit conclusio, cum falsum sit *proloquium* β γ.

V F V

24 Similis *est* ratio, si priuatiua accipiatur propositio α ϐ, potest enim τὸ α nulli ϐ *inesse*, & cuidam γ non *inesse*, τὸ ϐ autem nulli γ: vt genus speciei quæ *est* ex alio genere, & ei quod accidit suis speciebus. animal enim inest nulli numero, & cuidam albo, numerus autem nulli albo. Si igitur numerus ponatur medius *terminus*: & accipiatur τὸ α *inesse* nulli β, ac τὸ β cuidam γ: τὸ α cuidam γ non inerit, quod quidem erat verum & propositio α ϐ *est* vera: propositio β γ, falsa. 24 *Ferio.*

F F V

25 Et si falsa *sit* ex parte *propositio* α β falsa autem sit, etiam *propositio* β γ: erit conclusio vera. nihil enim prohibet, quo minus τὸ α cuidam β, & cuidam γ insit, τὸ β autem nulli γ: vt si sit contrarium τὸ ϐ τῷ γ, ambo autem accidant eidem generi. animal enim cuidam albo, & cuidam nigro inest, album autem nulli nigro. Ergo si sumptum fuerit, τὸ α *inesse* omni ϐ, & τὸ ϐ alicui γ: vera erit conclusio. 25 *Darii.*

F F V

26 Itidemque si propositio α γ accipiatur priuatiua: iidem enim termini *accipientur*, & eodem modo ponentur ad demonstrationem *efficiendam*. 26 *Ferio.*

F F V

27 *Sed* & si ambæ *propositiones* sint falsæ, erit conclusio vera. potest enim τὸ α nulli β & alicui γ inesse. τὸ β autem nulli γ: vt genus speciei quæ *est* ex alio genere, & ei quod accidit suis speciebus. animal enim nulli numero, & cuidam albo inest, & numerus nulli albo. Si igitur sumptum fuerit τὸ α inesse omni ϐ, & τὸ β alicui γ: cōclusio *erit* vera: propositiones vero ambæ falsæ. 27 *Darii.*

F F V

28 Similiterque si priuatiua sit *propositio* α ϐ, nihil enim prohibet, quo minus τὸ α toti ϐ insit, cuidam vero γ non insit, & τὸ ϐ nulli γ vt animal nulli cygno *inest*, & cuidam nigro non inest, cygnus 28 *Ferio.*

autē nulli nigro. Quocirca si sūptū fuerit, τὸ α inesse nulli β, ac τὸ ϐ cuidam γ, τὸ α non inerit cuidam γ; erit igitur conclusio vera, propositiones autem falsæ.

De potestate concludendi verum ex falsis in secunda figura.

Cap. III.

Cap. III.

1 *In secunda figura sem. et conclusio vera esse potest.*

IN media vero figura omnino licet ex falsis verum concludere: siue ambæ propositiones totæ falsæ accipiantur: siue alterutra *falsa* ex parte: siue altera sit vera, altera tota falsa, vtrauis falsa ponatur: siue ambæ *sint* ex parte falsæ: siue altera *sit* vera simpliciter, altera falsa ex parte: siue altera *sit* tota falsa, altera vera ex parte, *idque* tum in vniuersalibus, tum in particularibus syllogismis. 2 Nam si τὸ α insit nulli β, & omni γ: vt animal nulli lapidi, & omni equo: propositiones autem contrario modo ponantur, & accipiatur τὸ α *inesse* omni β, ac nulli γ: ex propositionibus in totum falsis vera erit conclusio. 3 Similiterque si omni ϐ, & nulli γ insit τὸ α, quoniam erit idē syllogismus. 4 Rursus si altera *propositio sit* tota falsa, altera tota vera, nihil enim prohibet, quo minus τὸ α insit omni β, & *omni* γ, τὸ ϐ autē nulli γ: vt genus speciebus non subalternis. animal enim & omni equo, & *omni* homini *inest*: & nullus homo *est* equus. Si igitur sumptum fuerit, animal alteri omni, alteri nulli inesse: altera *propositio* tota falsa erit, altera tota vera, & conclusio vera, vtriuis adiuncta sit negatio. 5 Itē si altera *sit* falsa ex parte, altera tota vera, potest enim τὸ α cuidā β inesse, & omni γ, τὸ β autē nulli γ: vt animal cuidā albo, & omni coruo, & album nulli coruo. Si igitur sumptū fuerit, τὸ α nulli β & toti γ inesse: propositio α ϐ erit falsa ex parte, *propositio* autem α γ tota vera, & conclusio vera.

FFV
2 *Camestres.*
FFV
3 *Cesare.*
VFV.
4 *Camestres.*
FVV
Cesare.
FVV
5 *Cesare.*

6 Itidemque priuatione transposita: quia per eosdem terminos *fiet* demonstratio. VFV. 6 Camestres.

7 Item si affirmatiua propositio *sit* falsa ex parte, priuatiua autē tota vera, nihil enim vetat, τὸ α cuidam β inesse, & toti γ non inesse, ac τὸ β nulli γ: vt animal cuidam albo, & nulli pici, & album nulli pici. Quare si sumptum fuerit τὸ α toti β inesse, & nulli γ: propositio α β *erit* falsa ex parte. *propositio* autem α γ tota vera, & conclusio vera. FVV. 7 Camestres.

8 Sed & si ambæ propositiones *sint* ex parte falsæ, erit conclusio vera. potest enim τὸ α alicui β & *alicui* γ inesse, τὸ β autem nulli γ: vt animal alicui albo & alicui nigro, album autem alicui nigro. Ergo si acceptum fuerit τὸ α *inesse* omni β, & nulli γ: ambæ propositiones *erunt* falsæ ex parte, conclusio autem vera. FFV. 8 Camestres.

9 Similiter, si transponatur *propositio* priuatiua, *demōstrabitur* per eosdem terminos. FFV. 9 Cesare.

10 Perspicuum autem *est hoc fieri* etiam in particularib. syllogismis. nihil enim prohibet τὸ α omni β & cuidam γ inesse, & τὸ β cuidam γ non inesse: vt animal omni homini, & cuidam albo *inest*, homo autem cuidam albo non inest. Si igitur positū fuerit, τὸ α nulli β inesse, & alicui γ inesset, propositio vniuersalis *erit* tota falsa: particularis, vera: & conclusio, vera. FVV. 10 Festino.

11 Eadem *est* ratio, si *propositio* α β accipiatur affirmatiua. potest enim τὸ α nulli β *inesse*, & cuidam γ non inesse, & τὸ β cuidam γ non inesse: vt animal nulli inanimo, & cuidam albo non *inest*: inanimum vero cuidam albo non inest. Si igitur positum fuerit, τὸ α omni β *inesse*, & cuidam γ non inesse: propositio illa vniuersalis α β, erit tota falsa: *propositio* autem α γ, vera: & conclusio, vera. FVV. 11 Baroco.

VFV. 12 Festino. 12 Item si vniuersalis posita fuerit vera, & particularis falsa. nihil enim prohibet, τὸ α nulli β & nulli γ esse consequens, τὸ β autem cuidam γ non inesse: Vt animal nulli numero, & nulli inanimo *consequens est*. & numerus cuidam inanimo non est consequens. Si igitur positum fuerit, τὸ α nulli β, & cuidam γ *inesse*: conclusio quidem erit vera: & vniuersalis propositio, vera: particularis autem, falsa.

VFV. 13 Baroco. 13 Idem *est*, si vniuersalis *propositio* ponatur affirmatiua. potest enim τὸ α inesse toti β, & *toti* γ, τὸ β autem cuidam γ non esse consequens: vt genus speciei, & differentiæ. animal enim omni homini & omni pedestri consequens est: homo autem non omni pedestri. Quare si sumptum fuerit, τὸ α toti β inesse, & cuidam γ non inesse: *propositio* vniuersalis *erit* vera: & particularis, falsa: conclusio autem, vera.

FFV. 14 Festino. 14 Perspicuum autem *est*, etiam ex ambabus falsis veram fore conclusionem. siquidem accidit vt τὸ α toti β, & *nulli* γ insit, τὸ β autem cuidam γ non sit consequens. nam si sumptum fuerit, τὸ α nulli β & cuidam γ inesse, ambę propositiones *erunt* falsæ: conclusio autem, vera.

FFV. 15 Baroco. 15 Item si vniuersalis propositio sit attributiua: & particularis, priuatiua. potest enim τὸ α nulli β & omni γ esse consequens, τὸ β vero cuidam γ non inesse. vt animal nulli scientiæ, omni autem homini est consequens: scientia vero non omni homini. Si igitur sumptum fuerit, τὸ α toti β inesse, & cuidam γ non esse consequens: propositiones erunt falsæ: conclusio autem, vera.

De potestate concludendi verum ex falsis in tertia figura.

Cap. IV.

Cap. IV

1 *In tertia figura semper conclusio vera esse potest.*

IN postrema quoque figura concludetur verum ex falsis; cum ambæ *propositiones* sunt totæ falsæ; vel vtraque ex parte; vel altera tota vera, altera falsa, vel altera falsa ex parte, altera tota vera; vel contra: denique quotcumque aliis modis licet commutare propositiones. FFV.

2 Nihil enim prohibet, quo minus neque τὸ α neque τὸ ϐ vlli γ insit, τὸ α autem alicui ϐ insit. vt puta nec homo nec pedestre vlli inanimo cõsequẽs est: homo autem alicui pedestri inest. Si igitur sumptum fuerit, τὸ α & τὸ ϐ omni γ inesse: propositiones quidem *erunt* totæ falsæ: conclusio autẽ, vera. FFV.

2 Darapti.

3 Idem *est*, si altera *propositio* sit priuatiua, altera affirmatiua. potest enim τὸ ϐ nulli γ inesse, τὸ α autem omni, & τὸ α cuidam β non inesse: vt nigrum nulli cygno, animal vero omni *cygno*, & animal non omni nigro.

3 Felapton.

Quare si sumptum fuerit, τὸ β omni γ: & τὸ α nulli *inesse*, τὸ α cuidam ϐ non inerit: & conclusio *erit* vera: propositiones autem falsæ. 4 *Sed* & si vtraque *propositio sit* falsa ex parte, erit conclusio vera. nihil enim vetat, quo minus & τὸ α & τὸ ϐ cuidam γ insit, & τὸ α cuidam β: vt album & pulchrum cuidam animali inest, & album cuidam pulchro. Si igitur positũ fuerit, τὸ α & τὸ β omni γ inesse: propositiones quidem *erunt* ex parte falsæ: conclusio autem, vera. FVV.

4 Darapti.

5 Item si priuatiua ponatur propositio α γ. nihil enim prohibet, τὸ α cuidam γ non inesse, τὸ IVV.

5 Felapton.

autem cuidam inesse, ac τὸ α non omni ϐ inesse: vt album cuidam animali non inest, pulchrum autem cuidam inest, & album non omni pulchro. Quare si sumptam fuerit, τὸ α nulli γ, τὸ β autem omni *inesse*: ambæ propositiones *erunt* ex parte falsæ: cõclusio autem, vera.

FVV.
6 Felapton.
6 Item si altera propositio tota falsa, altera tota vera accipiatur. potest enim & τὸ α & τὸ β omni γ consequens esse, τὸ α vero cuidam γ non inesse: vt animal & album omni cygno est consequens, animal autem non omni albo inest.

Positis igitur his terminis, si sumptum fuerit τὸ β toti γ inesse, τὸ α autem toti non inesse: *propositio* ϐ γ erit tota vera: *propositio* autem α γ, tota falsa: & cõclusio vera.

VFV.
7 Felapton.
7 Item si τὸ β γ erit falsum, τὸ α γ verum. hi namque termini sumentur ad demonstrationẽ *conficiendam*, nigrum, cygnus, inanimum.

FVV.
8 Darapti.
8 Sed & si ambæ *propositiones* accipiãtur affirmatiuæ. nihil enim prohibet τὸ ϐ omni γ consequens esse, τὸ α autem toti non inesse, ac τὸ α cuidam ϐ inesse: vt omni cygno animal, nigrum autem nulli cygno, & nigrum alicui animal inest. Quare si sumptum fuerit, τὸ α & τὸ β omni γ inesse: *propositio* ϐ γ *erit* tota vera: *propositio* autem α γ, tota falsa: & conclusio, vera.

VFV.
9 Darapti.
9 Item si vera sumpta fuerit propositio α γ. *fiet* enim demonstratio per eosdem terminos.

FVV.
10 Darapti.
10 Rursus si altera sit tota vera, altera falsa ex parte. potest enim τὸ ϐ omni γ inesse, τὸ α autem alicui γ, & τὸ α alicui β: vt bipes omni homini, pulchrum autem non omni, & pulchrum alicui bipedi inest. Si igitur sumptũ fuerit, & τὸ α & τὸ ϐ toti γ inesse: *propositio* ϐ γ *erit* tota vera; propositio autem α γ, falsa ex parte: conclusio autem vera.

11 Item si *propositio* αγ sit vera, & *propositio* βγ accipiatur falsa ex parte. transpositis enim iisdem terminis, erit demonstratio. 12. Et si altera sit priuatiua, altera affirmatiua. nam quia fieri potest, vt τὸ β toti γ insit, τὸ α autem alicui *tantum*; cum *termini* ita *se* habent, non enim β *inest* τὸ α. Si igitur sumptum fuerit, τὸ β toti γ inesse, τὸ α autem nulli: *propositio* priuatiua falsa ex parte: altera, tota vera: & conclusio vera erit.

vfv 11 Darapti.

fvv 12 Felapton.

13 Rursus quia ostensum est, cum τὸ α inest nulli γ, τὸ β vero *inest* alicui, fieri vt τὸ α cuidam β non insit: perspicuum igitur *est*, etiam cum *propositio* αγ est tota vera, & *propositio* βγ falsa ex parte posse conclusionem esse veram. Nam si sumptum fuerit, τὸ α *inesse* nulli γ, τὸ β autem *inesse* omni: *propositio* αγ *erit* tota vera: *propositio* autem βγ falsa ex parte.

vfv 13 Felapton

14 Perspicuum autem *est* etiam in syllogismis particularib. omnino concludi verum ex falsis. iidem n. termini sumendi sunt, qui *sumebantur* cum propositiones erant vniuersales: *nempe* in attributiuis attributiui, in priuatinis priuatiui. nihil enim refert, vtrum cũ nulli insit accipiatur omni inesse, an cum insit alicui, sumatur vniuersaliter: *quod attinet* ad terminorum expositionem. Similis *est* non priuatiuorum.

14 In Disamis, Datisi, Brocardo, & Ferison, semper effici potest conclusio vera.

15 Apparet igitur, cum falsa est conclusio, necesse *esse* vt ea, ex quibus non *constat*, falsa sint aut omnia, aut aliqua: cum autem *conclusio*, *est* vera, non necesse *esse* vt aliquid, aut omnia vera sint: sed fieri posse, vt; cum nihil veri sit in syllogismo, conclusio similiter vera sit, non tamen necessario.

15 Valet argumentum à falsitate conclusionis ad falsitatẽ propositionum, vel propositionis: non à veritate conclusionis ad veritatem propositionum vel propositionis.

16 Causa autem *est*; quia cum duo ita inter se affecta sunt, vt si vnũ sit, necessario sit alterum; nisi hoc

16 Ratio doctrinæ in præ-

sit, neque illud erit; si sit, non necesse *est* illud esse.

17 At vero, si idem sit, & nisi sit, eandem rem necessario esse, *est* impossibile, *a* vt puta, si τὸ α sit album τὸ β esse magnum necessario; & si τὸ α non sit album, τὸ β esse magnum necessario. Cum enim si hoc est album, vt τὸ α, necesse *est* hoc esse magnum vt τὸ β; & si τὸ β sit magnum, τὸ γ non esse album, necesse *est*. si τὸ α *sit* album; τὸ γ non esse album. Et cum duobus *b* propositis, si vnum sit, necesse *est* alterum esse: certe si hoc non sit, necesse *est* primum non esse. Ergo cum τὸ β non est magnum, τὸ α non potest esse album. Quod si cum τὸ α non est album, necesse *est* τὸ β esse magnum: necessario euenit, vt si τὸ β non sit magnum, ipsum β sit magnum. (hoc autem est impossibile) nam si τὸ β non est magnum, τὸ α necessario non erit album. si igitur, cum τὸ α non est album, τὸ β erit magnum, efficitur quasi per tres *terminos*, vt si τὸ β non sit magnum, *illud ipsum* sit magnum.

sed. partic. tradita est. quia propositiones syllogistic: rationem habent antecedentis conclusio consequentis, valet autem argumentum ab euersione consequentis ad euersionem antecedentis non a positione consequentis ad positionem antecedentis.

17 Quamuis ex propositionibus falsis effici vera conclusio possit, tamen consequentia non valet a falsitate propositionum ad veritatem conclusionis, quia cum falsa est conclusio, falsæ sunt propositiones, vt nuper me probatum fuit, quare si cum propositiones sunt falsæ, conclusio est vera, syllogismo hypothetico efficitur, vt cum conclusio est falsa, ipsa conclusio sit vera quod est impossibile.

a Quoniam igitur si propositiones sunt, conclusio est. i. si propositiones sunt veræ, conclusio est vera: dici non potest, si propositiones non sunt, eandem conclusionem esse, ita vt colligatur, conclusionem esse veram, ex eo quod propositiones non sunt veræ.

b Duo sunt termini α & β: sed accipiuntur qua tres quia β omnis accipitur..

De probatione circulari seu reciproca in prima figura.

CAP. V.

CAP. V.


CIrculo autem & ex se inuicem probari, *nihil aliud* est, *quam* per conclusionem & alteram propositionem attributione inuersam *a*, concludi reliquam *propositionem* quæ accepta fuerat in altero syllogismo. 1 *Definitio cyclica probationis.*

2 Vt si probare oportebat τὸ α omni γ inesse; probauit autem per β: rursus si probet τὸ α τῷ β inesse, accipiens τὸ α inesse τῷ γ, τὸ γ autem τῷ ϐ: *ita fiet vt* etiam τὸ α *insit* τῷ ϐ: prius autem contra acceperat, τὸ ϐ inesse τῷ γ. Vel si ostendere oporteat τὸ β inesse τῷ γ: & sumat τὸ α inesse τῷ γ, quæ erat conclusio, & τὸ ϐ inesse τῷ α: prius autem sumptum è contrario fuerat τὸ α inesse τῷ β.

a Vt ex subiecto fiat attributum, & ex attributo subiectum.

2 *Exemplum probationis circularis.*

aptum ad ridendum aptum ad ridendum.



rationale homo
rationale homo

3 Aliter vero non licet mutuo probare. siue. n. aliud medium sumetur, non *probabitur* circulo; nihil enim idem accipietur. siue quid horum accipiatur: necesse *est* alterū solū *accipi*; quia si ambo sumā-

3 *Demonstratio circularis non alio quā exposito modo fit.*

tur, erit eadem concluſio, cum diuerſam eſſe oportear. 4 In iis igitur *terminis*, qui non conuertuntur, ex altera propoſitione non demonſtrata fit ſyllogiſmus: quia non licet per hos terminos demonſtrare tertium ineſſe medio, aut medium primo. In iis vero qui reciprocantur, licet omnia inuicem probare: veluti ſi τὸ α & τὸ β, & τὸ γ, inuicem conuertuntur. 5 Oſtenſum *b* enim ſit τὸ αγ per medium β; & *c* rurſus τὸ αβ per concluſionem & propoſitionem ϐγ conuerſam; item *d* τὸ ϐγ per concluſionem, & propoſitionem αϐ inuerſam. Oportet autem demonſtrare *propoſitionẽ* γβ & propoſitionem βα: his. n. ſolis non demonſtratis vſi ſumus. Si *e* igitur ſumptum fuerit, τὸ β ineſſe omni γ, & τὸ γ omni α: ſyllogiſmus erit τὸ ϐ de α; Rurſus *f* ſi ſumptum fuerit, τὸ γ *ineſſe* omni α, & τὸ α omni β: neceſſe *eſt* τὸ γ omni ϐ ineſſe. In ambobus igitur his *g* ſyllogiſmis propoſitio αγ ſumpta eſt ſine demonſtratione: aliæ namque probatæ fuerant. quare ſi hanc demonſtremus, omnes erunt ex ſe inuicem probatæ. ſi *h* igitur ſumptum fuerit, τὸ γ omni ϐ, & τὸ ϐ omni α ineſſe: ambæ propoſitiones demonſtratæ accipiuntur, & neceſſe *eſt*, τὸ γ ineſſe τῷ α.

4 *Demonſtratio circularis fit in terminis reciprocis & cõuertibilibus.*

5 *Propoſitio circularẽ demonſtrationem in Barbara conſtantem ex ſex ſyllogiſmis quia cõcluſiones conficiuntur ex tribus terminis vt* αϐα ΓϐΓ. ϐαγα Γϐ.

b Syllogiſmus primus.

c Secundus probat maiorẽ primi.

d Sextus probat minorẽ primi.


e Quintus probat maiorem ſexti.

f Tertius probat minorẽ ſecũdi.

g Quinto & tertio.

h Quartus probat maiorem tertii & minorem quinti nam eadem eſt maior tertii & minor quinti.

Perſpicuum



Perſpicuum igitur *eſt*, in iis ſolis quæ conuertuntur, circulo & ex ſe inuicem fieri poſſe demonſtrationes: in aliis autem, quemadmodum antea diximus. 10 Sed & in his k accidit, vt eo quod probatum eſt, vtamur ad demonſtrationem *conficiendam*. nam τὸ γ de ϐ, & τὸ ϐ de α *l* probatur ſumpto γ dici de α *m*. τὸ γ autem de α *n* probatur *o* per has propoſitiones *p*. itaque vtimur concluſione *ad extruendam* demõſtrationem. 7 In priuatiuis autem ſyllogiſmis ita fit mutua probatio, Inſit τὸ ϐ omni γ, τὸ α autem nulli β: concluſio *eſt* τὸ α *ineſſe* nulli γ Si igitur oporteat rurſus cõcludere τὸ α *ineſſe* nulli β, quod pridem acceperat: τὸ α inerit nulli γ, τὸ γ autem omni ϐ. ſic enim inuerſa *eſt* propoſitio *q*.

8 Quod ſi τὸ ϐ τῷ γ *ineſſe* concludendum ſit, non eſt

i Partic. 4.
16 *Idem eſt nexus ſeu circulus inter ſyllogiſmos tertium, quartum, & quintum: qui erat inter primum, ſecundum & tertium.*
k Syllogiſmis tertio, quarto & quinto.
l Hæ ſunt propoſitiones quarti.
m Hęc eſt maior tertii, & minor quinti.
n Concluſio quarti.
o Quarto ſyllogiſmo.
p γ β & ϐ α.
7 *Maior τοῦ Celarent circulo probatur in Celarent.*
q Minor.
8 *Minor τοῦ Celarent nõ probatur circulo categorice.*
r Eadem genere nõ ſpecie. manet enim negatiua proinde non poteſt inferre cõcluſionem affirmatiuam.
9 *Eadem ın nor probatur hypothetice, qu iſt circulo.*
10 *Ex dictis apparet circulum quodammodo fieri in Celarent: quia concluſio probatur per*

amplius similiter cōuertenda *propositio* α β. *est* enim eadem γ propositio, τὸ β nulli α, & τὸ α nulli β inesse.

9 Sed accipiendum *est*, cui τὸ α nulli inest, τὸ β omni inesse. insit τὸ α nulli γ: quæ quidem erat conclusio. cui vero τὸ α nulli *inest*, τὸ β accipiatur omni inesse. necesse igitur *est*, τὸ β, inesse omni γ.

10 Quare cum tria, sint *t*, vnumquodque effectum est conclusio. & circulo demonstrare, hoc est, sumptis conclusione & altera propositione inuersa, reliquam concludere.

11 In particularibus autem syllogismis, vniuersalem propositionem non licet ex aliis demonstrare, particularem vero licet.

12 Vniuersalem igitur non posse demonstrari, perspicuum *est*; quia vniuersale probatur ex vniuersalibus, conclusio autem non est vniuersalis: & probatio effici debet ex conclusione & ex altera propositione. Præterea, omnino non fit syllogismus conuersa propositione; quoniam in parte efficiuntur ambæ propositiones.

13 Particularem autem *propositionem demonstrare* licet: probatum enim sit τὸ α de aliquo γ per β. Si igitur sumatur, τὸ β *inesse* omni α, & conclusio maneat; τὸ β inerit alicui γ. sit enim prima figura, & τὸ α, medium.

14 Quod si syllogismus *sit* priuatiuus, vniuersalem propositionem non licet probare ob id quod antea *u* dictum est.

15 Particularem autem, si similiter conuertatur *pronunciatum* α β, quemadmodum in vniuersalibus *probare* non licet: verum per assumptionem *x* licet: vt, cui τὸ α cuidam non inest, τὸ β cuidam inesse. Quod si *termini* aliter habeant, non fit syllogismus, quia propositio particularis *y* est negatiua.

propositiones, atque hæ quodā modo probantur per conclusionem.

s Tria pronūciata.

t In celarent

11 *Maior τοῦ Darii, vel τοῦ Ferio non probatur circulo: minor probatur eo modo, qui posterius exponetur, id est, minor τοῦ Darii categorice, minor τοῦ Ferio hypothetice.*

12 *Ostendit maiorem τοῦ Darii vel Ferio non probari circulo.*

13 *Minor τοῦ Darii circulo probatur in Darii.*

14 *Maior τοῦ Ferio non probatur circulo,*

u Partic. 12.

15 *Minor τοῦ Ferio nō probatur circulo categorice, sed hypothetice.*

x Syllogismo hypothetico κατὰ πρόσληψιν.

y Conclusio τοῦ Ferio, quæ cōuertitur & fit minor in syllogismo cyclico ad maiorē probādam adhibito.

De probatione circulari in secunda figura.

CAP. VI.

IN secunda autem figura *pronunciatum* affirmatiuum non potest hoc modo probari: priuatiuum potest.

2 Affirmatiuum non probatur, quia non sunt ambæ propositiones affirmatiuæ: conclusio namque est priuatiua: affirmatio autem ex ambabus *propositionibus* affirmantibus probabatur.

3 *Pronunciatum* autem priuatiuum sic probatur. Insit τὸ α omni β, ac nulli γ: concludetur τὸ β *inesse* nulli γ. Si igitur sumptum fuerit τὸ β inesse omni α, & nulli γ, necesse *est* τὸ α nulli γ inesse. fit enim media figura. medium *est* τὸ β.

4 Quod si *pronunciatum* αβ sumptum fuerit priuatiuum, alterum autem attributiuum *a*: erit prima figura *b*. nam τὸ γ *inest* omni α, & τὸ β nulli γ. quare nulli α *inest* τὸ β. proinde nec τὸ α inest vlli β. medium est τὸ γ. Per conclusionem igitur & vnam propositionem non fit syllogismus *c*; assumpta autem altera propositione *d*, erit *syllogismus e*.

5 Si vero non vniuersalis sit Syllogismus, propositio quæ *est* in toto, non probatur ob eam ipsam caussam, quam & prius *f* diximus.

6 Particularis autem probatur, quando *pronunciatum* vniuersale, *est* attributiuum. Insit enim τὸ α omni β, & non omni γ: concludetur, cuidam γ τὸ β non inesse. Si igitur sumptum fuerit, τὸ β omni α, & non omni γ: τὸ α cuidam γ non inerit. medium *est* τὸ β.

CAP. VI.
1 *Regula de modis vniuersalibus secundæ figuræ.*
2 *Cur propositio affirmans non probetur circulo.*
3 *Minor τῶ Camestres circulo probatur in Camestres.*
4 *Maior τῶ Cesare quasi quodammodo probatur circulo, quatenus eius conuersa probatur in Celarent*
a Id est, si syllogismus fit in Cesare.
b Id est, syllogismus cyclicus probans maiorem τῶ Cesare extruetur in Celarent.
c Non concluditur maior τῶ Cesare.
d Hæc est conclusio τῶ Celarent quæ vocatur propositio, quatenus ex ea colligitur quod erat probandum, id est, maior τῶ Cesare.
e Probabitur maior τῶ Cesare.
5 *Syllogismorum*

particularium propositio vniuersalis non probatur circulo.
f Cap 5. partic 12
6 Minor τῦ Baroc probatur circulo in Baroco.
7 Maior τῦ Festino non probatur categorice, sed hypothetice.

7 Si vero *propositio* vniuersalis sit priuatiua, non probabitur propositio $\alpha\gamma$, conuerso *pronunciato* α β. accidit enim, vt vel ambæ, vel altera propositio sit negatiua. quare non erit syllogismus.

Sed similiter probabitur, vt in syllogismis vniuersalibus, si sumptum fuerit. cui τὸ β in parte non inest, ei τὸ α in parte inesse.

De probatione circulari in tertia figura.

Cap. VII.

Cap. VII.
1 In tertia figura non probatur circulo propositio vniuersalis.

IN tertia vero figura, quando ambæ propositiones vniuersaliter sumptę sunt, mutua & reciproca probatio locum non habet. vniuersale enim probatur ex vniuersalibus: conclusio autem quæ *est* in hac figura, semper *est* particularis. vnde perspicuum *est* omnino in hac figura propositionem vniuersalem probari non posse.

2 Propositio particularis interdum probatur vt maior τῦ Disamis: interdum non probatur vt minor τῦ Datisi.

2 Sin altera *propositio* sit vniuersalis; altera particularis: interdum licebit *mutuo confirmare*, interdum non licebit. Sane cum ambæ *propositiones* attributiuè sumptæ fuerint, & vniuersale iunctum sit minori extremo, licebit: cum autem alteri extremo, non licebit.

3 Minor τῦ Datisi non probatur circulo, sed eius conuersa probatur in Darii.

3 Insit enim τὸ α omni γ, τὸ β autem alicui: conclusio *erit* $\alpha\beta$. Si igitur sumptum fuerit, τὸ γ inesse omni α, conuersa propositione vniuersali; & τὸ α *inesse* alicui β, quæ erat conclusio: τὸ γ quidem probatum est τῷ β inesse: τὸ β autem alicui γ *inesse*, probatum non est. Atqui necesse *est*, si τὸ γ *inest* alicui β, etiam τὸ β inesse alicui γ. Sed non idem est, hoc illi inesse & illud huic. verum assumi debet, si hoc illi in parte *inest*, etiam illud huic in

parte *inesse*. Hoc autem sumpto, non efficitur amplius syllogismus ex conclusione & altera propositione. 4 Si vero τὸ β *insit* omni γ, & τὸ α alicui γ: licebit probare *probationem* α γ: cum sumptum fuerit, τὸ γ omni β inesse, & τὸ α alicui, nam si τὸ γ inest omni β, & τὸ α cuidam γ: necesse *est* τὸ α cuidam γ inesse. medium *est* τὸ β. 5 Et cum altera *propositio* est attributiua, altera priuatiua, attributiua autē est uniuersalis: probabitur altera. insit enim τὸ β omni γ: τὸ α autem cuidam non insit: concludetur τὸ α cuidam β non inesse. Si igitur assumptum fuerit, τὸ γ omni β inesse; inerat autem τὸ α non omni β. *certe* necesse *est* τὸ α cuidam γ non inesse. medium est τὸ β. 6 Cum autem priuatiua est vniuersalis, non probatur altera: nisi, vt in prioribus sumebatur, si sumptū fuerit, cui hoc non omni inest, alterū alicui inesse. vtputa si τὸ α inest nulli γ, τὸ β autem alicui: concludetur, cuidam β τὸ α non inesse. Si igitur sūptum fuerit, cui τὸ α non omni inest, τὸ γ alicui inesse: necesse *est*, τὸ γ inesse alicui β.

7 Alio modo non licet conuersa vniuersali propositione alteram cōfirmare: neutiquam enim erit syllogismus. 8 Perspicuum igitur est, in prima figura *a* probationem reciprocam fieri per primam & *per* tertiam figuram: nempe cum attributiua est conclusio, per primam: cum priuatiua, per vltimam *b*: sumitur enim, cui hoc nulli *inest*, alterum omni inesse. in media vero figura, cum syllogismus est vniuersalis *probationem fieri* per *eam* ipsam *c*, & per primam *d* figuram: cum particularis, per *eam* ipsam *e*, & per vltimam *f*: in tertia autem figura, omnes *probationes g*, per *eam* ipsam *fieri*.

9 Perspicuum *est* etiam in media & tertia figura syllogismos qui per eas ipsas nō efficiuntur, aut nō esse

4 *Maior τοῦ Disamis circulo probatur in Disamis.*

5 *Maior τοῦ Brocardo circulo probatur in Brocardo.*

6 *Minor τοῦ Ferison probatur hypotheτικῶς.*

7 *Eadē minor τοῦ Ferison nō probatur hypotheτικῶς.*

8 *Ex dictis colligit, in qua figura fiat syllogismus cyclicus.*

a Id est, cum primus syllogismus est in secunda figura.

b Id est syllogismo hypothetico, qui est similis categoricis tertiæ figuræ.

c Quia minor τοῦ Camestres probatur in Camestres.

d Quia maior τοῦ Cesare quodāmodo probatur circulo in Celarent, vt expositum est cap. 6. part. 4.

e Quia minor τοῦ Baroco probatur in Baroco.

secundum circularem probationem, aut *esse* imperfectos.

De conuersione syllogismorum in prima figura.

CAP. VIII.

CONuertere autem est transposita conclusione efficere syllogismũ, *quo colligatur* aut *maius* extremum medio nõ inesse, aut hoc *medium* postremo. necesse enim *est* conclusione conuersa, & altera propositione manente, reliqua tolli: nam si *illa quoque propositio* erit, etiam conclusio erit.

2 Interest autem, vtrum opposite an contrarie conuertatur conclusio: quia non fit idem syllogismus ea vtrouis modo conuersa. hoc autem planum fiet ex sequentibus. Dico opponi, Omni, &, Non Omni: item, Alicui, & Nulli. contraria *voco*, Omni, &, Nulli: item Alicui, & Non alicui inesse.

3 Sit enim probatum τὸ α de γ per medium β. Si igitur sumptum fuerit, τὸ α inesse nulli γ, & omni β: *certe* nulli γ inerit τὸ β. Et si sumptum sit, τὸ α *inesse* nulli γ, τὸ β autem omni γ: *concludetur* τὸ α non omni β *inesse*, non omnino nulli; quia non probabatur vniuersale per tertiam figuram. Et omnino propositionem quæ maiori extremo iuncta est, non licet euertere vniuersaliter per conuersionem: quia semper euertitur per tertiam figuram. necesse *est* enim, vt ad minus extremum ambæ propositiones sumantur.

Cap. VIII. f Quia minor τῶ Festino probatur syllogismo hypothetico, qui similis est syllogismis categoricis tertiæ figuræ. g Vere circulares nam minor τῶ Darii non probatur vero circulo in Darii, sed quasi circulo, cum in Darii probatur eius conuersa. 9 *Ex antea expositis colligit, cum syllogismi in secunda vel tertia figura, propositio in alia figura probatur, vel non esse probationẽ circularem, vel esse imperfectã. Ratio est, quia hic syllogismus qui in alia figura sit, immediate colligit conuersam propositionis probandæ: vnde ipsa propositio per conuersionẽ colligetur quare non fit hoc modo circulus cum noua quædam propositio adhibeatur* g *conuersa propositionis probandæ, vt expositum est c. 6. par. 4. & c. 7. p. 3. Quod si omissa illa conuersa, statim inferatur ea propositio quæ probãdæ at syllogismus quidem cyclicus est, sed imperfectus.* 1 *Definitio conuersionis.* 2 *Diuidit conuersionem: quia conclusio conuertitur vel in propositionem oppositam, i. contradicentem. vel in contrariam, i. contrariam proprie dictam, aut subcontrariam.* 3 *Per contrariã conuersionem maior* τῶ *Barbara euertitur contradictorie in Felapton; minor contrarie in Camestres.*

4 Itidem *fiet*, si syllogismus sit priuatiuus. Ostensum enim sit τὸ α nulli γ inesse, per β. Ergo si sumptum fuerit, τὸ α omni γ, & nulli β inesse: nulli γ τὸ β inerit. Quod si τὸ α & τὸ β *insint* omni γ τὸ α *inerit*: alicui β atqui nulli inerat.

5 Si vero opposite conuertatur conclusio: etiam alij syllogismi, oppositi, non vniuersales erunt: quoniam altera propositio fit particularis: proinde etiam conclusio erit particularis.

6 Sit enim syllogismus attributiuus, atque ita conuertatur. Ergo si τὸ α non omni γ, & omni β *inest*: τὸ β non omni γ *inerit*. Et si τὸ α non omni γ, τὸ β autem omni *inest*: τὸ α non β *inerit*.

7 Similiter *fiet*, si syllogismus sit priuatiuus. Nam si τὸ α insit alicui γ & nulli β: τὸ β alicui γ non inerit: non simpliciter nulli. Et si τὸ α alicui γ; τὸ β autem omni *insit*, vt initio sumptum fuit: τὸ α inerit alicui β.

8 In syllogismis autem particularibus, vbi opposite conuertitur conclusio, tolluntur ambæ propositiones, vbi contrarie, neutra. non enim amplius fit, quemadmodum in vniuersalibus, vt euertatur deficiente *a* conclusione, dum conuertitur: immo omnino euerti non potest. 9 Ostensum n. sit τὸ α de aliquo γ. Ergo si sumptum fuerit τὸ α inesse nulli γ. τὸ β autem alicui γ: τὸ α cuidam β non inerit. Et si τὸ α nulli γ, omni autem β *insit*, nulli γ τὸ β *inerit*. Quare euertuntur ambæ *propositiones*.

10 Si vero contrarie conuertatur *conclusio*, neutra *propositio euertitur*. Nam si τὸ α cuidam γ non inest, omni autem β *inest*: τὸ β cuidam γ non inerit. sed nondum euersum est, quod ab initio *fuit propositum*: quia potest alicui inesse, & alicui non inesse. Vniuersalis autem propositionis α β omnino non fit syllo-

4 Per contrariam conuersionem maior τοῦ Celarent euertitur contradictorie in Darapti, minor contrarie in Cesare.
5 Per contradictoriam conuersionem contradictorie euertuntur propositiones τοῦ Barbara & τοῦ Celarent.
6 Per contradictoriam conuersionem contradictorie euertitur maior τοῦ Barbara in Brocordo minor in Baroco. *7 Per contradictoriam conuersionem contradictorie euertitur maior τοῦ Celarent in Disamis minor in Festino.*
8 Propositiones τοῦ Darii & τοῦ Ferio per conuersionem contradictoriã euertuntur. per contrariam non euertuntur.
a Deficere dicitur, quia ex vniuersali fit particularis.
9 Per conuersionem contradictoriam contradictorie euertitur maior, τοῦ Darii in Ferison, minor in Camestres 10 Per conuersionem contrariam propositiones τοῦ Darii non euertuntur.

11 Per conuersionem contradictoriam contradictoriè euertitur maior τῦ Ferio in Datisi, minor in Cesare. Per cōuersionem contrariam neutra propositio euertitur.

gismus. nam si τὸ β alicui γ non inest, & τὸ ϐ alicui inest: neutra propositio *est* vniuersalis.

11 Similiter *fiet*, si syllogismus sit priuatius. nam si sumptum fuerit τὸ α omni γ inesse, tolluntur ambæ *propositiones*. si alicui, neutra. demonstratio vero *est* eadem.

Cap. IX.

1 Maior propositio τῦ Cesare vel τῦ Camestres non potest euerti cōtrarie, minoris autē euersio similis est conuersioni: quia per conuersionem contrariam euertitur contrarie, per cōtradictoriam contradictoriè.

2 Per conuersionem contrariam maior τῦ Camestres euertitur contradictorie in Felapton, minor cōtrarie in Barbara.

De conuersione syllogismorum in secunda figura.

Cap. IX.

IN secunda autem figura propositionem maiori extremo iunctam non licet euertere contrariè, vtrouis modo conuersio fiat. semper enim erit conclusio in tertia figura, in qua non erat syllogismus vniuersalis. alteram vero propositionem euertemus eo modo, quo conuersio facta fuerit: nempe, si contrarie facta sit cōuersio, *euertetur* contrario modo: si opposité, opposito.

2 Insit enim τὸ α omni β: nulli autem γ: conclusio est ϐγ. Si igitur sumptum fuerit, τὸ β omni γ inesse, & *pronunciatum* αϐ maneat: τὸ α omni γ inerit. fit enim prima figura. Quod si τὸ ϐ *insit* omni γ, τὸ α vero nulli γ: τὸ α non omni ϐ inerit. figura est vltima.

3 Per cōuersionem cōtradictoriam euertitur contradictoriè maior τῦ Camestres in Ferison minor in Darii.

3 Si vero opposite conuertatur *conclusio* ϐγ: *propositio* αϐ simili modo ostendetur: *propositio* autem αγ opposite. Nam si τὸ ϐ *insit* cuidam ς, τὸ α autem nulli ς: τὸ α cuidam β non inerit. Rursus si τὸ β *insit* alicui ς, τὸ α autem omni ϐ: τὸ α *inerit* alicui ς. itaque opposito modo fit syllogismus.

4 Similiter etiam probabitur, ſi vice verſa ſe habeant propoſitiones.

5 Si vero ſyllogiſmus ſit in parte: contrarie conuerſa concluſione, neutra propoſitio euertitur, quemadmodum nec in prima figura *euertebatur*: oppoſite *conuerſa*, ambæ *euertuntur*.

6 Ponatur enim τὸ α ineſſe nulli β & alicui γ: concluſio *eſt* β γ. Si igitur poſitum fuerit τὸ β cuidam γ ineſſe, & *pronunciatum* α β maneat: concluſio erit, τὸ α cuidã γ nõ ineſſe: ſed nõ euertitur, quod ab initio *propoſitum fuit*: quia poteſt alicui ineſſe, & non ineſſe. Rurſus ſi τὸ β inſit alicui γ, & τὸ α alicui γ: non erit ſyllogiſmus: quia neutrum ex *pronunciatis* acceptis *eſt* vniuerſale. quare non euertitur *pronunciatum* α β.

7 Quod ſi oppoſite couertatur, tolluntur ambæ *propoſitiones*. Nam ſi τὸ β *ineſt* omni γ, τὸ α autem nulli β: nulli γ *inerit* τὸ α, alicui tamen *inerat*. Rurſus ſi τὸ β *ineſt* omni γ, τὸ α autem alicui Γ: inerit alicui β τὸ α.

8 Eadem erit demonſtratio, & ſi *pronunciatum* vniuerſale ſit attributiuum.

De conuerſione ſyllogiſmorum in tertia figura.

CAP. X.

IN tertia vero figura, quando contrarie conuertitur concluſio, neutra cuiuſuis ſyllogiſmi propoſitio euertitur. quando oppoſitè, ambæ *euertuntur*, & in omnibus *ſyllogiſmis*.

2 Oſtenſum enim ſit τὸ α cuidam β ineſſe: & medium ſumptum ſit τὸ γ: ſintque propoſitiones vniuerſales. Ergo ſi ſumptum fuerit, τὸ α cuidam β non ineſſe, τὸ β autem omni γ *ineſſe*: non ſit ſyllogiſ-

4 Per cõuerſionem contrariam maior τοῦ Ceſare contradictorie euertitur in Darapti, minor contrarie in Celarent. Per conuerſionem autem cõtradictoriam euertitur cõtradictoriè maior in Datiſi, minor in Ferio.

5 Propoſitiones τοῦ Feſtino & τοῦ Baroco euertũtur per cõuerſionem contradictoriam, non per contrariam.

6 Per conuerſionem contrariam propoſitiones τοῦ Feſtino non euertuntur.

7 Per cõuerſionem contradictoriam euertitur contradictorie maior τοῦ Feſtino in Diſamis, minor in Celarent.

8 Per conuerſionem contrariam propoſitiones τοῦ Baroco non euertuntur. Per contradictoriam euertuntur contradictorie maior in Brocardo, minor in Barbara.

CAP. X.

1 Per conuerſionem contrariam neutra, per contradictoriam vtraque propoſitio euertitur.

2 Per conuerſionem contrariam propoſitiones τοῦ Darapti non euertuntur.

mus τὸ α de γ. Item si τὸ α cuidam β non insit, omni autem γ insit: non erit syllogismus τὸ β de γ. 3 Similiter ostendetur, & si propositiones non vniuersales *sint*. aut enim necesse est ambas esse particulares per conuersionem, aut vniuersale iungi minori extremo: si vero non erat syllogismus, nec in prima figura, nec in media.

4 Quod si opposite conuertantur propositiones, euertuntur ambæ. 5 Nam si τὸ α *insit* nulli β, & τὸ β omni γ: τὸ α *inerit* nulli γ. Rursus si τὸ α *insit* nulli β, & omni γ: τὸ β *inerit* nulli γ. 6 Itidem *fit*, & si altera propositio non vniuersalis *sit*. Nam si τὸ α nulli β, & τὸ β cuidam γ *insit*: τὸ α cuidam γ non inerit. Si vero τὸ α nulli β, & omni γ *insit*: nulli γ τὸ β *inerit*. 7 Similiter *fiet*, si syllogismus sit priuatiuus. Ostensum n. sit τὸ α cuidam β non inesse, sitque attributiuum *pronunciatum* β γ: negatiuum, α γ. sic enim efficiebatur syllogismus. cum igitur *pronunciatum* conclusioni contrarium sumptum fuerit, non erit syllogismus. Nam si τὸ α *insit* alicui β, τὸ β autem omni γ: non erat syllogismus τοῦ α de β. Item si τὸ α *insit* alicui β, nulli autem γ: non erat syllogismus τὸ β de γ. Quare non euertuntur propositiones. 8 Cum autem oppositum *sumptum fuerit propositiones* euertuntur. Nã si τὸ α omni β & τὸ β omni γ *insit*: τὸ α omni γ *inerit*. sed nulli inerat. Rursus si τὸ α omni β nulli autẽ γ *insit*, τὸ β nulli γ inerit. sed omni inerat. 9 Similiter ostẽditur, & si non vniuersales sint propositiones: quia τὸ α β sit vniuersale, & priuatiuũ: alterũ vero *pronunciatũ*, in parte & attributiuũ. Si igitur τὸ α omni β, τὸ β autem alicui γ: τὸ α alicui γ accidit. sed nulli inerat. Rursus si τὸ α omni β, nulli autem γ *insit*: τὸ β nulli γ *inerit*. positum autem fuerat *inesse* alicui.

3 Per cõuersionem contrariam propositiones τοῦ Disamis vel τοῦ Datesi nõ euertuntur.

4 Per conuersionem contradictoriam vtraque propositiones euertũtur.

5 Per conuersionem contradictoriam euertitur contrariè maior τοῦ Celarent in Celarent, minor in Cesare.

6 Per conuersionem contradictoriam euertitur contradictorie maior τοῦ Darii in Ferio, minor in Cesare. Adde ita euerti maiorem τοῦ Disamis in Celarent, minorem in Festino.

7 Per cõuersionem contrariam propositiones τοῦ Felapton non euertũtur.

8 Per conuersionem contradictoriam euertitur contrarie maior τοῦ Felapton in Barbara, minor in Camestres.

9 Per conuersionem contradictoriam euertitur contradictorie maior τοῦ Ferison in Darii, minor in Camestres. Adde ita euerti maiorem τοῦ Brocardo in Barbara, minorem in Baroco.

10 Si vero τὸ α *insit* alicui β, & τὸ β alicui γ: non fit syllogismus. Quod si τὸ α *insit* alicui β, nulli autem γ: ne sic quidem erit *syllogismus*. Quocirca illo modo euertuntur, hoc non euertuntur propositiones.


10 Per conuersionem contrariã propositiones τῦ Ferison ... euertuntur. Adde similiter non euerti propositiones τῦ Brocardo.

11 Ex dictis igitur constat, quomodo conuersa conclusione in singulis figuris fiat syllogismus.

11 Epilogus.

12 Et quando *probetur* contrarium propositioni, quando oppositum. 13 *Apparet* etiam, in prima figura per mediam & *per* postremam effici syllogismos: & *propositionem* quidem minori extremo iunctam, semper euerti per mediam *figuram*: eam vero, quæ maiori extremo iuncta est, per postremam. In secunda autem figura per primam & *per* postremã & *propositionem* quidem iunctam minori extremo, semper *euerti* per primam figuram: iunctam vero maiori extremo, per vltimam. In tertia vero *figura*, per primam, & per mediam, & iunctam quidem maiori extremo, semper *euerti* per primam: iunctã autem minori, semper per mediam.

12 Epilogus.
13 In alia figura est syllogismus primus in alia euertitur maior, in alia euertitur minor, vt in contextu explicatur.



14 Quid igitur sit conuertere, & quomodo in singulis figuris, & quis efficiatur syllogismus, perspicuum *est*.

14 Epilogus.

De deductione ad impoſsibile in prima figura.

CAP. XI.

CAP. XI.

1 Per definitionem & per collationem cũ conuerſione docet quid ſit deductio ad impoſsibile, & quomodo fiat.

a Non cõcluſionis impoſſibilis ad quã deducitur: ſed cõcluſionis principalis quæ eſt probanda.

b Oppoſitum concluſioni, ad quem deducitur.

c In conuerſione & in deductione ad impoſſibile.

PEr impoſſibile autem fit ſyllogiſmus, cum ponitur contradictio concluſionis *a*, & aſſumitur alia propoſitio. Fit autem in omnibus figuris: ſimilis enim eſt conuerſioni: ſed eo differt: quod conuertitur facto ſyllogiſmo, & ſumptis ambabus propoſitionibus: deducitur autem ad impoſſibile, cum oppoſitum *b* eſſe verum, non ante cõceſſum, ſed *ex ſe* manifeſtum eſt. Termini autem ſimiliter habent in ambobus *c*, eademq; eſt amborum ſumptio. Vtputa cum τὸ α omni β ineſt, medium autem *eſt* τὸ γ: ſi ſuppoſitum fuerit τὸ α aut non omni, aut nulli β ineſſe; omni autẽ γ ineſſe, quod quidẽ erat verũ: neceſſe *eſt*, τὸ γ aut nulli, aut nõ omni β ineſſe. hoc vero *eſt* impoſſibile. quare falſum *eſt*, quod ſuppoſitum fuit. oppoſitum igitur *eſt* verum. Similiter *fit* etiam in aliis figuris. quæcumque enim conuerſionem recipiunt, etiam ſyllogiſmum qui per impoſſibile *extruitur recipiunt*.

2 Omnia problemata probantur per impoſsibile in omnib. figuris. Excipitur vniuerſale affirmans, quod non probatur in prima figura: vt oſtenditur in ſequentibus particulis.

2 Omnia igitur alia problemata probantur per impoſſibile in omnibus figuris. vniuerſale autem attributiuum in media quidẽ & *in* tertia *figura* probatur: in prima vero non probatur.

3 Primo ſi ſumatur hypotheſis problemati cõtradicens.

3 Supponatur enim τὸ α nõ omni aut nulli β ineſſe, & ab vtrauis parte aſſumatur altera propoſitio: *id eſt*, ſiue omni α ineſſe τὸ γ, ſiue τὸ β omni δ. ſic enim fuerit prima figura. Si igitur ſupponatur non omni β ineſſe τὸ α: non fit ſyllogiſmus, ab vtrauis parte accipiatur propoſitio.

4 Sin nulli: sane cum *propositio* β δ assumpta fuerit, concludetur falsum, non tamen probabitur propositum. Nam si τὸ α nulli β, τὸ β autem omni δ *insit*: τὸ α nulli δ *inerit*. hoc autem sit impossibile. falsum igitur *est* illud, nulli β τὸ α inesse. Sed si nulli *inesse est* falsum: non *continuo*, omni *inesse*, *est* verum.

5 Si vero assumatur *propositio* γ α, non fit syllogismus. Vt neque tunc, cum suppositum fuerit, non omni β inesse τὸ α.

6 Quare perspicuum *est*, omni inesse, non probari in prima figura per impossibile.

7 Alicui vero, & nulli, & nō omni inesse probatur.

8 Supponatur enim τὸ α nulli β inesse: τὸ β autem sumatur omni, aut alicui γ inesse. ergo necesse *est* τὸ α non omni aut nulli γ inesse, hoc autem *est* impossibile. sit enim hoc verum & manifestum, omni γ inesse τὸ α. quare si hoc *est* falsum, necesse est τὸ α alicui β inesse.

9 Quod si iuxta α sumpta fuerit altera propositio, non erit syllogismus. 10. Neque cum suppositum fuerit contrarium conclusioni, vt alicui non inesse. Apparet igitur, oppositum supponendum esse.

11. Rursus supponatur τὸ α cuidam β inesse: sumatur autem, τὸ γ *inesse* omni α: necesse igitur est τὸ γ cuidam β inesse. hoc autem esto impossibile. quare falsum *est*, quod suppositum fuit: atque ita verum *est* nulli inesse.

12 Similiter *fiet*, si priuatiuum sumptum fuerit *pronunciatum* γ α.

13 Quod si propositio sumpta sit iuxta β, non erit syllogismus.

14 Sin contrarium suppositum fuerit: syllogismus quidem erit, & probabitur impossibile: non tamen

4 Secundo si hypothesis sit propositio maior contraria problemati.

5 Tertio si hypothesis sit propositio minor contraria problemati.

6 Conclusio.

7 Reliqua problemata, prater vniuersale affirmans, probantur in prima figura.

8 Particulare affirmans primo probatur ex falsitate maioris contradicentis in Celarent aut Ferio.

9 Secundo non probatur ex falsitate minoris contradicentis, quia modus est inutilis.

10 Tertio non probatur ex falsitate hypotheseos contrariae, quia similiter modus est inutilis.

11 Vniuersale negans primo ponatur ex falsitate minoris contradicentis in Darii.

12 Secundo probatur ex falsitate minoris contradicentis in Ferio.

13 Tertio non probatur ex falsitate maioris contradicentis, quia modus est inutilis. 14 Quarto non probatur ex falsitate hypothesis contrariae. 15 Siue ea hypothesis sumatur in Barbara pro minore propositione.

probatur *quod* propositum *fuit*. 15 Supponatur enim omni β τὸ α inesse : & τὸ γ sumptum sit *inesse* omni α, necesse igitur *est*, τὸ γ omni β inesse. hoc autem *est* impossibile. itaque falsum *est*, omni β τὸ α inesse : at non continuo necesse *est*, si non omni *insit* nulli inesse. 16 Similiter *fiet*, & si ad β sumpta fuerit altera propositio. erit enim syllogismus, & *probabitur* impossibile: non tamen tollitur hypothesis. quocirca oppositum supponendum *est* 17 Vt autem probetur non omni β inesse τὸ α, supponendum *est* omni inesse. Nam si τὸ α *inest* omni β, & τὸ γ omni α; τὸ γ *inerit* omni β. quare si hoc *est* impossibile, falsum *est*, quod suppositum fuit.

16 Siue pro maiore.

17 Particulare negans primo probatur ex falsitate minoris contradicentis in Barbara.

18 Secundo probatur ex falsitate maioris contradicentis in Barbara.

18. Similiter fiet. & si ad β sumpta fuerit altera propositi .

19 Tertio probatur ex falsitate minoris contradicentis in Celarent.

19 Itidemque si *pronunciatum* Γ α sit priuatiuum, nam sic quoque fit syllogismus.

20 Quarto non probatur ex falsitate maioris contradicentis in modo inutili A. E.

20 Quod si τῷ β iungatur *pronunciatum* priuatiuum, nihil ostenditur.

21 Quinto non probatur ex falsitate minoris contrariæ in Darii.

21 Si vero non fuerit suppositum omni inesse, sed alicui: non probatur non omni *inesse*, sed nulli. Nam si τὸ α *insit* alicui β, τὸ γ vero omni α : τὸ γ inerit alicui β. si igitur hoc *est* impossibile : falsum *est*, alicui β inesse τὸ α, itaque verum *est* nulli *inesse*. hoc autem probato simul tollitur, *quod* verum *est*: quia τὸ α cuidam β inerat, cuidam non inerat. Præterea non propter hypothesim accidit impossibile. falsa enim esset: siquidem ex veris non potest falsum concludi, sed modo est vera: inest enim τὸ α cuidam β. Quare non est supponendum inesse alicui, sed Omni. 22 Similiter *fiet*, & si τὸ α cuidam β non inesse probemus. nam si idem *est*, cuidam non inesse, & nō omni inesse: eadem *est* amborum demonstratio.

22 Problema Cuidam non inesse, non differt à problemate Nō omni inesse.

23 Apparet igitur, non contrarium, sed oppositum supponendum *esse* in omnibus syllogismis. sic enim erit *concludendi* necessitas, & *locum habebit* axioma illud probabile. quia si de quouis affirmatio aut negatio *vera est*: cum probatum sit non esse *veram* negationem, necesse *est* affirmationem veram esse rursus nisi ponat veram esse affirmationem, probabile *est* admittendam esse negationem. contrarium autē neutro modo sub axioma cadit. neque enim si falsum *est* nulli *inesse*, necesse *est* vt verum *sit* omni *inesse*: nec *est* probabile, si alterum *sit* falsum, alterum esse verum.

23 Ex dictis colligit & ratione confirmat in deductione ad impossibile sumendam esse hypothesim contradicentem, non contrariam problemati.

24 Perspicuum igitur *est*, alia omnia problemata per impossibile probari in prima figura, vniuersale autem affirmatiuum non probari.

24 Item colligit omnia problemata probari per impossibile in prima figura excepta vniuersali affirmante.

De deductione ad impossibile in secunda figura.

CAP. XII.

CAP. XII.

IN media vero, & in vltima *figura* hoc quoque probatur. Supponatur enim τὸ α non omni β inesse:& sumatur omni γ inesse τὸ α. ergo si non omni β & omni γ inest τὸ α, non omni β *inest* τὸ γ. hoc autem *est* impossibile. sit enim manifestum, omni β inesse τὸ γ. quare falsum *est quod* suppositum *fuit*. verum *est* igitur omni inesse.

1 Problema vniuersale affirmās primo probatur ex falsitate minoris contradicentis in Baroco.

2 Quod si contrarium suppositum fuerit: syllogismus quidem erit, & impossibile *probabitur*: non tamen confirmatur propositum. Nam si τὸ α nulli β omni autem γ *insit*: nulli β *inerit* τὸ γ. Hoc autem *est* impossibile, quare falsum *est* nulli inesse, sed non si hoc est falsum, omni *inesse est* verum.

2 Secundo non probatur ex falsitate minoris contrariæ in Camestres.

3 Quando autem alicui β inest τὸ α: supponatur

3 Vniuersale affirmans primo probatur

τὸ α nulli β inesse: omni autem γ insit. Necesse igitur *est* τὸ γ nulli β *inesse*. quare, si hoc *est* impossibile, necesse *est* τὸ α alicui β inesse.

4 Si vero suppositum fuerit, alicui non inesse: eadē erunt *a*, quæ in prima figura.

5 Iterum supponatur, τὸ α cuidam β inesse, τῷ γ autem nulli inesse: necesse *est* igitur τὸ γ cuidam β non inesse. sed omni inerat. quare falsum *est*, quod suppositum *fuit*. nulli igitur β τὸ α inerit.

6 Cum vero non omni β *inest* τὸ α: supponatur omni inesse, nulli autem γ, necesse *est* igitur τὸ γ nulli β inesse. hoc autem *est* impossibile. quare verum *est*, non omni inesse.

7 Apparet igitur, omnes syllogismos fieri per mediam figuram.

ex falsitate minoris contradicentis in Camestres.
4 Secundo non probatur ex falsitate minoris contrariæ in Baroco.
a Vide cap. præced. partic. 21.
5 Vniuersale negans probatur ex falsitate minoris contradicentis in Festino.
6 Particulare negans probatur ex falsitate minoris contradicentis in Cesare.
7 Ex dictis colligit omnes syllogismos fieri, id est omnia problemata per impossibile probari in hac secunda figura.

De deductione ad impossibile in tertia figura.

CAP. XIII.

Cap. XIII.
1 Vniuersale affirmans primo probatur ex falsitate maioris contradicentis in Brocardo.
2 Secundo non probatur ex falsitate maioris contrariæ in Felapton.
3 Particulare affirmans probatur ex falsitate maioris contradicentis in Felapton.

Similiter *concludetur* etiam per tertiam *figuram*. Ponatur enim τὸ α cuidam β non inesse, τὸ γ autem omni *inesse*. ergo τὸ α cuidam non inerit. si igitur hoc *est* impossibile: falsum *est*, alicui non inesse. itaque verum est, omni inesse.

2 Si vero supponatur nulli inesse: syllogismus quidem erit, & impossibile *probabitur*: sed non confirmatur propositum. nam si contrarium supponatur, eadem erunt quæ in superioribus.

3 Sed ad *concludendum* alicui inesse, hæc hypothesis sumenda *est*. nam si τὸ α nulli β, τὸ γ autem alicui β *insit*: τὸ α non omni γ inerit. si igitur hoc est falsum: verum *est*, τὸ α alicui β inesse.

4 Cùm

4 Cum autem nulli β inest τὸ α: supponatur alicui inesse: sed & τὸ γ omni β inesse accipiatur. necesse igitur *est*, τὸ α alicui γ inesse. at nulli inerat. quare falsum *est*, alicui β τὸ α inesse. 5 Quod si supponatur omni β inesse τὸ α, non probatur propositum.
6 Sed ad *concludendum* non omni inesse, hæc hypothesis sumenda *est*. nam si τὸ α *inest* omni β, & τὸ γ cuidam β, τὸ α inest cuidam γ. hoc autem non erat, quare falsum est, omni inesse. proinde verum *est*, non omni inesse. 7 Quod si supponatur cuidam inesse: eadem erunt, quæ in prædictis.
8 Perspicuum igitur *est*, in omnibus syllogismis, qui per impossibile *extruuntur*, supponendum esse *quod est* oppositum *e*. 9 Constat etiam, in media figura probari aliquo modo *f problema* affirmatiuum, & in postrema vniuersale.

4 Vniuersale negans primo probatur ex falsi.ate maioris cotradicentis in D.famis. 5 Secundo non probatur ex falsitate maioris contrarie in Dar.ptis vel Datisi. 6 Particulare negans primo probatur ex falsitate maioris cõtradicentis in Datisi. 7 Secundo non probatur ex falsitate hypotheseos cõtrariæ. 8 Ex dictis primo colligit, in omni deductione ad impossibile sumendã esse hypothesim cõtradicentem problemati. e Id est, quod contradicit problemati demõstrãdo.

Collatio probationis ducentis ad incommodum, & ostensiuæ.

CAP. XIV.

9 Secundo colligit affirmationem probari in secunda figura, & vniuersale in tertia.

IAm vero demonstratio *ducens* ad impossibile, differt ab ostensiua: quia ponit quod vult euertere, ducens ad confessum mendacium: ostensiua autem initium sumit à concessis positionibus. accipiunt igitur ambę duas propositiones concessas: sed altera *a sumitur* ex quibus *fit* syllogismus *b*: altera *c* vero vnam harum, & contradictionem conclusionis *d*. 2 Item in altera non *est* necesse notam esse cõclusionem, nec prius sumi *eam* esse, vel non *esse*; in altera vero necesse *est*, *prius sumi eam* non esse.

f Per deductionem ad impossibile non categorice.

1 Tam in syllogismo ducente ad impossibile, quam in categorico summuntur duæ propositiones; sed in hoc ambæ sumuntur vt veræ, in illo altera ponitur vt vera, altera tanquam falsa. a Categorica siue ostensiua. *b* Per quas directo probatur problema. *c* Ducens ad impossibile. *d* Id est, problematis demonstrandi, non conclusionis impossibilis. *2 Initio categorici syllogismi conclusio est ignota, ad impossibile ducentis est manifeste falsa.*

Nihil autem refert: vtrum conclusio sit affirmatio, an negatio: sed similiter res *se* habebit in ambabus. 3 Quicquid autem ostensiue concluditur, etiam per impossibile probabitur: & quod per impossibile, ostensiue: & per eosdem terminos, non tamen in iisdem figuris. 4 Cum enim syllogismus fit in prima figura: verum erit aut in media, aut in vltima, priuatiuum in media, attributiuum in vltima. cum autem syllogismus est in media figura: verum *erit* in prima figura, idque in omnibus problematis. cum autem in postrema *est* syllogismus: verum erit in prima, & media: nempe affirmantia in prima, negantia in media.

3 Omne problema probatur vtroq; modo per eosdem terminos sed in diuersis figuris.

4 Declarat diuersitatem figurarum cuius breuiter facta est mentio in praeced. partic.

5 Probatum enim sit τὸ α nulli aut non omni β *inesse*, per primam figuram. Ergo hypothesis erat, alicui β inesse τὸ α; τὸ γ autem sumebatur omni quidem α inesse, nulli autem β. sic enim efficiebatur syllogismus, & impossibile. haec autem *est* media figura, si τὸ γ omni α, & nulli β inest. & ex his apparet, nulli β inesse τὸ α.

e
5 Darii resoluitur in Camestres.

6 Similiter *fiet*, si probatum fuerit non omni inesse. nam hypothesis est, omni inesse. τὸ γ vero sumebatur *inesse* omni α. & non omni β.

e
6 Barbara resoluitur in Baroco.

7 Itidemque si priuatiuum accipiatur *pronuntiatum* γα. nam sic quoque fit media figura.

e
7 Ferio resoluitur in Cesare.
o
& Celarent in Festino.

8 Rursus probatum sit alicui β inesse τὸ α, ergo hypothesis *est*, nulli inesse. τὸ β autem sumebatur omni γ inesse: ac τὸ α vel omni, vel alicui γ. sic enim *conclusum* erit impossibile. haec autem *est* vltima figura, si τὸ α & τὸ β *insint* omni γ. atque ex his perspicuum *fit*, necesse *esse*, vt τὸ α cuidam β insit.

i
8 Celarent resoluitur in Darapti.
i
9 Ferio resoluitur in Disisi.
i
& Celarent in Disamis.

9 Similiter *fiet*, & si alicui γ sumptum fuerit inesse τὸ β, aut τὸ α.

10 Rursus in media figura probatum sit τὸ α omni β

a
10 Baroco resoluitur in Barbara.

inesse. ergo hypothesis erat, non omni β τὸ α inesse: sumptum autem fuit, τὸ α *inesse* omni γ, & τὸ γ omni β. sic enim efficietur impossibile. atque hæc *est* prima figura, si τὸ α *insit* omni γ, & τὸ γ omni β.

11 Similiter *fiet*, & si alicui probatum sit inesse. nam hypothesis erat, nulli ϛ τὸ α inesse: sumptum autem fuit, τὸ α *inesse* omni γ, & τὸ γ cuidam ϛ.

11 Camestres resoluitur in Darii.

12 Si vero syllogismus *sit* priuatiuus, hypothesis *erat*, τὸ α cuidam ϛ inesse; sumptum autem fuit & τὸ α nulli γ, & τὸ γ omni β *inesse*. itaque fit prima figura.

12 Festino resoluitur in Celarent.

13 Eadem *est* ratio, si non vniuersalis *sit* syllogismus, sed τὸ α cuidam β probatum sit non inesse. nam hypothesis *erat*, omni β τὸ α inesse: sumptum autem fuit, τὸ α *inesse* nulli γ, & τὸ γ alicui ϛ. sic enim efficitur prima figura.

13 Cesare resoluitur in Ferio.

14 Rursus in tertia figura probatum sit τὸ α omni ϛ inesse. ergo hypothesis erat, non omni ϛ τὸ α inesse: sumptum autem fuerat τὸ γ *inesse* omni ϛ, & τὸ α omni γ. sic enim *conclusum* erit impossibile. hæc autem *est* prima figura.

14 Brocardo resoluitur in Barbara.

15 Ferison resoluitur in Darii.

15 Eadem *est* ratio, si in aliquo fuerit demonstratio. nam hypothesis erit, nulli β τὸ α inesse; sumptum autem est τὸ γ inesse alicui ϛ, & τὸ α omni γ.

16 Disamis resoluitur in Cesare.

16 Quod si priuatiuus *sit* syllogismus: hypothesis *est* τὸ α cuidam ϛ inesse. sumptum autem est, τὸ γ inesse nulli α, & omni ϛ. hæc autem *est* media figura.

17 Datisi resoluitur in Festino.

18 Corollarium.

17 Similiter *fiet*, & si non vniuersalis sit demonstratio, hypothesis enim erit, omni ϛ τὸ α inesse: sumptum est autem, τὸ γ *inesse* nulli α, & alicui ϛ. hæc autem est media figura. 18 Perspicuum igitur *est*, per eosdem terminos & ostensiue posse probari singula problemata, & per impossibile. 19 Similiter autem licebit, cum syllogismi sint ostensiui, ad impossibile ducere in iis terminis qui sumpti fuerint,

19 Hactenus docuit resolutionem syllogismorum ducentium ad impossibile in syllogismos categoricos: nunc docet hos ad illos deduci per conuersionem de qua dictum fuit supra cap. 8. 9. & 10.

si propositio sumpta fuerit conclusioni opposita. efficiuntur enim iidem syllogismi, atque sunt qui per conuersionem fiunt, quamobrem continuo habemus etiam figuras per quas concludentur singula problemata.

20 Conclusio.

20 Constat igitur, omne problema probari vtroque modo, *id est*, & per impossibile, & ostensiue: nec posse alterum *modum* ab altero separari.

1 Proponit agendum de ratiocinatione ex oppositis.

De ratione concludendi ex oppositis.

CAP. XV.

2 Declarat quatuor propositionum oppositarũ genera: quarum aliæ sunt contradicentes, nempe omni & non omni, nulli & alicui: aliæ re vera contrariæ id est, omni & non omni: aliæ verbo tenus cõtrariæ nimirũ alicui, & non omni.

CAP. XV.

IN qua autem figura liceat ex oppositis propositionibus ratiocinari, in qua non liceat, sic erit manifestum.

2 Dico autem oppositas propositiones esse secundum dictionem quatuor; nempe, omni, nulli: & omni, non omni: & alicui, nulli: & alicui, non alicui. re vera tres: quoniam alicui, & non alicui, secundum dictionem tantum opponuntur. Ex his autem contrarias *voco eas* quæ *sunt* vniuersales, id est, omni & nulli inesse: vt, omnem scientiam esse honestam, nullam scientiam esse honestam. alias vero *appello* oppositas.

3 In prima figura non fit syllogismus ex oppositis.

3 In prima igitur figura non est ex oppositis propositionibus syllogismus, neque affirmatiuus, neque negatiuus. affirmatiuus quidem: quia propositiones ambas oportet esse affirmatiuas, oppositæ autem *sunt* affirmatio & negatio. priuatiuus autem: quia oppositæ idem de eodem affirmant & negant: quod vero *est* in prima figura medium, non dicitur de ambobus *extremis*: sed aliud *a* de eo negatur, ipsum autem alii *b* attribuitur: hæ vero *pro-*

a Id est, maius extremũ.
b Minori extremo.

positiones non opponuntur.

CAP. XVI.

4 At in media figura & ex oppositis & ex contrariis potest fieri syllogismus.

4 In secunda figura fit syllogismus ex contrariis, vel contradicentibus.

5 Sit enim bonum vbi α, sciẽtia, vbi β, & γ. Si igitur omnẽ scientiam honestã *esse* sumpserit, & nullam *quoque*; τὸ α inest omni β, & nulli γ. quare τὸ β *inerit* nulli γ; nulla igitur scientia est scientia.

5 Cam est res ex contrariis, cuius conclusio implicat contrarietatem.

6 Similiter *fiet*: & si, cum acceperit omnem esse honestam, *postea* medicinam non *esse* honestam sumpserit. nam τὸ α *inest* omni β, & nulli γ. quare quædam scientia non erit scientia.

6 Camestres inferens contradictionem.

7 Item si τὸ α *inest* omni γ; & nulli β, est autem τὸ β, scientia: τὸ γ medicina: τὸ α, existimatio. Cum enim acceperit nullam scientiam *esse* existimationem, sumpsit aliquam sciẽtiam *esse* existimationem. Differt autem *hic modus* à superiori ob conuersionem in terminis factam: quoniam antea τῷ β, nunc vero τῷ γ iungitur affirmatio.

7 Cesare inferens contradictionem.

8 Itidem *fiet*, si non vniuersalis *sit* altera propositio. semper enim medium est, quod de altero dicitur negatiue, de altero affirmatiue.

8 Festino, & Baroco ex contradicentibus inferens contradictionem.

9 Quapropter accidit vt opposita concludantur: non tamen semper, nec omnino: sed si ita *se* habeant quæ *sunt* sub medio, vt vel eadem sint, vel *vnum ad alterum referatur*, *vt* totum ad partem. alioquin *id* fieri nequit: nullo enim modo erunt propositiones contrariæ, nec oppositæ *c*.

9 Syllogismus ex oppositis in secunda figura tum demum fit, cum maius & minus extremum sunt vnus & idem terminus, vt in partic. 5. aut alterum sub altero cõtinetur, vt in part. 6. & 7.

c Contradicentes

CA. XVII.

10 In tertia vero figura affirmatiuus syllogismus numquam erit ex oppositis propositionib. ob caussam in prima figura expositam. Negatiuus autem erit, siue termini sint vniuersaliter, siue non vniuersaliter *accepti*.

10 In tertia figura fit syllogismus ex oppositis, negatiuus non affirmatiuus.

11 Sit enim scientia vbi β, & γ medicina, vbi α: Si igitur acceperit omnem medicinam *esse* scientiam, &

11 Felapton ex contrariis inferens contradictionem.

nullam medicinam *esse* scientiam: τὸ β omni α, ac τὸ γ nulli *inesse* sumpsit. quare quędam scientia non erit scientia.

12 Similiter *fiet*, & si non vniuersalis sumpta fuerit propositio α β. Nam si quædam medicina *est* scientia, rursusque nulla medicina *est* scientia: accidit vt quædam scientia non sit scientia. 13 Sunt autē propositiones, terminis vniuersaliter acceptis, contrariæ: si vero alter sit in parte oppositæ. 14 Iam vero intelligendū est, sic posse opposita sumi, vt diximus, omnem scientiam esse honestam, & rursus nullam *esse*, aut aliquā non *esse* honestam: quod quidē latere non solet posse etiam per alias interrogationes alterū concludi *d*, vel, vt in Topicis *e* dictū est, sumi *f*. 15 Cum autem affirmationum tres sint oppositiones; sex modis accidit accipi opposita. vel omni & nulli, vel omni & non omni, vel alicui & nulli. idque in terminis cōuertere licet. verbi gratia τὸ α potest inesse omni β & nulli γ: vel omni γ, & nulli β: vel alteri omni, alteri non omni. & hoc rursus secundū terminos conuertere licet. Similiter fit etiam in tertia figura. Quare perspicuum *est*, quot modis, & in quibus figuris accidit per oppositas propositiones fieri syllogismum. 16 Perspicuum autem *est*, etiam ex falsis verum cōcludi posse, quemadmodū antea *g* dictum fuit: ex oppositis autem nō posse. semper enim fit syllogismus rei contrarius: vt si est bonum cōcluditur non esse bonū: aut, si est animal, non *esse* animal: quoniā ex contradictione syllogismus constat: & subiecti termini aut sunt iidem: aut alter *est* totum, alter *est* pars. 17 Constat etiam in vitiosis

11 Brocardo ex contradicentib. inferens contradictionem.

13 In modis syllogismorum vniuersalibus propositiones sunt contrariæ, in particularibus contradicentes.

14 Propositiones oppositæ sumuntur, vel simul & eodem modo, vt in superioribus exempl.: vel quia vna concessa, altera probatur. vel quia vtraque conceditur per oblitionem

d Cum alterū aduersarius sponte concesserit.

e Lib. 8. ca. 1.

f Id est, inter duas propositiones oppositas interiicere multas alias, atque ita efficere, vt aduersarius oblitus se vnam cōcessisse, tandē & alteram concedat

15 Oppositæ propositiones sumuntur sex modis, AE, EA, AO, OA, IE, EI. Primo modo fit syllogismus in Camestres, secundo in Cesare aut Felapton, tertio in Baroco, quarto in Brocardo, sexto in Festino, aut Ferison, quintus est ἀσυλλόγιστος. 16 Licet ex falsis verum concludi possit, tamen ex oppositis suis per falsum concluditur. *g* Cap. 2. 3. 4. *17 Syllogismus ex oppositis fieri potest etiam hypothetice.*

h ratiocinationibus nihil prohibere quo minus efficiatur ſuppoſitionis contradictio: vt, ſi eſt impar, non eſſe impar; quoniam ex oppoſitis propoſitionibus ſyllogiſmus erat contrarius *i* ſi igitur tales ſumpſerit, erit contradictio ſuppoſitionis. 18. Iam intelligi debet, ita non poſſe contraria concludi ex vno ſyllogiſmo, vt concluſio ſit, quod non eſt bonum, *eſſe* bonum, aut aliud quippiam eiuſmodi, niſi *x* ſtatim talis propoſitio ſumpta fuerit, veluti, Omne animal eſſe album & non album, hominem autem *eſſe* animal, ſed vel oportet præſumere contradictionem, (vt omnem ſcientiam *eſſe* exiſtimationem, & non *eſſe* exiſtimationem, poſtea ſumere *ex eo quod omnis* medicina eſt ſcientia, nulla autem *eſt* exiſtimatio: quomodo elenchi fiunt *m*) vel *n concludendum eſt* ex duobus ſyllogiſmis. Vt autem ſecundum veritatem contraria ſint quæ ſumpta fuerunt, *o* alio modo quam hoc *p* fieri non poteſt, quemadmodum antea dictum fuit.

h Quæ fiunt ex oppoſitis. *i* Implicans contrarietatem 18 *Hucuſque egit de concluſione in qua idem negatur de ſe ipſo: nunc tres modos proponit concludendi contraria de eodem.* *x* Primus modus eſt, cũ in maiori propoſitione attribuũtur eidem contraria. *l* Secundus modus eſt cũ duorum contrariorum alterum ſupponitur, mox alterum probatur. *m* Nam elenchus definitur ſyllogiſmus contradictionis: quippe qui probat oppoſitum ei quod conceſſum fuit *n* Tertius modus eſt, cum vnum contrarium probatur vno ſyllogiſmo, alterum altero. *o* Sint propoſitiones contrariæ. *p* Quo vna ponitur affirmans, altera negans.

DE VITIIS ET IMBECILLITATIBVS SYLLOGISMORVM.

Tractatus II.

De petitione quæsiti.

C. XVIII.
1 *Genus petitionis quæsiti, est non demonstrare propositũ.*
2 *Multis modis fit vt propositũ non demonstretur: sed tunc dicitur petitio quæsitum, cum quis id quod per se demonstrari non potest, conatur per se demonstrare.*
3 *Petitio quæsiti multis modis diuiditur. Primo aut statim fit, veluti lineæ sunt parallelæ, ergo sũt parallelæ: aut per trãsitionem ad alia, veluti, anguli interni & externi, ab eadem parte sumpti sunt æquales: ergo lineæ sunt parallelæ in angulos illos esse æquales ex eo probatur, quod lineæ sunt parallelæ.*

CAP. XVI.

1 Petere & sumere quod ab initio *quæsitum fuit*, vt eius genus accipiam, in *eo positum* est, quod *vocatur* non demõstrare propositum.

2 Hoc autem accidit multis modis: nempe siue omnino non concludatur, siue per ignotiora vel æque ignota, siue prius per posteriora. Demonstratio namque ex credibilioribus & prioribus constat. Horum igitur *modorum* nullus est petitio quæsiti ab initio *propositi.* Sed quia natura comparatum est, vt quædam per se, nonnulla per alia cognoscantur: (nam principia per se: quæ vero sub principiis *continentur*, per alia *cognoscuntur*) cum id quod per se cognosci non potest, conatur quis per se demonstrare: tunc petit quod ab initio *propositum fuit.*

3 Hoc autem ita fieri potest, vt statim postuletur propositum: accidit etiam, vt transeuntes ad alia quædam, quæ per illud probari comparata sunt natura, per hæc demonstremus quod ab initio *fuit quæsitum.* Vt si τὸ α demonstretur per β, ac τὸ β per γ: τὸ γ vero natura comparatum sit probari per α. accidit enim, vt ipsum α per se ipsum probetur ab iis quæ ita ratiocinantur, quod quidem faciunt, qui *lineas* parallelas se describere putant. non enim intelligũt

ſe talia ſumere quæ demonſtrari nequeāt, niſi ſint parallelæ. Quare iis, qui ita ratiocinantur, accidit vt dicant ſingula eſſe ſi ea ipſa ſint. ſic autem omnia per ſe cognoſci poterunt: quod *eſt* impoſſibile.

4 Si quis igitur; cum ignotum ſit τὸ α ineſſe τῷ γ, ſimiliterque τὸ α ineſſe τῷ β; petat ſibi *concedi* τῷ β ineſſe τὸ α: nondum conſtat an petat, quod ab initio *quæſitum fuit*: ſed cōſtat eum non demonſtrare. quia quod *eſt* æque ignotum, non eſt principium demōſtrationis. Si vero τὸ β ita ſe habet ad γ, vt idem ſint, vel conſtat *hæc* conuerti, aut ineſt alterum alteri: petit, quod *quæſitum eſt* in principio. nam & τῷ β τὸ α ineſſe per ea probare poterit, ſi conuertuntur: nunc vero hoc prohibet: non modus. ſin hoc faciat; quod dictum eſt, fecerit, ac quaſi per tres terminos fit conuerſio. 5 Itidem ſi accipiat τὸ β ineſſe τῷ γ cum ſit æque ignotum, ac ſi *acciperet* τὸ α ineſſe τῷ γ: nondum petit quod ab initio *quæſitū*, ſed non demonſtrat. Quod ſi idem ſit τὸ α & τὸ β, vel conuertantur, vel τὸ α conſequens ſit τῷ β, petit quod initio quæſiuit, ob eandē cauſam. Quod enim valeat *petere* quod ab initio *quæſitum fuit*, antea dictum eſt à nobis: nē pe, demonſtrare per ſe, quod non *eſt* per ſe manifeſtum.

6 Si igitur nihil aliud eſt petere quod ab initio *fuit quæſitum*, quam per ſe probare quod non *eſt* per ſe manifeſtum: hoc autem eſt non probare, cum ita probatur, vt æque ignota ſint quod monſtratur, & id per quod monſtratur, aut quia eadem eidem *a*, aut quia idem eiſdem *b* ineſſe accipitur: in media fi-

4 Secundo aut petitur quæſitum in prima, aut in ſecunda, aut in tertia figura. Quod ad primā figuram attinet quæſitū petitur, vel in maiore, vel in minore propoſitione. Cum in maiore petitur, termini minoris propoſitionis vel idem ſignificant, vt veſtimentum & indumentum: vel reciprocatur, vt homo & aptum ad ridendum, vel alter ſub altero continetur, vt homo ſub animali.

5 Cum in minore quæſitum petitur, ſim liter termini maioris propoſitionis aut idem ſignificant, aut reciprocantur, aut alter ſub altero continetur:

6 Similiter quæſitū petitur in ſecunda, vel tertia figura.

a Eadem eidē in prima figura attribuuntur, vt, cū petitur quæſitum in minore propoſitione: quia idem ſunt termini maioris. ergo maius extremum & medium ſunt idem: hæc autem attribuuntur eidem minori extremo: ſi quidem minus extremum in minori propoſitione ſubiicitur medio, & in concluſione ſubiicitur maiori extremo. *b* Idem attribuitur iiſdem in prima figura, cum quæſitum petitur in maiore propoſitione: quia termini minoris propoſitionis

gura & in tertia vtroque modo *c* poteſt ſimiliter peti quod ab initio *fuit quæſitum*.

7 Verum in attributiuo ſyllogiſmo *quæſitum petitur* in tertia & prima figura dumtaxat. Negatiue autem petitur, cum eadem *abſint* ab eodem, *d* neque *eſt* eadem ratio ambarum propoſitionum, *e* (itidem *ſe res habet* & in media figura) quia termini *f* non conuertuntur *g* in negatiuis ſyllogiſmis.

8 Iam vero quod eſt in principio, petitur in demõſtrationibus *cum petuntur. quæ* reuera ita ſe habent: in *ſyllogiſmis* autem dialecticis *cum ea petuntur* quæ ſecundum hominum opinionem *ita ſe habere videntur*.

De reprehenſione ſyllogiſmi, qua dicitur, falſum propter hoc non accidere.

CAP. XVII.

AT non propter hoc accidere falſum, (quod ſæpe in diſputationibus dicere ſoliti ſumus) primum repetitur in ſyllogiſmis ducentibus ad impoſſibile, cum *quis* contradicit *ei* quod alius probauit deductione ad impoſſibile, neque enim qui non contradixit, dicet illud, Non propter hoc, ſed falſum quidpiam eſſe *contendet* ex iis quæ prius poſita ſunt: neque in *probatione* oſtenſiua, quia non ponit contradictionem. Prӕterea cum euerſum quidpiam

ſunt idem, id eſt, medium, & minus extremum. quare idem maius attribuitur iiſdem, id eſt, medio in maiori propoſitione & minori in concluſione. *e* In ſecunda figura attribuuntur eadem eidem, in tertia idẽ eiſdem.

7 Tertio quæſitum petitur vel in ſyllogiſmo affirmatiuo, vel in negatiuo.

CAP. XIX.

d In ſyllogiſmis negatiuis quæſitum negatiue petitur: quia eadem negantur de eodem, vel (quod idem valet, quia vniuerſalis negatio conuertitur) idẽ negatur de iiſdem.

e Quæſitum non petitur in propoſitione affirmante ſyllogiſmi negantis, ſed tantum in propoſitione negante. *f* Subaudi, propoſitionis negantis. *g* Non ſolum non poſſunt eſſe vnum & idem, ſed ne quidem poſſunt eſſe termini reciproci & conuertibiles, ſed ſunt à ſe inuicem abiuncti, ſi quidem negatio vera eſt.

8 Quarto quæſitum petitur, vel ſecundum veritatem in demonſtratione, vel ſecundum opinionem in ſyllogiſmo dialectico.

** Non propter hypotheſim falſum euenit cum ea ſublata nihilominus falſum colligitur ex reliquis propoſitionibus.*

fuerit oſtenſiue per α β γ: dici non poteſt non propter hoc quod poſitum eſt, factum eſſe ſyllogiſmum. Nam illud, non propter hoc fieri, tunc dicimus, cum hoc ſublato nihilominus perficitur ſyllogiſmus, quod quidem non eſt in oſtenſiuis: quia poſitione ſublata, non erit amplius ſyllogiſmus *ille* qui ad eam *pertinebat*. Perſpicuum igitur *eſt*, inducentibus ad impoſſibile dici illud, non propter hoc: cum ſcilicet, hypotheſis ab initio ſumpta ita *ſe* habet, ad impoſſibile; vt ſiue ea ſit, ſiue non ſit, nihilominus accidat impoſſibile.

2 Eſt igitur maxime conſpicuus modus, quo non propter hypotheſim eſt falſum, cum ſyllogiſmus ex mediis ad impoſſibile *ducentibus effectus* ab hypotheſi eſt ſeparatus, quemadmodum & in Topicis *a* dictum eſt. hoc enim eſt, non cauſam pro cauſa ponere. Vt ſi volens probare dimetientem non habere communem menſuram, conetur Zenonis orationem probare, id eſt, non eſſe motum, ducatque ad hoc impoſſibile. falſum enim *quod concluſum eſt*, nullo prorſus modo cohæret ei quod ab initio *dictum fuit*.

3 Alius modus *eſt*. ſi cohæreat quidem impoſſibile hypotheſi, non tamen propter illam accidat. hoc enim fieri poteſt, ſiue ſurſum, ſiue deorſum verſus *b* cohærentia accipiatur.

4 Vt ſi τὸ α τῷ β ponatur ineſſe. & τὸ β τῷ γ, & τὸ γ τῷ δ: hoc autem falſum ſit τὸ β τῷ δ ineſſe, nam ſi dempto α, nihilominus ineſt τὸ β τῷ γ, & τὸ γ τῷ δ: non colligetur falſum ex hypotheſi initio ſumpta.

5 Aut rurſus ſi quis ſurſum verſus accipiat cohærentiam. Vt ſi τὸ α inſit τῷ β, & τῷ α τὸ ε, & τῷ ε τὸ ζ: falſum autem ſit ineſſe τῷ α τὸ ζ. Nam ſic quoque nihilominus efficietur impoſſibile

2 Duobus modis accidit, vt falſa concluſio non colligatur ex hypotheſi. Prim⁹ mod⁹ eſt, cum hypotheſis eſt omnino ſeiũcta à ſyllogiſmo.

a Elenchor. cap 5. partic. 9 Nam liber quoque Elenchor. cõtinetur Topicorũ appellatione

3 Secũdus modus eſt cũ hypotheſis cohæret ſyllogiſmo id eſt maiori vel minori propoſitioni.

b ſurſũ verſus cohærẽtia ſumitur, cũ propoſitiones ex quib. falſa cõcluſio infertur, ſũt ſupra hypotheſim, adeo vt hypotheſis collocetur poſt minorẽ. Deorſum autem verſus, cum hypotheſis primum locum obtinet, & propoſitiones ſunt ſub hypotheſi.

4 Dat Exemplum cohærentia deorſum verſus.

5 Addit exemplum cohærentiæ ſurſum verſus.

ablata hypotheſi initio *accepta*.

6 Sed oportet impoſſibile coniungere cum terminis ab initio *ſumptis*, ſic enim erit propter hypotheſim.

7 Vt deorſum verſus accepta cohærentia, *coniungi debet c* cum termino attributo *d*. nam ſi impoſſibile eſt, τὸ α τῷ δ ineſſe: ablato α non erit amplius falſum illud. 8 Surſum autem verſus accepta *cohærentia, coniungi debet cum termino* ſubiecto. Nam ſi τῷ β non poteſt τὸ ζ ineſſe: dempto β, non erit amplius illud impoſſibile. 9 Similis *eſt* ratio ſyllogiſmorum priuantium. 10 Perſpicuum igitur *eſt*, niſi impoſſibile coniungatur cum terminis ab initio acceptis, non propter poſitionem falſum accidere.

11 An-nè ſic quidem ſemper propter hypotheſim erit falſum? Nam ſi τὸ α ponatur ineſſe, non τῷ β, ſed τῷ κ, & τὸ κ τῷ γ. atque hoc τῷ δ: ſic quoque manet *ipſum* impoſſibile. Similiterque ſurſum verſus acceptis terminis. Cum igitur impoſſibile accidat, ſiue hoc ſit, ſiue non ſit: non erit propter poſitionem.

12 Aut ſi hoc non ſit; nihilominus effici falſum; non ita accipi debet, quaſi alio poſito accidat impoſſibile: ſed cum hoc ablato, per reliquas propoſitiones concluditur idem impoſſibile. quando quidem nihil fortaſſe abſurdi *eſt*, ſi falſum concludatur per multas hypotheſes; veluti lineas parallelas concurrere, ſiue maior ſit *angulus* inter-

6 Tunc falſa concluſio propter hypotheſim euenit, cum ea concluſio cōnectitur cum hypotheſi: non ſufficit enim connecti cum hypotheſi maiorem, vel minorem propoſitionem, niſi etiā concluſio cum ea coniūgatur. Hoc autem accidit duobus modis.

7 Primus modus eſt cum cohærentia ſumitur deorſum verſus, id eſt, cum attributū hypotheſeos attribuitur in concluſione.

c Subaudi, cōcluſio.

d Cum attributo ipſius hypotheſis.

8 Secundus modus eſt cum accipitur cohærentia deorſum verſus, id eſt, cū ſubiectum hypotheſeos ſubiicitur in concluſione. 9 Cum dederit exempla ſyllogiſmorum affirmantium, monet eandem eſſe rationem negantium. 10 *Concluſio.* 11 *Contra datam doctrinam obiicit: quia etiam ſi concluſio connectatur cum hypotheſi, tamen non videtur ex hypotheſi colligi, ſi vera eſt definitio tradita in 1 part. quandoquidem ea hypotheſi dēpta poteſt eadem concluſio ex alia hypotheſi inferri 12 Soluit obiectionem per hanc diſtinctionem: quia cum dempta hypotheſi nihil minus eadem falſa concluſio efficitur tunc vel efficitur ex reliquis propoſitionibus illi hypotheſi adiūctis vel ex noua hypotheſi. illo modo non propter hypotheſin, hoc vero modo propter hypotheſin efficitur falſa concluſio.*

nus externo, siue triangulus plures duobus rectis *angulos* habeat.

De falsa ratione.

CAP. XVIII.

FAlsa autem ratio efficitur ob *id quod* primũ falsum *est*, aut enim ex duabus propositionibus, aut plurib. constat omnis syllogismus. Si igitur ex duabus constet: harum alteram, vel ambas necesse *est* falsas esse: ex veris namque non erat *a* falsus syllogismus sin ex pluribus *constet*, velut τὸ γ *probetur* per αϛ, hæc autem per δε, ζη: horum superiorum *b* quippiam falsum *est*. & propter hoc ratio *est falsa*. nam τὸ α & τὸ ϛ per ea concluditur. itaque propter eorum quippiam efficitur conclusio & falsum.

CAP. XX. 1 *Falsitas in conclusione est propter falsitatem quæ est in syllogismo, id est, propter falsitatem propositionum, vel propositionis.*

a Vide cap. 2. partic. 2. & 3. & cap. 4. par. 15.

b Harum propositionum ex quibus prosyllogismi constant

De impediendo catasyllogismo, id est, ne contra nos syllogismo concludatur.

CAP. XIX.

VT autem contra nos syllogismo non concludatur, obseruare debemus, cum sine conclusionibus rationem *aduersarius* rogat, nè bis concedatur idem in propositionibus: quoniam scimus sine medio non effici syllogismum; medium vero est, quod sæpius dicitur. 2 Quomodo autem ad quamque conclusionem medium obseruare oporteat, perspicuum *est* ex eo quod scimus quænam in quaq; figura probetur. hæc autem nos nõ latebit: quia scimus, quomodo sustineamus disputationem. 3 Quod vero iussimus respondentes

1 *Nisi concedãtur duæ propositiones habentes eundem terminum, non potest fieri catasyllogismus.*

2 *Nisi concessæ propositiones referantur ad figurã, in qua problema concludi potest, nõ fiet catasyllogismus.*

3 *Occultatio valet ad catasyllogismum extruendum.*

4 Occultationis tria sunt præcepta. Primũ vt omittantur conclusiones prosyllogismorum, quæ sunt propositiones syllogismi principatis.

cauere : *id* vt lateat, conentur efficere qui argumẽtantur. 4 Quod fiet, primum, si prosyllogismis non concludant, sed sumptis *propositionib.* necessariis *conclusiones prosyllogismorum* lateant. 5 Preterea si quis non proxima roget, sed quamplurima media. Vtputa concludendum sit τὸ α de ζ : media vero sint τὸ β γ δ ε. oportet igitur rogare, an τὸ α *insit* τῷ β : & rursus, non an τὸ β *insit* τὸ γ, sed an τὸ δ τῷ ε : deinde an τὸ β τῷ γ : atque ita reliqua.

5 Secundum ; vt, cum adhibetur syllogismus compositus, ordo propositionum turbetur.

6 Tertium, vt si adhibeatur syllogismus simplex ordo terminorum turbetur.

6 Et si per vnum medium fiat syllogismus, à medio incipere oportet : sic enim maxime poterit latere respondentem.

De impediendo elencho. CAP. XX.

a Elenchus est species catasyllogismi, id est, syllogismus id concludẽs, quod in eadem disputatione aduersarius negauit.

1 Non fit elenchus, nisi fiat syllogismus.

2 Elenchus fit ex duabus propositionibus affirmantibus, vel ex altera affirmante, altera negante.

3 Ex duabus propositionibus negantibus non fit elenchus.

4 Ex duabus propositionibus particularibus non fit elenchus.

Quia vero habemus, quando, & quomodo se habentibus terminis fit syllogismus : perspicuum etiam *est*, quando erit, & quando non erit elenchus.

2 Omnibus enim concessis, aut responsionibus vice versa positis, (vt puta altera affirmante, altera negante) potest fieri elenchus. erat enim syllogismus tam hoc quam illo modo *se* habentibus terminis. quare si quod positum est, fit contrarium conclusioni; necesse *est* fieri elenchum : quoniam elenchus *est* syllogismus contradictionis. 3. Quod si nihil cõcedatur, impossibile *est* fieri elenchum. non enim erat syllogismus, cum omnes termini sunt priuatiui : quare nec elenchus. etenim si *fit* elenchus, necesse *est* esse syllogismum. si vero fit syllogismus, non necesse *est* esse elenchum.

4 Item *dicendum est*, si nihil per responsionem positum fuerit *quod sit* in toto : quoniam elenchi & syllogismi eadem est ratio.

De deceptione.

CAP. XXI.

INterdum accidit, vt, quemadmodum in terminorum positione decipimur *a* : *ita* etiam in existimatione fiat deceptio. Vt si contingat idem *b* pluribus *c* primum inesse, & alterum quis ignoret, putetque nulli inesse, alterum sciat. Insit enim per se τὸ α τῷ β, & τῷ γ : itidemque hæc omni δ. si *quis* igitur putet τὸ α inesse omni β, & hoc omni δ; τὸ α autem nulli γ, & hoc omni δ. eiusdem *d* secundum idẽ *e* habebit scientiam *f* & ignorantiam.

2 Rursus si quis decipiatur circa ea quæ *sunt* ex eadem serie *g*. vt si τὸ α inest τῷ β, hoc autem τῷ γ, & τὸ γ τῷ δ : existimat autem τὸ α omni β inesse, & rursus nulli γ. simul enim sciet *h*, & non existimabit inesse *i*. 3 An igitur ex his nihil aliud censet, quam, quod scit, id *se* non existimare? nam τὸ α τῷ γ inesse. quodammodo scit per β. sicut particulare *noscitur cognitione* vniuersali. Quocirca quod quodammodo scit, hoc omnino censet *se* non existimare, quod quidẽ *est* impossibile. 4 In eo vero quod antea k dictum est, si medium non *sit* ex eadem serie *l*, secundum vtrumque mediũ ambas propositiones non accidit *quempiã* existimare. veluti, si τὸ α insit omni β, & nulli γ, ambo autẽ hæc omni δ. *sic* enim cõtingit, vt prima propositio accipiatur contraria vel simpliciter, vel

CAP. XXI.
1 *Deceptionis varia sunt genera. Primum genus est, & eorum alterum male accipitur ita vt maior propositio sit falsa.*
a Vide lib. 1. cap. 33.
b Maius extremum.
c Quæ accipiuntur pro mediis terminis in diuersis syllogismis.
d Minoris extremi δ.
e Maius extremum α.
f Per medium β recte acceptum.
g Per mediũ γ male acceptum.
2 *Secundum genus est, cum duo sunt media subalterna, & alterum eorum male accipitur, ita vt maior propositio sit falsa.*

h Per medium β sciet τὸ α inesse τῷ δ. *i* Per medium γ male acceptum putabit τὸ α non inesse τῷ δ. 3 *Secunda deceptio non potest ita accidere, vt quis simul sumat vtrumque syllogismum, id est, docentem & decipientem.*

4 *Similiter non potest accidere prima deceptio vtrisque syllogismis simul sumptis.*

k Partic. 1. *l* Si media non sint subalterna.

ex parte. *m*. nam si cuicumque τὸ β inest, existimat τὸ α inesse; nouit autem τὸ β τῷ δ *inesse*: etiam nouit τὸ α τῷ δ *inesse*, si igitur rursus, cui τὸ γ *inest*, nulli putat τὸ α inesse: alicui sane, cui τὸ β inest, non putat τὸ α inesse, qui autem omni inesse putat, cui τὸ β *inest*, *eum* rursus putare alicui non inesse cui τὸ β inest, aut simpliciter aut ex parte contrarium est. Sic igitur non contingit existimare. 5 At secundum vtrumque *medium* vnam propositionẽ, aut secundum alterum ambas *existimare*, nihil vetat: veluti τὸ α *inesse* omni β, & τὸ β τῷ δ: rursusque τὸ α nulli γ. 6 Hæc enim deceptio similis *est* ei, qua decipimur circa particularia. vt puta si omni β τὸ α inest, ac τὸ β omni γ: τὸ α omni γ inerit. Si quis igitur nouit τὸ α *illi* omni *inesse* cui τὸ β inest, nouit etiam *inesse* τῷ γ. sed nihil prohibet, quo minus ignoret τὸ γ esse. Veluti si τὸ α *sint* duo *anguli* recti: vbi β, triangulus: vbi γ, sensibilis triangulus. Potest. n. quispiam existimare non esse τὸ γ, sciens omnem triangulum habere duos rectos. quare simul cognoscet & ignorabit eãdem rem. Nosse enim omnem triangulum habere duos rectos, non est *quid* simplex: sed ita dicitur, vel quia scientia vniuersalis habetur, vel quia particularis. Sic igitur *cognitione* vniuersali nouit τὸ γ habere duos rectos: particulari autem non nouit. Quare non habebit *scientiam & deceptionem* contrarias. 7 Similiter *se habet* ratio *scripta* in Menone, quod scientia *sit* reminiscentia. numquam enim accidit vt singulare præsciatur: sed dum inductio fit, simul accipimus particularium scientiam, quasi agnoscentes, quædam enim *vbi vidimus*, statim cognoscimus: vt puta *habere tres angulos æquales* duobus rectis, si *modo* sciamus esse triangulum. Similis *est* aliorum ratio.

8 Vniuersali

m Maior propositio syllogismi decipientis est contraria maiori syllogismi docentis, contraria (inquã) vel simpliciter, vel (vt verius dicam) κατά τι ex parte nam α de omni β & α de nullo γ sunt cõtraria κατά τι. i. ratione τοῦ δ cui tam α quã β attribuitur.

5 Vtraque deceptio duobus modis contingere potest. vnus est, vt vtriusque syllogismi accipiatur vna tantũ propositio, alter est, vt vnius syllogismi accipiantur ambæ propositiones, alterius vna tantũ.

6 Tertium deceptionis genus est, cum maior syllogismi propositio cognoscitur, minor ignoratur.

7 Ex dictis in præced. partic. refutat sententiam Platonis in Menone asserentis scientiã esse reminiscentiam sic enim Plato putauit soluendum esse cauillum Menonis, cum tamen rectius soluatur per doctrinã particulæ præced. Coniunge Poster. lib. 1. cap. 1 part. 7. & 8.

8 Vniuersali igitur cognitione intelligimus particularia, propria *cognitione* non nouimus. Quare contingit etiam in his falli: non tamen modo contrario: sed quia habemus *cognitionem* vniuersalē, & decipimur particulari. Itaque similiter *fit* & in iis quæ antea diximus: non enim contraria *est* deceptio ex medio *orta*, sciētiæ per syllogismum *acquisitæ* nēc existimatio secūdum ambo media. 9 Nihil autem vetat, quo minus sciēs τὸ α toti β inesse, ac rursus hoc *inesse* τῷ γ, putet non inesse τὸ α τῷ γ: v. g. *sciens* omnem mulā *esse* sterilē, & hanc *esse* mulā, putet hanc ferre in vtero: non enim scit τὸ α *inesse* τῷ γ, nisi simul consideret vtrumque *pronunciatum*.

10 Quocirca perspicuum *est*, & si alterum nouerit, alterum non nouerit, eum deceptum iri quomodo se habent vniuersales scientiæ ad particulares. ex iis n. quę sub sensum cadunt, nihil à sensu absens cognoscimus, ne quidē si *id antea* senserimus, nisi *hac ratione*, quia vniuersalē & propriā scientiā habemus, non quod actu *ea sciētia* vtamur. Scire enim dicitur tribus modis *id est*, vel vt *cognitione* vniuersali, vel vt propria, vel vt actu & operatione, quare etiam decipi *dicit* tot modis. 11 Nihil igitur prohibet, quempiam cognoscere ac decipi in eadem re, non tamen modo contrario, quod ei quoque accidit, qui secundum vtramque propositionem nouit, nec prius considerauit. existimans enim mulam vterum ferre, non habet actu scientiam: nec rursus propter existimationem, habet errorem scientiæ contrarium, nam *scientiæ* vniuersali contrarius error est syllogismus.

12 Qui vero existimat boni essentiam *esse* mali essentiam, idem *esse* existimabit essentiam boni & mali. sit enim boni essentia, vbi τὸ α: mali autem

8 Tertia deceptio non est scientia qua idem eiusdem rei habet, contraria: quoniam eandem conclusionem nouit cognitione vniuersali, decipitur autem particulari ideoque scientia & deceptio circa eandem rem in eodem homine simul esse possūt.

9 Quartum deceptionis genus est, cùm quis vtramque propositionem, sed actu ea cognitione non vtitur.

10 Facilius contingit tertia deceptio, quam quarta.

11 Quarta deceptio non est vere contraria scientiæ, quam idem habet eiusdem rei: quia diuersis modis scit, & decipitur: id est, scit potestate, decipitur actu.

12 Videri potest dari quintum deceptionis genus, cum quis existimat contraria simul esse vera. at quia existimat essentiam boni esse essentiam mali.

ex parte. *m*. nam si cuicumque τὸ β inest, existimat τὸ α inesse; nouit autem τὸ β τῷ δ *inesse*: etiam nouit τὸ α τῷ δ *inesse*, si igitur rursus, cui τὸ γ *inest*, nulli putat τὸ α inesse: alicui sane, cui τὸ β inest, non putat τὸ α inesse, qui autem omni inesse putat, cui τὸ β *inest*, *eum* rursus putare alicui non inesse cui τὸ β inest, aut simpliciter aut ex parte contrarium est. Sic igitur non contingit existimare. 5 At secundum vtrumque *medium* vnam propositionē, aut secundum alterum ambas *existimare*, nihil vetat: veluti τὸ α *inesse* omni β, & τὸ β τῷ δ: rursusque τὸ α nulli γ. 6 Hæc enim deceptio similis *est* ei, qua decipimur circa particularia. vt puta si omni β τὸ α inest, ac τὸ β omni γ: τὸ α omni γ inerit. Si quis igitur nouit τὸ α *illi* omni *inesse* cui τὸ β inest, nouit etiam *inesse* τῷ γ. sed nihil prohibet, quo minus ignoret τὸ γ esse. Veluti si τὸ α *sint* duo *anguli* recti: vbi β, triangulus: vbi γ, sensibilis triangulus. Potest.n. quispiam existimare non esse τὸ γ, sciens omnem triangulum habere duos rectos. quare simul cognoscet & ignorabit eādem rem. Nosse enim omnem triangulum habere duos rectos, non est *quid* simplex: sed ita dicitur, vel quia scientia vniuersalis habetur, vel quia particularis. Sic igitur *cognitione* vniuersali nouit τὸ γ habere duos rectos: particulari autem non nouit. Quare non habebit *scientiam & deceptionem* contrarias. 7 Similiter *se habet* ratio *scripta* in Menone, quod scientia *sit* reminiscentia. numquam enim accidit vt singulare præsciatur: sed dum inductio fit, simul accipimus particularium scientiam, quasi agnoscentes, quædam enim *vbi vidimus*, statim cognoscimus: vt puta *habere tres angulos æquales* duobus rectis, si *modo* sciamus esse triangulum. Similis *est* aliorum ratio.

8 Vniuersali

m Maior propositio syllogismi decipientis est contraria maiori syllogismi docentis, cōtraria (in quā vel simpliciter, vel (vt verius dicam) *κατά τι* ex parte nam *α* de omni β & *α* de nullo γ sunt cōtraria *κατά τι*. s. ratione τοῦ δ cui tam *α* quā *β* attribuitur.

5 Vtraque deceptio duobus modis contingere potest. vnus est, vt vtriusq; syllogismi accipiatur vna tantū propositio, alter est, vt vnius syllogismi accipiantur ambæ propositiones, alterius vna tantū.

6 Tertium deceptionis genus est, cum maior syllogismi propositio cognoscatur, minor ignoratur.

7 Ex dictis in præced. partic. refutat sententiam Platonis in Menone asserentis scientiā esse reminiscentiam sic enim Plato putauit soluendum esse cauillum Menonis, cum tamen rectius soluatur per doctrinā particulæ præced. Coniunge Poster. lib. 1. cap. 1. part. 7. & 8.

8 Vniuersali igitur cognitione intelligimus particularia, propria *cognitione* non nouimus. Quare contingit etiam in his falli: non tamen modo contrario: sed quia habemus *cognitionem* vniuersalẽ, & decipimur particulari. Itaque similiter *fit* & in iis quæ antea diximus: non enim contraria *est* deceptio ex medio *orta*, sciẽtiæ per syllogismum *acquisita* nec existimatio secũdum ambo media. 9 Nihil autem vetat, quo minus sciẽs τὸ α toti β inesse, ac rursus hoc *inesse* τῷ γ, putet non inesse τὸ α τῷ γ: v. g. *sciens* omnem mulã *esse* sterilẽ, & hanc *esse* mulã, putet hanc ferre in vtero: non enim scit τὸ α *inesse* τῷ γ, nisi simul consideret vtrumque *pronunciatum*.

10 Quocirca perspicuum *est*, & si alterum nouerit, alterum non nouerit, eum deceptum iri quomodo se habent vniuersales scientiæ ad particulares. ex iis n. quę sub sensum cadunt, nihil *a* sensu absens cognoscimus, ne quidẽ si *id antea* senserimus, nisi *hac ratione*, quia vniuersalẽ & propriã scientiã habemus, non quod actu *ea sciẽtia* vtamur. Scire enim dicitur tribus modis *id est*, vel vt *cognitione* vniuersali, vel vt propria, vel vt actu & operatione, quare etiam decipi *dicit* tot modis. 11 Nihil igitur prohibet, quempiam cognoscere ac decipi in eadem re, non tamen modo contrario, quod ei quoque accidit, qui secundum vtramque propositionem nouit, nec prius considerauit. existimans enim mulam vterum ferre, non habet actu scientiam: nec rursus propter existimationem, habet errorem scientiæ contrarium, nam *scientia* vniuersali contrarius error est syllogismus.

12 Qui vero existimat boni essentiam *esse* mali essentiam, idem *esse* existimabit essentiam boni & mali. sit enim boni essentia, vbi τὸ α: mali autem

8 Tertia deceptio non est scientia qua idem e usdem rei habet, contraria: quoniam eandem conclusionem nouit cognitione vniuersali, decipitur autem particulari ideoque scientia & deceptio circa eandem rem in eodem homine simul esse possũt.

9 Quartum deceptionis genus est, cùm quis vtramque propositionem, sed actu ea cognitione non vtitur.

10 Facilius contingit tertia deceptio, quam quarta.

11 Quarta deceptio non est vere contraria scientiæ, quam idem habet eiusdem rei: quia diuersis modis scit, & decipitur: id est, scit potestate, decipitur actu.

12 Videri potest dari quintum deceptionis genus, cum quis existimat contraria simul esse vera. vt quia existimat essentiam boni esse essentiam mali.

essentia, vbi τὸ β: iterum boni essentia, vbi τὸ γ. Quoniam igitur idem *esse* existimat τὸ β & τὸ γ, etiā existimabit τὸ γ esse τὸ β. Rursusque itidem *existimabit* τὸ β esse τὸ α: proinde τὸ γ *esse* τὸ α. Quemadmodum enim si verum erat, de quo *dicitur* τὸ γ, *de eo dici* τὸ β; & de quo *dicitur* τὸ β, *de eo dici* τὸ α: etiam de γ *dici* τὸ α, verum erat: ita etiam *se res habet* in *verbo* Existimare. Similiterque in *verbo* Esse. nam si idem *sit* τὸ γ & τὸ β, rursusque τὸ β & τὸ α: etiam τὸ γ idem erat quod τὸ α. itaque etiam in *verbo* Opinari, similiter *se res habet*.

13 Non datur quantum illud deceptionis genus: quia nemo est ita fatuus, vt putet boni essentiam esse mali essentiam. ✱Quot modis id quod est bonum per se, fiat malum ex accidenti.

13 An hoc est quidem necessarium, si quis primum concesserit? sed fortasse illud *est* falsum, quempiam existimare essentiam boni esse essentiam mali, nisi ex accidente. multis etiam modis licet hoc existimare. Sed hoc ✱ diligentius considerandum *est*.

DE VARIIS ARGVMENTANDI SEV RATIOCINANDI GENERIBVS, quæ ad syllogismos reducuntur.

Tractatus III.

De consecutionum regulis, quæ ad terminorum conuersionem, & eligendorum fugiendorumque comparationem pertinent.

CAP. XXII *1 Si conclusio τῦ Barbara conuertitur, vtræque propositiones conuertuntur.*

CAP. XXII.

IAM vero quando extrema conuertuntur, necesse *est* etiam medium conuerti cum ambobus. Nam si τὸ α τῷ γ inest per β: si conuertitur,

& cuicumque inest τὸ α, *inest* etiam τὸ γ: *certe* etiam τὸ β cum α conuertitur: & cuicumque τὸ α inest, etiam τὸ β inest per medium γ; item τὸ γ cum β conuertitur per medium α.

2 Itidemque *se res habet* in eo quod non inest. Vt si τὸ β τῷ γ inest, τῷ β autem τὸ α non inest: neque τὸ α τῷ γ inerit: si igitur τὸ β cum α conuertitur, etiam τὸ γ cum α conuertetur. ponamus enim τὸ β non inesse τῷ α: ergo neque τὸ γ *inerit*: quoniam omni γ τὸ β inerat.

3 Et si cum β τὸ γ conuertitur, etiam cum α τὸ β conuertetur. nam de quocumque *dicitur* τὸ β, *dicitur* etiam τὸ γ.

4 Et si τὸ γ cum β conuertitur, etiam τὸ β conuertetur cum α. nam cui τὸ β *inest*, *eidem inest* etiam τὸ γ: cui vero *inest* τὸ α, non *inest* τὸ γ. atque hoc solum à conclusione incipit, (alia vero non similiter) vt etiam in attributiuo syllogismo.

5 Rursus si τὸ α & τὸ β conuertuntur, item τὸ γ & τὸ δ, cuiuis autem necesse *est* aut τὸ α aut τὸ γ inesse: etiam τὸ β & τὸ δ ita *se* habebunt, vt cuiuis alterum insit. Cum enim cui τὸ α *inest*, *etiam* τὸ β *insit*: & cui τὸ γ, *etiam* τὸ δ: cuiuis autem insit τὸ α vel τὸ γ, non *vtrumque* simul: perspicuum *est* etiam τὸ β vel τὸ δ cuiuis *inesse*, nec *ambo* simul. duo namque syllogismi *a* componuntur.

α	γ
ingenitum	*genitum*
incorruptibile	*corruptibile.*
β	δ

6 Rursus si cuiuis *insit* τὸ α aut τὸ β, & τὸ γ aut τὸ δ, simul autem non insint: si conuertuntur τὸ α ac τὸ γ, etiam τὸ β & τὸ δ conuertuntur.

2 *Si maior propos. o* τῶ *Celarent conuertitur, etiam conclusio conuertitur.*

3 *Si minor* τῶ *Celarent conuertitur, etiam maior conuertitur.*

4 *Si minor & conclusio* τῶ *Celarent cōuertuntur, etiam maior conuertitur.*

5 *Si primum & secundum reciprocentur, tertium & quartum reciprocentur, aut sit primum, aut tertium: necesse est, vt simil ter aut sit secūdum aut quartum.*

a Quorum altero probatur aut esse β aut δ altero non esse simul β & δ.

6 *Si vel sit primum vel secundum, & vel sit tertium vel quartum, & primum cum tertio reciprocetur etiam secundū cum quarto reciprocatur.*

α *ingenitum*	β *genitum*
incorruptibile γ	*corruptibile.*

nam si alicui non inest τὸ β cui *inest* τὸ δ; constat τὸ α inesse. quod si τὸ α insit, etiam τὸ γ *inerit*: quandoquidem conuertuntur. quare simul erunt τὸ γ & τὸ δ. hoc autem *est* impossibile. Vt puta si ingenitum *est* incorruptibile, & incorruptibile *est* ingenitum, necesse *est*, genitum *esse* corruptibile, & corruptibile esse genitum.

7 Si primum dicatur de secundo & tertio omnibus & solis, ac secundum dicatur de omni tertio: primum & secundum reciprocantur.

7 Cum autem τὸ α toti β, & toti γ inest, & nulli alii attribuitur, inest autem etiam τὸ β omni γ: necesse *est* τὸ α & τὸ β conuerti. Cum enim de solis β γ dicatur τὸ α, attribuatur autem τὸ β, & ipsum sibi, & τῷ γ: apparet, de quibus *dicitur* τὸ α, de iis omnibus τὸ β dictum iri: quin & de ipso α.


aptum ad ridendum.



rationale homo

8 Si primum & secundum dicatur de omni tertio, & secundum cum tertio reciprocetur, primum dicitur de omni secundo.

8 Rursus cum τὸ α & τὸ β toti γ insunt, conuertitur autem τὸ γ cum β: necesse *est*, τὸ α inesse omni β. Cum enim *insit* omni γ τὸ α: & omni β τὸ γ, propterea quod reciprocantur: etiam τὸ α omni β inerit.



9 *Si primum sit optabilius secundo, & quartum sit optabilius tertio: primum autem cum tertio sit optabilius quã secundum cum quarto: primum est optabilius quarto.*

9 Cum autem ex duabus rebus oppoſitis, puta α & β, τὸ α eſt optabilius quam τὸ β, & τὸ δ itidem optabilius quam τὸ γ: ſi optabiliora ſunt τὸ α γ quam τὰ β δ, τὸ α eſt optabilius quam τὸ δ. æque enim expetendum *eſt* τὸ α, & fugiendum τὸ β, quippe cum *ſint* oppoſita. item æque *fugiendum eſt* τὸ γ, atque *expetendum* τὸ δ. quoniam hæc quoque opponuntur. ſi igitur τὸ α eſt æque eligendum ac τὸ δ: etiam τὸ β eſt *æque* fugiendum ac τὸ γ. vtrũque enim vtrique ſimiliter *opponitur*, fugiẽdum expetẽdo. Quare etiã ambo *erũt æque fugienda vel eligenda: nẽpe* τὰ γ α, *æque* ac τὰ ϛ δ. quia vero *illa ſunt his* magis *eligenda*, non poſſunt *eſſe* æque *eligenda*: alioquin τὰ ϛ δ eſſent æque *eligenda*. Quod ſi τὸ δ ſit optabilius quam τὸ α, etiam τὸ β *erit* minus fugiendum quam τὸ γ: quia minus minori opponitur. Notabilius autem *eſt* maius bonũ & minus malum, quam minus bonum & maius malum. ergo etiam totum τὸ β δ *eſt* optabilius quam τὸ α γ. ſed non *ita* eſt. τὸ α igitur eſt optabilius quam τὸ δ proinde etiam τὸ γ minus fugiendum quam τὸ β. Si igitur omnis amans, ſecundum amorem eligit τὸ α *nempe* ita *ſe* habere vt gratificetur, & non gratificari quod *eſt* vbi γ *potius* quam gratificari quod *eſt* vbi δ, & nõ talem eſſe vt gratificetur quod *eſt* vbi β: manifeſtum *eſt* τὸ α *id eſt* eſſe talem, optabilius eſſe quam

gratificari. itaque diligi *est* cõgressu optabilius secũdũ amorẽ. amor igitur est potius dilectionis quã cõgressus *causa*. quod si huius *causa est* maxime, finis hoc est. Ergo congressus aut non est omnino, aut *est* dilectionis caussa. nam aliæ quoque cupiditates & artes ita fiunt.

α *talem esse vt gratificetur*	β *non esse talem vt gratificetur*
γ *non gratificari*	δ *gratificari*

10 *Epilogus.*

10 Quomodo igitur termini *se* habeant secundum conuersionem, & eligendorum aut fugiendorum comparationem, perspicuum *est*.

De inductione.

C. XXIII.

CAP. XXIII.

1 *Cum syllogismo aut inductione fides fiat, omnis probatio ad syllogismum reducitur*

a syllogismi vocabulũ late accipit, vt cõplectatur etiã inductionẽ.

b syllogismi vocabulum anguste accipit, vt seiungatur ab inductione.

2 *Inductionis definitio.*

c Id est, maius termin⁹.

3 *Dat exemplũ inductionis in terminis alphabeticis.*

4 *Adiũgit terminos reales.*


NVnc vero exponendum *est*, non solum dialecticos & demonstratiuos syllogismos *a* in supradictis figuris extrui, sed etiam oratorios, & omnino quancumque fidem, & secundum qualemcunque methodum. *rerum* enim omnium fidem facimus, aut syllogismo *b*, aut inductione.

2 Est igitur inductio, & syllogismus ex inductione, cum alterum extremum per alterum *c de* medio concluditur.

3 Veluti si τῷ αγ medium sit τὸ β, & per γ probetur τὸ α τῷ β inesse. sic enim facimus inductiones.

4 Vtputa esto τὸ α, longæuum: vbi β, vacans bile: vbi γ, vnumquodque longæuum, vt homo, & equus, & mulus. Ergo toti γ inest τὸ α: omne enim vacans bile est longæuum. sed & τὸ β, *id est*, vacans bile, inest omni γ. si igitur conuertatur τὸ γ cum β, nec medium

excedat: necesse est τὸ α τῷ β inesse: quandoquidem antea *d* ostensum est; cum duo aliqua eidem insunt, & cum altero eorum conuertitur extremum; ei quod conuertitur, etiam alterum attributum inesse. Intelligere autem oportet τὸ γ, *quasi* ex omnibus singularibus compositum; nam inductio *fit* ex omnibus *singularibus*.



5 Est autem huiuscemodi syllogismus primæ & medio carentis propositionis.
6 Quorum enim est medium, syllogismus *fit* per medium: quorum autem non est *medium*, per inductionem. 7 Et quodammodo opponitur inductio syllogismo: hic enim per medium probat extremum de tertio: illa vero per tertium *probat* extremum de medio.
8 Natura igitur prior & notior *est* syllogismus qui *fit* per medium: nobis vero *est* euidentior, qui *fit* per inductionem.

De exemplo. CAP. XXIV.

EXemplum vero est, cum medio extremum *a* inesse ostenditur per simile tertio *b*. 2 Oportet autẽ, vt mediũ tertio, & primũ simili inesse, notũ *fit*.

d Superioris capitis part. 8.

5 *Inductione probantur propositiones immediatæ.*

6 *Syllogismi proprie accepti & inductionis discrimen primum est: quod illo probantur mediata, hac probantur immediata.*

7 *Secũdum est, quod syllogismus probat maius de minore per medium, inductio maius de medio per minus.*

8 *Tertium, est quod syllogismus proceditur à notiorib. natura, inductio à notiorib. nobis.*

1 *Exempli definitio.*

a Maius.

b Minori extremo.

2 *Exemplum requirit quatuor terminos, quorum secundum inesse tertio, & primum quarto, (adde, & secundum,* C. XXIV. *attribui quarto) manifestum est, primũ autẽ attribui secundo, probatur prosyllogismo.*

& primum inesse tertio, probatur syllogismo principali.

3 Affert exemplum probationis (vt ita loquar) exemplaris.

c Ex bellis similibus bello Atheniensium aduersus Thebanos.

3 Verbi causa, esto τὸ α malum: τὸ β, contra finitimos bellum suscipere: vbi γ, Athenienses contra Thebanos: vbi δ, Thebanos contra Phocenses. Ergo si velimus probare, cum Thebanis bellum gerere, malum esse: accipiendum *est* aduersus finitimos bellum gerere, *esse* malum. huius autem *rei* fides *est* ex similibus *c*, veluti quia Thebanis *perniciosum fuit bellum* contra Phocenses. Quoniam igitur *bellum* aduersus finitimos malum *est*: *bellum* autem contra Thebanos, est contra finitimos: perspicuum *est*, aduersus Thebanos, bellum gerere, malum *esse*. Itaque τὸ β τῷ γ & τῷ δ inesse, perspicuum *est*: vtrumque enim est finitimis bellum inferre. item τὸ α inesse τῷ δ: quia Thebanis non profuit bellum contra Phocenses, verum τὸ α τῷ β inesse, per δ probabitur. Eodem modo *fiet*, & si ex pluribus similibus *d* fides fiat, medium esse in extremo *e*.

d τῷ γ.

e τὸ β subiici τῷ α.



bellum Atheniensium contra Thebanos. γ

bellum Thebanorum contra Phocenses. δ

4 Exemplum progreditur à parte ad partē, id est, à particulari ad particulare, vt à δ ad γ. quæ vtraque continentur sub β, vt particularia sub vniversal.

5 Inductio ab omnibus parti-

4 Perspicuum igitur *est*, exemplum non habere rationem totius ad partem, nec partis ad totum, sed partis ad partem, cum ambo sint sub eodem *contenta*, alterum autem *altero* notius *est*.

5 Ac differt ab inductione: quoniam illa ex omni-

bus indiuiduis probabat extremum inesse medio, neque cōnectebat syllogismum ad extremum: hoc vero & connectit, & non ex omibus probat.

cularibus progreditur ad vniuersale, & ibi subsistit exemplum vero ab vno aut quibusdam particularib. progrediens, non subsistit in vniuersali, sed perg it ad aliud particulare.

9 Conclusio.

De abductione.

CAP. XXV.

7 Epilogus.

Abductio vero est, cum primum medio inesse constat: medium autem postremo inesse, *est* quidem ignotum, æque tamen credibile, aut etiam magis quam conclusio, Præterea, si pauca sint media postremi & medii. Omnino enim accidit, vt propius accedamus ad scientiam.

1 Abductionis duæ sunt species vna cum minor propositio est ignota, sed æque & magis credibilis quam conclusio alter, cū minor ignota per pauciora media probatur quam conclusio.

2 Verbi causa, esto τὸ α, quod doceri potest: vbi ϐ, scientia τὸ γ, iusticia. scientiam igitur posse doceri perspicuum *est*: sed an iusticia sit scientia, ignotum *est*. quare si æque aut magis credibile sit ϐγ, quam αγ: est abductio: propius n. *accedimus* ad scientiam: quoniam adiunximus *conclusioni* αγ, *propositionem* ϐγ, cum scientiam antea non haberemus. 3 Rursus *abductio est*, si pauca sint media *terminorum* ϐγ: nam sic quoq; propius *acceditur* ad cognitionem. Veluti si τὸ δ sit quadrari: vbi ε, *figura* rectilinea: vbi ζ circulus. tum si *pronunciati* εζ vnum tantum sit medium, per lunulas circulum rectilineæ *figuræ* æqualem fieri, prope cognitionem *res* est.

2 Exemplum primæ speciei.

3 Exemplum secundæ speciei.

4 Cum autem neque credibilior *est propositio* ϐγ quam *conclusio* αγ, neque pauciora sunt media: non voco abductionem, neque cum *pronunciatum* ϐγ medio caret: hoc enim *est* scientia.

4 Si minor propositio aut conclusione minus probabilis aut immediata sit, non sit abductio.

C. XXVI.

1 *Obiectionis definitio.*

2 *Obiectio etiã si pertineat ad syllogismum vniuersalem, tamen potest esse particularis: quod de propositione dici nequit.*

3 *Obiectio diuiditur primo in vniuersalem & particularem secundo quia vel fit in prima vel in tertia figura.*

4 *Propositioni vniuersali affirmanti obiicitur vniuersaliter in Celarent, aut particulariter in Felaptum.*

5 *Propositione vniuersali negãti obiicitur vniuersaliter in Barbara, vel particulariter in Darapti.*

6 *Quatuor rationibus probatur obiectionem non sumi ex secunda figura, sed tantum ex prima, & tertia Primo quia vniuersaliter obiiciens, sumit term nũ med ũ inter subiectum & attributum propositionis cui obiicit, par-*

De obiectione, quæ vulgo instantia vocatur.

Cap. XXVI.

OBiectio autem est propositio propositioni contraria. 2 Differt autem à propositione: quoniam obiectio potest esse etiam in parte, propositio vero aut omnino non potest, aut saltem non in vniuersalibus syllogismis.

3 Obiicitur autem bifariam, & in duabus figuris bifariam quidem, quia omnis obiectio vel *est* vniuersalis, vel in parte, in duabus autem figuris: quoniam afferuntur *obiectiones* oppositæ propositioni: opposita vero in prima & tertia tantum figura concluduntur.

4 Nam cum *quis*, omni inesse, sibi concedi postulauerit: obiicimus, vel quod nulli *inest*, vel quod cuidam non inest. ex his autem illud, nulli inesse, ex prima figura ducitur: hoc cuidam non *inesse*, ex postrema. vtputa esto τὸ α, vnam esse scientiam: vbi C, contraria. Ergo cũ *quis* proposuerit vnam esse contrariorum scientiã, obiicitur, vel quod omnino non *est* eadem scientia oppositorum, contraria vero sunt opposita, adeo vt fiat prima figura. Vel quod noti & ignoti non *est* vna scientia, atque hæc est tertia *figura*. nam de γ *id est de* noto & ignoto, vere *dicitur ea* esse contraria: sed vnam esse eorũ scientiã falsum *est*.

5 Rursus itidẽ *fit* in priuatiua propositione. postulãte enim *aliquo* sibi concedi: non esse vnã scientiã cõtrariorũ; vel dicimus oppositorũ esse eãdẽ, vel quorundã cõtrariorũ, vt salubris & morbidi. omniũ igitur *esse vnã obiicitur* ex prima figura: quorundã ex tertia. 6 Simpliciter enim in omnib⁹ *disputationibus* necesse *est*, vt is qui vniuersaliter obiicit, ad *id quod* vni-

uersale *est*, propositorum contradictionẽ iungat *a* vt puta postulante *aliquo* sibi concedi, non eandem esse scientiam contrariorum omnium, dicat oppositorum *esse* vnam *scientiam*. sic autem necesse *est* esse primam figuram *b*: medium n. fit *quod* est vniuersale ad *id quod propositum fuit* ab initio *c*. *Qui* autem in parte *obiicit*, *necesse est vt contradictionem ei iungat*, ad quod, subiectum propositionis fit vniuersale: veluti, noti & ignoti non eandem *esse scientiam*: contraria namque sunt vniuersalia ad hæc *d*. fitque tertia figura *e*: quippe cum medium *sit*, quod in parte accipitur, veluti notum & ignotum. 7 Ex quibus enim licet concludere contrarium, ex his etiam obiectiones dicere conamur. idcirco ex his solis figuris *af* ferimus *obiectiones*: in his enim solis oppositi syllogismi *extruuntur*: quandoquidem in secunda non licebat *concludere* affirmatiue. 8 Præterea etiamsi esset, *tamen* prolixiori oratione indigeret *obiectio allata* in secunda figura: vtputa si *quis* non concedat τὸ α τῷ β inesse, quia τὸ γ non sit ei consequens. Hoc enim per alias propositiones manifestum *est*: non oportet autem obiectionem ad alia conuerti: sed continuo perspicuam habere alteram propositionẽ. 9. Ideoq; signum ex hac sola figura non est. 10 Considerandæ autem *sunt* etiã aliæ obiectiones; veluti quæ sumũtur ex contrario, & simili, & *eo quod est* secundum opinionẽ *f*. item consideran-

ticulariter aut obiicient, pro medio id accipit, quod vtrique propositionis termino subiicitur: hoc autem modo tertia, illo modo prima figura fit.

a Sumat terminum vniuersalem: qui propositionis cui obiicitur subiecto attribuatur.

b Barbara, vt in 5 partic.

c Id est. quod vniuersaliter attribuitur subiecto propositionis cui obiicitur.

d Contraria attribuuntur noto & ignoto.

e Felapton, vt in 4 parti.

7 Secundo quia tantum in prima & tertia figura fiunt syllogismi oppositi, id est, probantes affirmationem per quam tollatur negatio opposita: quare obiectio affirmatiua non potest fieri in secunda figura, sed tantum in prima, & tertia. 8. Tertio quia obiectio in secunda figura esset obscura: quod fieri non debet. 9 Quarto quia signum non sumitur ex secunda figura, vt sequenti cap. explicabitur, ergo nec obiectio quæ est signo similis. 10. Cum obiectio sumatur vel ab eodem, vel a simili, vel à contrario vel ab opinione, siue à iudicatis; hic tantum considerata sunt obiectiones ab eodem: de reliquis agitur Rhetor. lib. 2. c. 25. Adhæc, quæri potest, an obiectio particularis sumi possit ex prima figura & negans ex tertia. nam tales obiectiones supra non considerauimus, & tamen videntur fieri posse, sed quia minus commodæ & minus euidentes sunt, merito prætermittuntur f Hæc in Rhetoricis vocatur a iudicatis.

dum est, an *obiectio* particularis ex prima *figura*, vel negatiua ex media possit accipi.

De enthymemate.

C. XXVII.

Cap. XXVII.

1 Verisimilis definitio.

VErisimile autem & signum non sunt idem. sed verisimile est propositio probabilis. quod enim plerumque sciunt ita fieri, vel non fieri, aut esse aut non esse; hoc est verisimile: vt inuidentes odisse, aut amantes diligere.

2 Signi definitio.
a Id est aliquid arguēs.

2 Signum autem nihil aliud esse videtur, quam propositio demonstratiua *a*, aut necessaria, aut probabilis. nam quo extante *res* extat, vel quo facto, prius aut posterius res facta est: hoc est signum *indicans rem* factam esse aut extare.

3 Enthymematis definitio.
b Vulgo male addunt. ἀτελὴς, imperfectus.

3 Enthymena igitur est syllogismus *b* ex verisimibus, vel signis.

4 Signū accipitur in quacunque fig[ura].

4 Accipitur autem signum tribus modis, quot & medium in figuris. vel enim vt in prima *figura*, vel vt in secunda, vel vt in tertia.

5 Exemplū enthymematis in prima figura.

5 Vtputa probare *mulierem* vterum ferre quia lac habet, ex prima figura *est*: medium enim *est*, habere lac. *esto* vbi α, vterum ferre: τὸ β, habere lac: mulier autem, vbi γ.

6 Exemplum enthymematis in tertia figura.

6 At sapientes esse *viros* probos, quia Pittacus *sit* probus per vltimam *figuram concluditur. sit*, vbi α, probum: vbi β, sapientes: vbi γ, Pittacus: verum *est* igitur, & τὸ α & τὸ β τῷ γ attribuere; sed alterum non dicunt: quia norunt: alterum accipiunt.

7 Exemplum enthymematis in secunda figura.

7 *Mulierem* autem vterum gestare, quia *sit* pallida, ad mediam figuram referri debet. Cum enim

vterum gestantibus consequens sit pallor, & huic quoque consequens sit: probatum esse putant *eam* vterum gestare. esto pallidum, vbi α: gestare vterum, vbi β: mulier, vbi γ. 8 Si igitur vna propositio dicta fuerit, fit tantum signum. quod si & altera sit assumpta, *fit* syllogismus. Vt puta; Pittacum esse liberalem: quoniam ambitiosi *sunt* liberales, Pittacus autem *est* ambitiosus. Rursus, sapientes *esse viros* bonos quia Pittacus *est vir* bonus, sed & sapiens. Sic igitur fiunt syllogismi.

9 Verum qui *fit* in prima figura, *est* insolubilis, si verus sit: vniuersalis enim est. Qui vero *fit* in postrema, solui potest, etiamsi conclusio vera sit: quia syllogismus non est vniuersalis nec ad rem. non enim si Pittacus *est vir* prob. necesse est propterea etiam alios sapientes *esse probos*.

Qui vero *fit* in media figura, semper & omnino solui potest: nunquam enim fit syllogismus, cum termini ita se habent. non enim si vterum ferens est pallida, atque hæc *est* pallida, *continuo* necesse *est* hanc vterum ferre. 10 Verum igitur inerit in omnibus figuris: sed habent *eas* differentias quæ dictæ sunt. 11 Aut igitur sic diuidendum *est* signum: ex his autem tecmerium *siue indicium*, accipi debet, *quod est* medium. indicium enim aiunt esse, quod scire facit: medium vero maxime tale est aut quæ ex extremis *sumuntur*, signa vocari debent: quod vero ex medio, indicium. nam maxime probabile & maximè verum *est*, quod per primam figuram *probat*. 12. Natura autem coniici potest, si quis concedat naturales affectiones simul immutare corpus & animam: (fortasse enim qui musicam didicit, mutatus est animo: at ex iis quæ

8 Sumpta vna propositione dicitur signum, sumptis duab. syllogismus. Adde vtroque modo dici enthymema. Rhetor. l. b. c. cap. 2.

9 Enthymema fit optimum in prima figura deterrimum in secunda, medium inter hæc in tertia.

10 *Conclusio*

11 Signum late acceptum sumitur ex quacunque figura proprie & anguste ex secunda vel tertia: tecmerium ex prima.

12 A signis sumitur etiam syllogismus.

Cap. XXVIII *physiognomicus quo à sign: corporeis argu-*

itur -d anim: & ingenii vim. Huius conse quentiæ tria sunt fundamẽta: videlicet animi & corporis sympathia vnius affectio nis animæ vnũ esse signum & in corpore, & affectionis cuiusque animalium generis proprias, earũque affectionum signa colligi posse.

natura nobis *insunt*, non est hæc affectio: sed *aliæ potius*, vt iræ, & cupiditates, *quæ* in naturalibus motionibus numerantur) si igitur hoc concessum fuerit, & vnum vnius *affectionis* signum esse, & accipere possimus propriam cuiusque generis affectionem & signum: *certe* poterimus naturam conicere. Nam si alicui generi indiuiduo inest propria affectio, vt leonibus fortitudo: necesse *est* esse etiam aliquod signum: (inuicem enim compati, suppositum est) atque hoc esto magnas extremitates habere: quod contingit aliis quoque generibus non totis inesse. signum enim ita proprium est, quoniam affectio est propria totius generis, non propria solius, quemadmodum loqui soliti sumus. Idem igitur inerit etiam in alio genere: & homo erit fortis, & aliud quodpiam animal. habebit igitur illud signum, quoniam vnum erat vnius affectionis signum.

13 Si in aliquo animalium genere vna sit propria affectio similiter vnum erit signum.

13 Si igitur hæc sunt, & poterimus huiusmodi signa colligere in his animalibus, quæ vnam tantum affectionem propriam habent. (vnaquæque autem affectio suum habet signum, quandoquidem vnum *signum* habere necesse *est*) poterimus naturam coniectare.

14 Si plures sint affectiones plura quoque erunt signa: quare vt quod libet signum ad suam affectionem referatur, spectanda sunt alia animalium genera, in quibus affectiones illæ, seu signa illa separantur.

14 Sin totum genus duas habeat proprietates vt leo fortitudinem & liberalitatem; quomodo cognoscemus, vtrum ex signis illis proprie consequentib. sit vtrius *affectionis* signum? An si cuidam alii non toti ambo insint, & in quibus non totis vtrumque *insit*, cum vnum habet, alterum non item: nam si est fortis, non liberalis, habet autem hoc ex duobus *signis*: apparet etiam in leone hoc esse signum fortitudinis.

15 Est autem naturæ coniectio in prima figura, eo quod medium reciprocatur cum primo extremo, & superat tertium, neque *cum eo* reciprocatur. Vtputa *esto* fortitudo τὸ α: magnæ extremitates, vbi β: τὸ γ autem, leo. Igitur cui τὸ γ inest, ei τὸ β omni, sed & aliis inest, cui autem *inest τὸ β*, ei τὸ α *inest* omni, nec pluribus, sed conuertitur: alioquin non erit vnum vnius affectionis signum.

15 *Syllogismus physiognomicus: extruitur in prima figura, id est, in Barbara.*

ARISTOTELIS ANALYTICORVM POSTERIORVM LIBER I.

IVL. PACIO Interprete.

AN SIT SCIENTIA DEMONSTRATIVA.

TRACTATVS I.

CAP. I.

1. *Conclusiones scientur per demonstrationem ex antecedente cognitione principiorum.*
CAP. I.
2 *Hoc modo addiscuntur omnes scientiæ atque artes.*
3 *Similis ratio est omnium probationum dialecticarum & rhetoricarũ: omnes enim fiunt ex præcognitis.*
a Vel disputationibus.
b A dialecticis.
c Exemplum (vt explicatur 2 Prior. cap. 24.) constat ex syllogismo & inductione. sed refertur ad inductionem potius quam ad syllogismum. quia syllogismus ab inductione pendet, quatenus maior eius propositio inductione probatur.

OMNIS doctrina & omnis disciplina dianoëtica fit ex antecedente cognitione. 2 Hoc autem perspicuum erit, si omnes considerentur. nam & mathematicæ scientiæ hoc modo comparantur, & cæterarum artium vnaquæque.

3 Similiter autem *se res habet* & in rationibus *a*, tam quæ syllogismis *fiunt*, *b* quam quæ inductione: ambæ namque ex præcognitis docent, illæ quidem accipientes quasi ab intelligentibus. hæ vero probantes vniuersale ex eo quod particulare est manifestum. Eodẽ modo etiã oratoriæ *rationes* persuadent. aut enim *persuadent* exẽplis *c*, quæ sunt inductiones: aut

aut enthymematibus, quæ sint syllogismi *d*.

4 Dupliciter autem necesse *est* prænoscere. nam alias quod sit, præsumere *e* necesse *est*: alias quid sit quod dicitur, intelligere oportet: alias vtrumque, Vt puta *illud*, vere quoduis aut affirmari aut negari quod sit, *præsumi debet*: trianguli vero hanc esse significationem: vnitatem autem vtroque modo *prænoscere oportet*, *id est*, & quid significet. & quid sit: quia non similiter horum vnumquodque *est* nobis manifestum 5 Licet autem vt *quis* notum faciat, quædam prius notificans, quorundam autem simul accipiens cognitionem, vt *eorum* quæ continentur sub vniuersalibus, quorum habet cognitionem. Nam omnem triangulũ habere *angulos* æquales duobus rectis, præ nouit: hunc vero qui *est* in semicirculo esse triágulũ, simulac induxit *f*, notum fecit. * quædam enim hoc modo discuntur, neque extremum per medium notificatur, *nempe*, quæcumque singularia sunt, nec de vllo subiecto *dicuntur*.

6 Ac prius quam induxerit, *g* aut acceperit syllogismum, aliquo modo fortasse fatendum est *eum* scire, alio modo non *item*. quod enim simpliciter nesciebat an esset, quomodo *illud* habere *tres angulos* æquales duobus rectis, simpliciter sciret? Sed manifestum *est*, *eum* ita *h* scire, *quia* vniuersale scit, simpliciter autem nescire.

7 Sin minus, ea dubitatio accidet, quæ *est* in Menone: quoniam aut nihil discet, aut quæ nouit.

8 Non enim *ita* dicendum *est*, vt quidam soluere conantur. Scisne omnem *numerum* binarium esse parem, an nescis? *illo* autem *se scire* dicente, profere-

R

d Enthymema est syllogismus ex verisimilibus, vel signis 2 Prior. c. 27. partic. 3.

4 Præcognoscitur vel quod sit, vel quid sit, seu quid significet vocabulum, vel vtrumque.

e Expresse præcognoscere ac discenti declarare.

5 Quæ dã præcognoscuntur per ratiocinationem ex aliis præcognitis: quædam per se absque ratiocinatione.

f Sophista protulit, qui antea celabat, vt callide ostẽderet eum qui demonstrauit omnem triãgulum habere duos rectos, non cognoscere omnem triangulum esse talem, quia non cognoscit triangulũ à sophista occultatum.

6 Conclusio de monstranda præcognoscitur aliquo modo, id est potestate, quatenus continetur sub propositionibus cognitis.

g Sophista triangulum protulerit. *h* Id est, potestate. 5.7 *Ex doctrina præcedentis partic. soluitur dubitatio Menonis, quæ est apud Platonem, nec aliter solui recte potest.*

8 Sophisma, de quo dictum est in partic. & ibi expositum est exemplo trianguli, hic vero exponitur exemplo numeri binarii, male ab aliis soluitur.

bant binarium quendam, quem *ille* non putabat esse, proinde nec *putabat esse* parem: soluunt enim dicentes non omnem binarium *se* scire parem esse, sed *eum* quem sciunt esse binarium. * Atqui sciunt *id* cuius demonstrationem habent, & cuius *demonstrationem* acceperunt: acceperunt autem, non omnis quem scirent esse triangulum, aut numerum; sed simpliciter de omni numero, aut triangulo. nulla enim propositio accipitur talis. Quem tu scis esse numerum: aut, Quod tu scis esse rectilineum: sed de omni.

9 Idem sophisma recte soluitur, per distinctionem expositam in 6. part.
i Potestate.
k Actu.
l Potestate.
m Actu.

9 Verum nihil (puto) prohibet, quod quis discit, *eum* aliquo modo *i* scire, aliquo modo k ignorare: non enim absurdum *est*, si quodammodo *l* nouit quod discit: sed si ita *m* nouit, veluti qua discit, & quomodo *discit*.

DE HIS QVÆ PERTINENT AD ESSENTIAM DEMONSTRATIONIS.

Tractatus II.

Quid sit scire, item quid sit demonstratio, & ex quibus constet.

CAP. II.

7

1 Definit quid sit Scire, proprie acceptum.

CAP. II.

SCire autem putamus vnamquamque rem simpliciter, non sophistico modo, id est, ex accidenti, cum putamus causam cognoscere, propter quam res est, eius rei causam esse, nec posse eam aliter *se* habere.

2 Datam definitionem probat ab authoritate.

2 Constat igitur tale quidpiam esse ipsum Scire. nam & qui nesciunt & qui sciunt: illi quidem putãt

se ita habere: hi vero qui sciunt, etiam habent.

3 Quapropter id cuius simpliciter est scientia, non potest aliter *se* habere.

4 An igitur sit etiam alius sciendi modus, postea *a* dicemus: sed *scire* dicimus etiam, per demonstrationem cognoscere.

5 Demonstrationem autem voco syllogismum scientialem. scientialem appello, secundum quem, eo quod ipsum habemus, scimus.

6 Si igitur scire est, vt posuimus: necesse *est* etiam demonstratiuam scientiam ex veris esse, & primis & immediatis, & notioribus, & prioribus, & causis conclusionis. Sic enim erunt etiam principia propria eius quod demonstratur.

7 Nam syllogismus quidem erit etiam sine his: demonstratio vero non erit, quia non efficiet scientiã.

8 Vera igitur esse oportet: quia quod non est, sciri nequit: veluti diametrum habere communem *cum latere* mensuram.

9 Ex primis autem indemonstrabilibus, nam *alioqui* nesciret, non habens eorum demonstrationem: quia scire *ea* quorum est demonstratio, non ex accidente, *nihil aliud* est *quam* habere demonstrationem. 10 Causas vero, & notiora esse oportet, & priora. Causas quidem: quia tunc scimus, cum causam cognoscimus. & priora, quia *sunt* caussæ, & præcognita non solum altero modo, quia intelligatur *quid significent*, sed etiã quia cognoscatur *ea* vera esse.

11 Priora autem & notiora sunt duobus modis, non enim idem est prius natura & prius quod ad nos, neque notius *natura* & notius nobis. Quod ad nos priora & notiora appello *ea*, quæ sunt propinquiora sensui; simpliciter autem priora & notiora, quæ lõgius *absunt*. ac longius quidem ab*sunt*, *quæ sunt*

3 Ex dictis in- 8 *fert corollariũ, quo vsurus est cap. 4. part 1.*

4 Sunt & aliæ significationes verbi Scire, quæ ad dictam definitionem non pertinent. a C. 1. seq &c. 13. & li. seq. c. 3 & ca. vlt.

5 Definit demonstrationẽ 9

6 Ex dictis colligit conditiones propositionum demonstratiuarum.

7 Dictis conditionibus seiungitur demonstratio ab aliis syllogismis. 10

8 Probat primo principia demonstratiuæ esse vera.

9 Secundo esse prima, siue immediata siue indemonstrabilia, nã his trib. vocabulis idem significatur. 11

10 Tertio esse causas & notiora & priora conclusione. 12

11 Prius & notius, bifariã accipitur secũdum naturam, & secũdũ nos. Intellige principia demonstrationis esse priora & notis-

ra secundum naturam nam vt eleganter inquit Themistius demonstratio ad mensuram ingenii nostri se non submittit, sed rectam tenet ad veritatem viam: nec quid ipsi possimus attendit sed in solam rei naturam incumbit.

maxime vniuersalia: proxima vero *sunt* singularia: atque hæc sibi inuicem opponuntur.

12 Ex primis autem est, quod *est* ex principiis propriis. Idem enim voco primum & principium.

13 Principium autem demonstrationis est propositio immediata. Immediata vero *est*, quia non est alia prior. Propositio autem est enunciationis altera pars, vnum de vno: dialectica quidem, quæ vtrumuis æque sumit: demonstratiua vero, quæ definite *sumit* alterum esse verum. Enunciatio *est* contradictionis vtrauis pars. Contradictio *est* oppositio, medio carens per se. Partium contradictionis *ea quæ significat* aliquid de aliquo, est affirmatio: quæ aliquid ab aliquo, negatio.

13

12 Principia demonstratiua ita sunt prima, vt simul sint etiam propria.

13 Principium definitur, & eius definitio explicatur.

14 Principium diuiditur in thesim & axioma.

14 Ex immediatis autem principiis syllogisticis, thesim *seu positionem* appello *eam*, quam non licet demonstrare, nec necesse *est* eum habere qui discere aliquid velit. *eam* vero, quam necesse *est* eum habere qui discere quiduis debeat, voco axioma. sunt enim quædam eiusmodi: & potissimum in his *appellandis* soliti sumus hoc nomine vti.

15 Thesis subdiuiditur in hypothesim, & definitionem: illa declarat an sit, hæc, quid sit.

15 Ex positionibus vero, *ea*, quæ vtramuis contradictionis partem accipit, (veluti esse aliquid, aut non esse aliquid) *est* hypothesis *siue suppositio*: at quæ hoc vacat, definitio *appellatur*. definitio namque est quidem thesis: ponit enim arithmeticus vnitatem *id* esse, quod est indiuiduum secundum quantitatem: non tamen est hypothesis: nam quid sit vnitas, & esse vnitatem, non idem *est*.

15

16 Ostendit principia esse notiora conclusione.

16 Quia vero *ob id* credere & scire rem oportet, quod talis habetur syllogismus, quem vocamus demonstrationem, hic autem est, eo quod hæc sunt ex quibus syllogismus *constat*: *propterea* necesse *est* non solum prænoscere prima aut omnia, aut quædam, sed

etiam magis. semper enim id magis *tale* est propter quod vnumquodque est *tale*: vt puta id magis dilectum *est*, propter quod diligimus. † quocirca si propter prima scimus & credimus, illa quoque scimus, & credimus magis, quia per illa *scimus & credimus*, etiam posteriora.

17 Fieri autem nequit, vt magis quam *ea* quæ nouit, credat aliquis quæ neque scit neque melius affectus *est* quam si sciret. hoc tamen accidet, nisi per demonstrationem credens prænouerit: quia necesse est maiorem fidem habere principiis aut omnibus, aut quibusdam, quam conclusioni.

18 Non solum autem oportet eum, qui habiturus est scientiam per demonstrationem, magis principia cognoscere, & magis eis credere, quam rei demonstratæ: sed neque aliud ei credibilius esse, neque notius, quam principiis opposita, ex quibus erit syllogismus contrariæ deceptionis: siquidem opus est, vt qui simpliciter scit, labi & errare nequeat.

Refutatio errorum, in quos nonnulli inciderunt, eo quod principia demonstrationis sciri debent.

CAP. III.

QVibusdam igitur, quoniam oportet prima scire, non videtur scientia esse: aliis *videtur* quidem esse, sed omnium esse demonstrationes, quorum neutrum *est* verum, aut necessarium.

2 Nam qui supponunt non esse omnino scire, hi censent in infinitum deduci: vtpote cum non cognoscantur posteriora per priora, quorum non sunt prima: recte dicentes, quorum impossibile *est* infini-

16
17 Cognitio principiorum vel est scientia vel habitus præstantior quam scientia. Intellige secundorum principiorum esse scientiam, quia hæc ex primis demonstratur: primorum autem, quæ proprie & simpliciter appellantur principia, esse intelligen-
17
tiam, quæ est habitus scientia præstantior
18 vt notissima est veritas principiorum, ex quibus extruitur demonstratio: ita notissima est falsitas oppositarum propositionum, ex quibus fit syllogismus apateticus.
CAP. III.
1 Duas veterum falsas sententias refert: quorum alii scientiam omnem negabant, alii omnia per demonstrationem
18
sciri asserebant.
2 Ratio primæ sententiæ est: quia prima principia sciri non possunt,

cum sint indemonstrabilia.

ta percurrere. * Si vero statur, & sunt principia: hæc
16 esse ignota, cum demonstratio eorum non sit: quod quidem solum aiunt esse scire, quod si non licet prima cognoscere, ne illa quidem, quæ ex his *efficiuntur*, sciri posse simpliciter & proprie, sed sub conditione si illa sunt.

20 3 Alii vero: quod ad ipsum scire, consentiunt: tantum enim per demonstrationem esse: verum quominus omnium sit demonstratio, nihil vetare: posse enim circulo fieri demonstrationem, & *omnia* ex se inuicem *probari*.

3 Secundæ opinionis authores rationem pro prima opinione adductam soluunt ponentes demonstrationem cyclicam.

21 4 Nos vero dicimus nec omnem scientiam esse demonstratiuam: sed ea, quæ medio vacant, sciri sine demõstratione: (atque hoc necessarium esse cõstat. nam si necesse *est* vt sciantur priora *&* *ea* ex quibus demonstratio *constat*, & consistitur tandem in iis quæ modo carent: *certe* necesse *est* hæc esse indemonstrabilia) hæc igitur ita dicimus: nec solum esse scientiam, sed etiam principium quoddam scientiæ *a*, quo terminos *b* cognoscimus.

4 Aristoteles ab vtrisque dissentiens statuit conclusionem esse scientiam demonstratiuã, principiorum vero cognitionem siue demonstrationem.

a Quod vocatur intelligentia.

5 Circula autem non posse demonstrari simplici-
22 ter, manifestum *est*: siquidem ex prioribus oportet demonstrationem constare, ac notioribus. fieri enim nequit, vt eadem iisdem simul priora & posteriora sint, * nisi diuerso modo: veluti alia *quod* ad
23 nos: alia simpliciter, quo modo inductio notum facit. Quod si ita *est*: non est recte definitum scire simpliciter, sed *est* duplex: aut non simpliciter *est* altera demonstratio, quæ *scilicet* fit ex notioribus nobis.

b Cum simplices termini sine demonstratione cognoscãtur: inde apparet falsam esse veterum sententiam, qui non putabant esse scientiam nisi per demõstrationem.

6 Accidit autem iis qui asserunt circulo demonstrationem esse, non solum quod nunc dictum est: sed etiam vt nihil aliud dicant, quam hoc esse si hoc sit: sic autem facile *est* omnia *de*monstrare, constat

5 Demonstrationem circularem tribus argumentis im-

autem hoc accidere, tribus terminis positis (nihil enim refert, vtrum quis per multos, an per paucos 24
demonstrationem reflecti dicat: *nec vtrum* per paucos, an per duos) quotiescumque enim, cum est τὸ α, necessario est τὸ β; & cum est hoc, *necessario est* τὸ γ: cũ sit τὸ α, erit τὸ γ. Si igitur cum τὸ α est, necesse est τὸ ϐ esse: cum autem hoc sit, τὸα esse: (hoc enim erat, circulo demonstrare) * ponatur τὸ α, vbi erat τὸ γ. illa igitur oratio, cum sit τὸ ϐ, esse τὸ α, perinde valet, ac si dicatur esse τὸ γ. hęc autem *probat*, cum τὸ α sit, τὸ γ esse: τὸ γ autem est idem quod τὸ α. Quare accidit, vt qui circulo aiunt esse demonstrationem, nihil aliud dicant, quam si τὸ α est, τὸ α esse. sic autem omnia demonstrari facile possunt.

7 Immo ne quidem fieri hoc potest, nisi in iis, quæ 26
sese mutuo consequuntur, vt propria. Vno igitur posito ostensum est *c* numquam aliud quicquam necessario effici. vno inquam termino, aut vna thesi posita. Minimum autem ex duabus thesibus primis potest *aliquid colligi*, siquidem etiam ratiocinari *licet*. Si igitur τὸ α τῷ ϐ & τῷ γ consequens sit, & hæc sibi inuicem, ac τῷ α: sic sane ex se inuicem probari possunt omnia postulata in prima figura, vt demonstratum est in *libris* de syllogismo *d* sed & *illud ibi e* ostensum fuit, in aliis figuris aut non fieri syllogismum, aut non de acceptis. * quæ vero non reciprocantur, neutiquam posse demonstrari circulo. Quocirca cum pauca talia sint in demonstrationibus: apparet, vanum *quiddam* esse & impossibile, si quis mutuam & reciprocam demonstrationem esse, ideoque omnia demonstrari posse dicat. 27

pugnat. Primo quia eadem nõ possunt esse iisdem priora & posteriora simpliciter.

6 Secundo quia demonstratio cyclica petit quæsitum, proinde est inutilis.

7 Tertio quia circulus non habet locum nisi in terminis reciprocis & cõuertibilibus, quare cum multi sint termini qui non reciprocantur: falso veteres asseuerant omnium rerum esse demonstrationem circularem.

c Prior. lib. 1. cap. 23 par. 6
d Prior. lib. 2. cap. 5
e Eod. lib. c. 6. & 7.

Quid sit De omni, Per se, & Vniuersale.

CAP. IV.

CAP. IV.

28 QVia vero non poteſt aliter *ſe* habere *id* cuius eſt ſcientia ſimpliciter: neceſſarium vtique erit, quod cadit ſub ſcientiam demonſtratiuam: demonſtratiua autem eſt, quam ideo habemus, quia habemus demonſtrationem: demonſtratio igitur eſt ſyllogiſmus ex neceſſariis.

2 Accipiendum igitur *eſt*, ex quibus & qualibus *propoſitionibus* demonſtrationes conſtent. * ſed primum definiamus, quid vocemus De omni, & quid
29 Per ſe, & quid Vniuerſale.

3 De omni igitur id appello, quod non in aliquo eſt; in aliquo non *eſt*, nec interdum *eſt*, interdùm non *eſt*. Vt puta ſi de omni homine dicitur animal: ſi vere dicitur hunc *eſſe* hominem, vere *dicetur* etiam *eſſe* animal. & ſi nunc alterum *eſt verum*, alterum quoque *ſimiliter eſt verum*. Et ſi in omni linea *eſt* punctū, eadem *eſt* ratio. Huius autem *rei* ſignum *eſt*: quoniam ita obiicimus, cum velut de omni interrogamur, vel quod alicui non *ineſt*, vel quod interdum non *ineſt*.

4 Per ſe autem voco, quæcumque inſunt in attributione declarante quid eſt: vt triangulo *ineſt* linea, & lineæ punctum: eſſentia namque ipſorum ex his eſt, atque hæc inſunt in oratione dicente quid ſit. † Item ea quæ attributis ſuis inſunt in ora-
30 tione declarante quid ſit: vt rectum & curuum ineſt lineæ, & impar ac par numero, nec non primum *a* & compoſitum *b*, *item* æquilaterum,

1 Quia concluſio demonſtrationis eſt neceſſaria, etiam propoſitiones demonſtratiuæ ſunt neceſſariæ.
2 Priuſquam explicentur conditiones eſſentiales & proprietates propoſitionum demonſtratiuarū
declarandum eſt quid ſit De omni Per ſe, & Vniuerſale.
3 De omni dicitur quod ineſt omni & ſemper
4 Per ſe accipitur quadrifariam Primo, attributum, quod ponitur in definitione ſubiecti. Secundo attributum in cuius definitione ſubiectum ponitur, id eſt propria ſubiecti affectio. Reliqua ſunt accidentia.

a Quem ſola vnitas metitur, vt 3 5.7.
b Quem non ſolum vnitas, ſed etiam aliquis numerus metitur, vt 4. 6. 8.

c & altera parte longius *d*, atque his omnibus inest in oratione quid sit dicente, *e* illic *f* quidem linea, hic *g* vero numerus. Similiter & in aliis, ea quæ *sunt* eiusmodi, singulis per se inesse dico.

† Quæ vero neutro modo insunt, *voco* accidentia: vt musicum, aut album *inest* animali. 5 Præterea *per se appello*, quod non dicitur de vllo alio subiecto: vt ambulãs, cum aliud quiddam sit *h*, ambulans est & album. substantia vero & quæcumque hoc aliquid significant. non aliud quiddam sunt quam id quod sunt. Quæ igitur de subiecto non *dicuntur* per se: quæ vero de subiecto *dicuntur*, accidentia voco.

6 Alio preterea modo quod propter se inest vnicuique, per se *est*: quod non propter se accidens. vt si ambulante *aliquo* fulgurauit, accidens *est*: non enim propter ambulationẽ fulgurauit: sed dicimus, hoc accidit. Si vero propter se, per se *inest*, vt si quis iugulatus interiit, & per iugulationem: quoniam *ideò periit* quia iugulatus est, non autem accidit iugulatum interire.

7 Quę igitur in iis quę simpliciter cadunt sub scientiam dicuntur per se ita vt *ipsa* insint attributis, aut ipsis attributa, cum propter se sunt, tum ex necessitate: non enim accidit non inesse aut simpliciter *i* aut opposita: *K* vt lineæ rectum vel inflexum, & numero impar vel par. nam contrarium est aut priuatio aut contradictio in eodem genere: vt par *est* quod non est impar, in numeris qua consequitur

30

c Quam numerus in se ipsum ductus efficit, vt nouenarius. quia ter tria faciunt nouẽ.

d Quam procducit numerus per alium

32

numerum multiplicatus. vt sex. quia duo his accepta conficiunt sex:

e In definitione *f*. In definitione recti & curui. *g* In definitione paris & imparis, primi & compositi, æquilateri & altera parte longioris.

33

5 Tertio quod est in categoria substantiæ, à qua distinctæ sunt accidentium categoriæ.

b Quia connotat subiectum, vt scholastici loquuntur. 34. 6 *Quartus modus pertinet ad causam efficientem, vt iugulatum interire. per se dicitur quia propter iugulationẽ interit: ambulante aliquo fulgurare per accidens dicitur quia non propter ambulationem fulgurauit.* 35 7 *Quod primo vel secundo modo per se dicitur, non solũ est propter se, sed etiam necessarium* *i* Vt homini inest aptitudo ad ridendum k Alternate considerata, vt in sequentib. exemplis. *l* Habet vim contradictionis seu contrarietatis in eodem subiecto, ita vt necesse sit esse alterutrum, vt par aut impar.

36 *m*. quare si necesse *est* affirmare vel negare: necesse *est* etiam *ea* quæ *sunt* per se, inesse.

8 Ergo de omni, & per se, definita sint hoc modo.

9 Vniuersale autem voco, quod & omni inest, & per se, & *qua* idipsum est.

10 Apparet igitur, quæcumque *sunt* vniuersalia, necessario inesse rebus.

11 Per se autem & qua ipsum, idem sunt. vt puta per se lineæ inest punctum, & rectum: quia *inest* qua linea est. item triangulo qua *est* triangulum, *insunt* duo recti: quia per se triangulum *est* æquale duobus rectis.

12 Iam vero vniuersale tunc inest, cum de quouis & primo demonstratur, exempli causa, duos rectos habere, nec figuræ inest vniuersaliter: (quamquam licet de figura demonstrare quod duos rectos habet, sed non de quauis figura: nec vtitur quauis figura is qui demonstrat.) nam quadratum *est* quidem figura, non tamẽ habet *angulos* æquales duob. rectis. quodlibet vero isosceles habet *angulos* æquales duobus rectis, sed non primum, cum triangulũ prius *id habeat*.

Quod igitur omne *&* primum ostenditur duos *angulos* rectos, aut quoduis aliud habere, huic primo inest vniuersaliter: ac demonstratio per se est huius vniuersalis: aliorum autem modo quodam, nõ per se: neque isoscelis est vniuersaliter, sed *latius patet quam isosceles*.

m Quatenus valet hæc cõsecutio: Numerus non est impar. ergo est par.

8 Epilogus.

9 Vniuersale inest omni & semper: & est per se, non per accidens: item est per se, non per aliud.

10 Vniuersale est necessarium.

11 Per se, & 37 *propter se, idem sunt, nimirum cum per se, opponitur ei quod est per aliud, secus, cum opponitur ei quod est per accidens.*

12 Demonstratio est eius quod subiecto vniuersaliter, id est, omni & primo inest.

1 Interdum falso putamus aliquid esse vniuersale: vel quia demonstratum est de singulari quod vnum est: vel de omnibus singularibus, vel quia genus nomine vacat, vel quia affectio inest omni subiecto de quo.

Quibus ex causis peccetur in vniuersali accipiendo, & qua ratione error vitetur.

CAP. V.

Non est autem ignorandum, sæpe accidere vt peccetur, nec sit, quod demonstratur, primum vniuersale, qua videtur demonstrari vniuersale primum. sic autem fallimur, cum aut nihil licet accipere superius præter singulare, vel singularia: aut licet quidem, sed id nomine caret in rebus specie differentibus: * aut est in parte totum *a* in quo demonstratur *b*: particularibus enim inerit demonstratio, & erit de omni, non tamen erit demonstratio huius primi vniuersalis. Dico autem demonstrationem esse huius primi qua est hoc, quando est huius primi vniuersalis. 2 Si quis igitur ostenderit rectas *c* non concurrere; videri possit huius esse demonstratio proprie, quoniam *hæc affectio* est in omnibus rectis *d* non est autem *proprie demonstratio*: siquidem id fit, *e* non quia sunt *f* ita *g* æquales *h*, sed quia

CAP. V.

38. *demonstratur Causæ igitur huius erroris quatuor sunt.*

a Est totum quoddam attributiuum sub se continens multas partes subiectiuas, vt genus multas species

39 *b* Id est, illud de quo recte affectio demonstratur.

2 *Prima causa est, cum demonstratur de omnibus particularibus, quod debuit demonstrari de vniuersali.*


c Id est lineas rectas super quas linea recta cadens, duos angulos ab eadem parte internos rectos efficit.

d Omnibus lineis rectis super quas linea recta cadens, duos angulos ab eadem parte, 40 internos, rectos efficit. *e* Vt lineæ non concurrant. *f* Subaudi anguli interni ab eadem parte facti. *g* Quia ipsi recti sunt. nam omnes anguli recti sunt inter se æquales *h* Duobus rectis.

ſunt quomodocumque *i* æquales k.

3 Et ſi aliud triangulum non eſſet quam iſoſceles: qua iſoſceles, videretur ineſſe.

4 Et proportio commutata *l videbatur ineſſe*, qua *ſunt* numeri, & qua lineæ, & qua ſolida *m*, & qua tempora ſicut oſtendebatur aliquando ſeparatim: cum de omnibus vna demonſtratione probari poſsit *n*. ſed quoniam hæc omnia numeri, longitudines, tempora, ſolida, *ita ſunt* vnum vt nominatim quidpiam non ſint, ac ſpecie differunt inter ſe; *idcirco* ſeparatim accipiebantur. nunc vero vniuerſaliter demonſtratur: non n. *hæc affectio* ineſt *lineis* qua *ſunt* lineæ, & *numeris* qua ſunt numeri: ſed qua ſunt hoc, quod ſupponunt eſſe vniuerſale.



5 Proinde & ſi quis ſingillatim oſtenderit vna aut altera demonſtratione vnumquodque triangulum habere duos rectos *o*; æquilaterũ *inquam* ſeparatim, & ſcalenum & iſoſceles. *is* nondum nouit *ipſum* triangulum eſſe æquale duobus rectis, niſi ſophiſti-

i Vt cum alter eſt obtuſus, alter rectus, ita vt ambo ſimul ſumpti æquiualeant duobus rectis

k Duobus rectis.

3 Secunda cauſa eſt ſi vnum ſit particulare, de quo demonſtratur 4 Tertia cauſa eſt, ſi genus nomine careat.

l Commutata proportio dicitur cum eandem rationem habet primum ad ſecundum, & tertium, ad quartum, rurſus eandẽ primum ad tertium, & ſecundum ad quartum, vt in ſequenti exemplo.

m Corpora.

n Secundum quorumdam recentiorum ſententiam, qua in Ariſtoteles nec probat, nec reprobat, idcirco in fine huius par. inquit.

Supponunt eſſe vniuerſale.

5 *Quarta cauſa eſt ſi demonſtretur de omnibus particularibus.* *o* Tres angulos æquales duob. rectis. *p* Quia alia eſt forma generis, alia ſpecierum.

co modo: nec vniuersaliter triangulum, licet nullum præter hæc sit aliud triangulum. non enim qua triangulum, nouit: nec omne triangulum, nisi secundum numerum: secundum formam vero non omne *p*. etsi nullum est quod non cognoscat.

6 Si subiecta sint homonyma, affectio demonstranda est de singulis: si synonyma, de vniuersali.

42

6 Quando igitur non nouit vniuersaliter, & quando nouit simpliciter? Manifestum *est*, quod si eadem sit *q* essentia trianguli & æquilateri aut cuiusuis aut omnium, *Vniuersaliter nouit r*. si vero non idem *sint*, sed diuersa *s*, & insit *illa affectio triangulo* qua *est* triangulum: non nouit *t*.

q Propter homonymiã quia in homonymis nõ est vna communis essentia diuersa à singulis.

r Subaudi, qui de singulis demonstrauit.

43

s Propter synonymiã, quia in synonymis essentia communis & generalis differt à specialibus & particularibus.

t Qui demõstrauit de singulis.

7 Vtrum autem inest *u* qua triangulum, an quia isosceles? & quando ratione huius primi inest *aliis*? & vniuersaliter cuiusnam *est* demonstratio? *Tunc* sane, cum *aliis* ablatis, *nihilominus* inerit *huic* primo *de quo demonstratum est*. Vt isosceli æneo triangulo inerunt duo recti: sed & *his* ablatis, æneum esse, & isosceles esse, *nihilominus inerit eadem affectio*: atqui *non inerit sublata* figura vel termino. sed non *his* primis *sublatis tollitur*. Quo igitur primo *sublato affectio tollitur*? Si quidem triangulo ratione huius inest etiam aliis, & huius vniuersaliter est demonstratio.

7 Subiectum primum & vniuersale, de quo demonstranda est affectio, est illud, quo primo sublato affectio tollitur.

u Affectio, vt habere tres angulos æquales duobus rectis.

Demonstrationem constare ex principiis necessariis, & per se.

CAP. VI.

CAP. VI.

44

Si igitur est demonstratiua scientia ex necessariis principiis *x* (quod enim scitur, non potest aliter *se* habere) quæ autem per se rebus insunt, necessaria *sunt*: alia namque insunt in *attributione* quid est: alia

x Cum demõstrationis conclusio sit necessaria, etiam principia sunt necessaria proinde per se.

vero sunt, in quorum quidditate insunt subiecta;
quibus *ita* attribuuntur, *vt* necesse sit alterum op-
45 positorum inesse) perspicuum *est* demonstratiuum
syllogismum ex huiuscemodi propositionibus cō-
stare. quiduis enim vel ita inest, vel ex accidēti; acci-
dentia vero non sunt necessaria. 2 Aut igitur ita di-
cendum *est*: aut *hoc* principio posito, demonstratio-
nem esse rem necessariam, & , si demonstratum est
non posse rem aliter *se* habere: ex necessariis igitur
oportet esse syllogismum illum.

46 3 Nam ex veris fieri potest vt etiam non demon-
strans ratiocinetur: ex necessariis autem non potest
quispiam ratiocinari præter eum qui demonstrat, hoc
enim iam demonstrationis est *proprium*.

4 *Hoc* autem signum *ostendit* demonstrationem
constare ex *propositionib.* necessariis: quoniam aduersus
47 eos qui *se* demonstrare putant, ita obiicimus, quod
non necesse *est*: siue existimemus fieri posse vt *res* ali-
ter se habeat, siue disputationis causa. 5 Ex his con-
stat stultos esse eos qui putāt se recte accipere prin-
cipia, si propositio sit probabilis & vera: vt sophistæ
a hanc propositionem accipiunt. Scire est scientiam habe-
re. non enim id est principium, quod est probabile
aut non *probabile*: sed quod est primum ex eo gene-
re, de quo demonstratur: nec proprium *est*, quicquid
verum *est*.

48 6 Quod autem syllogismum illum *b* oporteat es-
se ex necessariis: hinc etiam apparet. Nam si ignorās
rationem cur *res sit*, cum *sit eius rei* demonstratio, non
est sciens: fac τὸ α de γ necessario dici: τὸ β autem me-
dium per quod demonstratum fuit, non *esse* ex ne-
cessitate: *certe* non nouit cur *res sit*. quoniam hoc nō
est propter illud medium: quandoquidem accidit
illud non esse, conclusio vero est necessaria.

2 Principia demonstratiua esse necessaria. probatur Primo, quia conclusio demonstrationis est necessaria.

3 Secūdo quia hinc distinguuntur demonstrationes à syllogismis.

4 Tertio quia huius cō.tionis defectus demonstrationibus obici solet.

5 Ex dictis colligitur, eos errare qui putāt sufficere si principia sint probabilia & vera.

a Protagoras qui ita argumentabatur. Qui scientiā habet, scit quid sit sciētia, qui vero aliquid scit, scientiam habet, ergo qui aliquid scit, per se is scit quid sit scientia.

6 Quarto quia quod non est necessarium nō potest esse causa conclusionis necessariæ.

b Demōstrationem.

7 Præterea si quis nūc nō nouit, cum rationē habeat, sitque saluus, re salua, nec sit oblit⁹ is ne antea 49
quidem cognoscebat: sed interire medium potest, si necessarium non sit. quare habebit rationem & *erit* saluus re salua. nec tamen nouit: ergo ne antea quidem cognoscebat. Quod si medium non interiit, sed fieri potest vt intereat: id quod accidit, erit possibile, & contingens. sed fieri nequit, vt qui ita affectus est, cognoscat.

7 Quoniam quia si medium non sit necessariū interire potest quod si contingat demōstrator saluus, re salua, non oblitus, nesciet quare antea quisque nesciebat.

8 Cum igitur conclusio est necessaria, nihil prohibet quo minus non necessarium sit medium per quod demonstratum est: quia necessarium potest etiam ex non necessariis concludi, quemadmodum & verum ex non veris. * Cum autem medium est
necessarium, etiam conclusio est necessaria, sicut ex 50
veris verum semper colligitur. Dicatur enim necessario τὸ α de β, atque hoc de γ: necesse *est* igitur etiam τὸ α τῷ γ inesse. Cum autem non necessaria est conclusio, fieri nequit vt medium sit necessarium. finge enim τὸ α τῷ γ non ex necessitate inesse, verum τῷ β, atque hoc τῷ γ *inesse* ex necessitate: ergo etiā τὸ α τῷ γ ex necessitate inerit: sed non ita esse supponebatur.

8 Contra datā doctrinā obiicit, quod vt verum ex falsis, ita necessarium ex contingentibus colligi potest.

51
9 Quoniam igitur quod per demonstrationem *quispiam* scit, necessario inesse oportet: per medium quoque necessarium demonstrationem haberi oportere cōstat. alioquin neque sciet cur, nec quod necesse sit illud esse: sed vel putabit se scire, cum nesciat, *nempe* si acceperit quasi necessarium: quod non *est* necessarium: aut ne putabit quidem *scire*, siue per media sciat quod *est*, siue per immediata sciat quamobrem sit.

9 Soluit dictā obiectionem, quia probatio necessarii ex contingentibus non est demonstratio.

10 Accidentiū vero *quæ* non sunt per se quo modo definita fuerunt ea quæ sunt per se, non est scientia demonstratiua: quia non potest necessario probari

10 Accidentiū non est scientia demonstratiua quia non sunt necessaria.

conclusio : quandoquidem accidens potest non inesse. de tali enim accidente loquor.

11 Atqui dubitabit fortasse quispiam. quare hæc *c* interrogare de his *d* oportet:nisi necesse *sit* conclusionem esse?nihil enim refert, si quis, cum quæuis interrogauerit, postea dicat conclusionem.

12 Sed oportet interrogare, non quasi *hoc quod concluditur*, necessarium sit propter ea quæ interrogata fuerunt, sed quia necesse *est* vt *hoc quoque* dicat, qui illa dicit : & vere dicat, si ea vera sint. 13 Quia vero necessario insunt in vnoquoque genere, quæcumque insunt per se, & qua *est* vnumquodque: apparet de his quæ per se insunt, atque ex his esse demonstrationes quæ scientiam pariunt. accidentia namque non sunt necessaria.

14 Quocirca non necesse *est* scire cur sit res quæ concluditur, ne quidem si *illa* semper sint, non autem per se. cuius modi *sunt* syllogismi à signis *ducti*. nam quod est per se, non per se sciet, nec quamobrem *sit*, scire autem quamobrem *res sit*, *nihil aliud* est *quam* per causam scire. * Per se igitur oportet, & medium tertio, & primum medio inesse.

Principia conclusionum demonstrationis, non esse heterogenea, sed syngenea.

Cap. VII.

Non licet igitur ex alio genere in aliud migrantem demonstrare : vt puta *non licet* arithmeticæ probare problema geometricum.

2 Tria namque sunt, quæ in demonstrationib. *spectantur*

11 *Dubitatio*
52
ex dictis oritur cur dialecticus disputet ex propositionibus contingentibus de conclusionibus contingentibus si hæ non inferuntur necessario.
53
c Propositiones contingentes.
d Conclusionibus contingentibus
12 *Soluit dictã obiectionem per distinctionem necessarii quod vel est absolutum vel ex hypothesi. Nam conclusio demonstra*
Cap. VII.
54
tionis debet esse necessaria absolute: conclusio vero syllogismi dialectici est necessaria ex hypothesi, si propositiones veræ sint.
13 *Quia conclusio & propositiones demonstrationis sunt necessariæ, cõsequenter sunt per se.*
55
14 *Nisi propositiones sint per se, non possunt scientiam parere* 56 1 *Principia demonstratiua non sunt heterogenea.*
2 *Tria in scientiis spectantur, affectio, axiomata & subiectum.*
57

spectantur. Primum, conclusio quæ demonstratur, id est, quod alicui generi per se inest. alterum axiomata: axiomata autem sunt, ex quibus demonstratio *conficitur*. tertium est genus subiectum, cuius affectiones & per se accidētia demōstratio declarat.

3 Ex quibus igitur demonstratio *constat*, *ea* possunt eadem *a* esse. quarum autem *scientiarum* genus *b est* diuersum, vt arithmeticæ & geometriæ, *in his* non licet arithmeticam demonstrationem accommodare ad ea quæ magnitudinibus accidunt, nisi magnitudines numeri sint. *c* hoc autem quomodo accidat in quibusdam *d* posteà *e* dicetur.

4 Sed arithmetica demōstratio sēper habet genus *f* circa quod demonstratio *versatur*: & aliæ similiter. quare aut simpliciter *g* necesse *est* idem esse genus, aut quodam modo, *h* si futurum est vt demonstratio transferatur. alioquin *id fieri* non posse constat: quoniam ex eodem genere necesse est & extrema & media esse: quandoquidem, nisi sint per se, accidentia erunt.

5 Idcirco geometriæ non licet demonstrare contrariorum vnam esse scientiam, sed nec duos cubos cubum *facere*, nec *vlli* alii scientiæ licet demonstrare problema alterius scientiæ, iis acceptis quæ ita sunt affecta inter se, vt alterū sub altero cōtineatur: quomodo optica *problemata* ad geometriā, & harmonica ad arithmeticam *referuntur*.

6 Ne id quidem *ad geometriam pertinet*, si quid inest lineis, non qua lineæ *sunt*, & qua ex propriis principiis *constant*. veluti si linea recta sit linearum pulcherrima, aut circumductæ contraria. non enim proprii generis, sed communis cuiusdam ratione *lineis hæc insunt*.

57
2 Tria in scientiis spectantur, effectio, axiomata & subiectum.
3 Axiomata possunt esse pluribus scientiis communia, sed nihilo magis demonstratio transferri potest de vna scientia in alteram, nisi sint scientiæ subalternæ.
58
59
a Secundum analogiam c. 10. part 3.
b Subiectum.
c Nisi subiectum geometriæ cōtineatur sub subiecto arithmeticæ.
60
d In scientiis subalternis.
e Cà. 9. part. 4
4 Demonstratio tum demum transfertur de scientia ad scientiam, cum vtriusque est idem commune subiectum vel sunt scientiæ subalternæ.
61
f Subiectum.
g Vt in diuersis partibus scientiæ naturalis puta, de generatione, & de anima: nam his libris cōmune subiectum est corpus naturale. *h* Vt in scientiis subalternis. *5 Nulla scientia demonstrat problema alterius scientiæ, nisi ea sibi subalternetur. 6 Scientia non demonstrat affectionem communem siue heterogeneam de suo subiecto.*

Demonstrationem esse tantum rerum æternarum.

CAP. VIII.

1 Demonstratio est tantum rerum æternarũ.

PErspicuum quoque *est* si propositiones sunt vniuersales ex quibus syllogismus ille *constat*, necesse *esse* vt æterna sit etiam conclusio huiuscemodi demonstrationis, & (vt simpliciter dicam) ipsius demonstrationis. non est igitur demonstratio rerum caducarum, nec sciẽtia absolute, sed tamquam per accidẽs: quia nõ est ipsius vniuersalis, sed internum & quodam modo. * cum autem talis sit, necesse *est saltem* alteram propositionem non vniuersalem esse & caducam. caducam quidem: quia conclusio quoque erit, si sit *vtraque* propositio. nõ vniuersalem autem, quoniam aliud erit, aliud non erit, *ex iis* de quibus dicitur. quare non licet concludere vniuersaliter, sed quod nunc *ita res se habeat.*

2 Definitio quoque est rerum æternarũ quia vel est principium vel conclusio demõstrationis vel ab ea tantũ differt positione terminorum, quia idem termini aliter in demõstratione, aliter in definitione collocantur. Vide lib. seq. cap 10.

64

2 Similiter *se res* habet in definitionibus: quia definitio vel est principium demonstrationis, vel demonstratio positione terminorum differens, vel conclusio quædam demonstrationis.

3 Quæ sæpe fiunt, vt Lunæ defectio, non demonstrantur quatenus sæpe fiunt, sed sub ea ratione, qua sunt æterna.

65

3 Eorum autem quæ sæpe fiunt, demonstrationes & scientias, vt Lunæ defectionis, perspicuum *est*, qua tales sunt, semper esse: qua vero non semper *sunt*, in parte esse. Quod autem de *Luna* defectione *dixi*, idem *in* certis *similibus rebus intelligi debet.*

Demonstrationem non esse ex communibus, sed ex propriis, proinde ex indemonstrabilibus principiis: ex quibus, an quis sciat, non facile cognitu est.

CAP. IX.

66

CVm autem perspicuum *sit*, fieri non posse vt vnumquodque demonstretur, nisi ex suis principiis, si res quæ probatur, *subiecto* insit, qua *subiectum est* illud *ipsum quod est*: *certe eam rem* scire, non est hoc, † si ex veris & indemonstrabilibus atque immediatis probatum fuerit. fieri enim potest, vt ita *a* probetur, quemadmodum Bryso tetragonismum.

1 *Quia conclusio demonstrationis est per se, etiam principia sunt per se, proinde non sunt communia.*

67

a Per communia.

2 Etenim huiuscemodi rationes probant per commune *quidpiam*, quod & alteri *rei* inerit. idcirco aliis quoque non eiusdem generis *rebus* hæ rationes aptantur. itaque non qua *est* illud, scit, sed ex accidenti: alioqui demonstratio non aptaretur etiam alii generi.

2 *Probat secundam cõsequentiã, id est, principia demõstratiua, quæ sunt per se, esse communia.*

68

3 Vnumquodque autem scimus non ex accidente, cum secundum illud cognoscimus, secundum quod inest ex principiis, quæ illius, qua illud *ipsum est, principia sunt*. exempli causa, duobus rectis æquales *angulos* habere *tunc scimus*, *quando* cui per se inest quod dictum est *cognoscimus* ex principiis huius. quare si & illud per se inest *ei* cui inest, necesse *est* medium in eadem syngenia esse.

3 *Probat primã consequentiã, id est, si conclusio sit per se etiam principia esse per se.*

69

4 *A data regula quod plures scientiæ non demonstrant ex iisdem principiis, excipiũtur scientiæ subalternæ.*

4 Sin minus, at *certe ita erit*, vt *cum probantur problemata* harmonica per *principium* arithmeticum. quæ autem *sunt* eiusmodi, etsi itidem demonstrantur, tamen differunt. quod enim *sit*, *est* alterius scientiæ *b*: quia subiectum genus *est* diuersum *c*, cur autem

b Inferioris scientiæ, quã in scholis vocant subalternatam.

c A subiecto superio scientiæ

sit est scientia superioris *d*, cuius per se affectiones sũt.
quare ex his etiam perspicuum *est*, non posse demõ-
strari vnumquodque simpliciter, nisi ex propriis
principiis. † sed harum *e* principia habent *aliquid*
70 cõmune. 5 Quod si perspicuum hoc *est*: perspicuum
quoque *est*, non posse cuiusque propria principia
demonstrari: quoniam illa erunt omnium princi-
pia, & eorum scientia *f erit* omnium domina. ete-
nim magis scit, qui ex superioribus causis nouit: ex
prioribus enim nouit, cum ex iis nouit, quæ non
sunt effecta, sed tantum causæ. quare si magis nouit,
etiam maxime & si scientia illa sit, *g* & magis &
maxime *scientia est*.

6 Demonstratio vero non aptatur ad aliud genus,
71 nisi (vt dictum) est geometricæ ad opticas vel me-
chanicas & arithmeticæ ad harmonicas.

7 Difficile autem est cognoscere an *quispiam* nouit
72 necne: difficile enim est cognoscere, vtrum ex cu-
iusque *rei* principiis sciamus, an non: putamus au-
tem scire, si modo ex veris & primis quibusdam
propositionibus habeamus syllogismum. sed non ita
est: verum syngenea primis esse oportet.

Definitio & diuisio principiorum. CAP. X.

PRincipia vero in quoque genere appello ea,
quæ quod sint, probari nequit.
2 Quid igitur significant & prima, & quæ ex his
concluduntur, sumitur. quod autem principia sint,
sumere: *quod* alia sint, probare necesse est: veluti,
quid sit vnitas aut quid rectum & triangulum. sed
73 *etiam* vnitatem, & magnitudinẽ esse, sumere *oportet*,

d Quam scholastici vocãt subalternã ẽ.
e Sciẽtiarum subalternarũ
5 *Principia sunt indemonstrabilia maxime tamen sciuntur: & eorũ scientia (si tamen scientia est appellanda) est omniũ domina*
f Non assentior iis qui metaphysicã intelligunt.
g Proprie loquendo, non vocatur sciẽtia, sed intelligẽtia l. seq cap. vltim & Ethic. lib. 6. cap. 6
6 *Demõstratio non sumitur ex alia scientia, præterquam quod in subalternata sumitur ex subalternante*
7 *Difficile est cognoscere, an*
CAP. VIII.
aliquis vere & simpliciter sciat, id est, ex principiis propriis & syngeneis.
1 *Principi definitio.*
2 *Precognitio quid sign ficet est communis principiis & conclusionibus: præcognitio vero quod sit, est propria principiorum.*

74

reliqua vero probare. *3* Ex iis autem quibus vtuntur in demonstratiuis scientiis, alia sunt propria cuiusque scientiæ, alia communia. communia, inquam, secundum proportionem: quoniam *vnumquodque* vtile *est*, *in* quantum *est* in genere sub scientiam *subiecto*. Propria *sunt*, vt lineam esse eiusmodi, & rectum *esse eiusmodi* communia, vt ab æqualibus æqualia si auferas, quæ relinquuntur, *esse* æqualia. Sufficit autem horum vnumquodque. *in* quantum *est* in genere *scientia subiecto*. idem enim faciet, etiamsi non de omnibus *geometra* sumpserit, sed in magnitudinibus solis. arithmetico vero *sufficit*, *si accipiatur* in *solis* numeris.

4 Sunt autem propria, & quæ sumuntur esse circa quæ scientia considerat *ea* quæ insunt per se. verbi causa, vnitates *esse* arithmetica *sumit*. geometria vero puncta, & lineas. hæc sumunt esse & esse hoc. quæ vero *sunt* horum affectiones per se, quid *earum* vnaquæque significet, accipiunt. vt arithmetica, quid impar vel par, vel quadratum *a*, vel cubus *b* geometria, quid irrationale, aut inflecti *d*, aut concurrere *e*. quod autem sit, demonstrant per communia *f*, & per ea quæ demonstrata fuerunt *g*. itidem quæ *fuit* astrologia.

5 Omnis enim demonstratiua scientia circa tria est. *horum duo sunt*, quæ ponuntur esse: nempe genus, cuius per se affectiones *scientia* contemplatur: & communia illa quæ vocamus axiomata, ex quibus primis demonstrant. tertium *est*, affectiones: quarum quid quæque significat, *demonstrator* accipit.

3 Principia primo diuiduntur in communia & propria.

4 Principia propria sunt vt quod subiectum, quod illud sit, & quid affecto quaque significes.

a Numerus quadratus est quem numerus aliquis in se ipsum ductus efficit, vt quatuor, nouem,

75

b Cubus vel numerus cubicus est quem efficit numerus quadratus multiplicatus per suam radicem, vt viginti septem. nam ter tria faciunt nouem, ter nouem faciunt viginti septem. itaque 3, sunt radix: 9, numerus

76

quadratus: 27, cubus.

c Incompabile, quod non habet communem mensuram, vt diameter & latus quadrati.

d Inflectitur linea, cum à rectitudine discedit, & fit curua. *e* Concurrunt lineæ, quæ ita coniunguntur in eodem puncto, vt angulum efficiant. *f* Per principia prima, quæ sunt communia toti scientiæ. *g* Per principia secunda.

5 Tria in quaque scientia spectantur, subiectum, affectiones, & axiomata.

6 Quæ sunt per se manifesta, non præcognoscantur expresse, id est, non declarantur in scientiis.

6 Sane scientiæ nonnullæ quominus ex his quædam despiciant, nihil vetat. vtputa *aliqua scientia* non supponat genus esse, si liquido constet *illud* esse: (non enim æque manifestum *est* numerum esse atque calidum & frigidum) neque accipiat, quid affectiones significent, si sint manifestæ: quemadmodum ne communia quidem accipit quid significet, *veluti quid significet* æqualia ab æqualibus auferre, quia notum *est*. Sed nihilominus natura tria hæc sunt, *id est* circa quod demonstrat, & quæ demonstrat, & ex quibus.

77

7 Secundo principia diuiduntur in axiomata, suppositiones siue hypotheses, postulata & definitiones.

7 Non est autem suppositio nec postulatum, *id* quod necesse *est*, esse per se, & videri necesse *est*, non enim ad externum sermonem demonstratio *pertinet*, sed ad eum qui est in anima: quia nec syllogismus *ad illum, sed ad hunc pertinet*. semper enim licet obiicere aduersus sermonem externum, sed aduersus internum sermonem non semper licet.

78

8 principium quod probari potest, si discenti verum videatur, suppositio vel hypothesis: sin minus postulatum appellatur.

8 Quæcumque igitur cum probari possint, sumit ipse *demonstrator* sine probatione, hęc si accipiat probabilia discenti, supponit: & est nō simpliciter suppositio, sed ad illum solum. si vero cum nulla insit opinio, aut etiam *cum* contraria insit, *demonstrator* sumat, idem postulat. eoque differunt suppositio, *quæ Gręce vocabulo hypothesis appellatur*, & postulatum. est enim postulatum, quod est subcontrarium discentis opinioni, quod cum sit demonstrabile, aliquis sumit, eoque vtitur non probato.

79

9 Suppositio declarat an sit: definitio, quid sit.

9 Definitiones igitur non sunt suppositiones, quia non dicunt esse aut non esse. Verum in propositionibus suppositiones *continentur*. Definitiones vero tantum intelligi oportet. hoc autem non *est* suppositio: nisi quis & *verbum* AUDIRE, suppositionem esse dixerit. Sed *illa sunt suppositiones*, quibus positis,

quia illæ sunt, efficitur conclusio. 10 Neque geometra falsa supponit, vt nonnulli asserũt, qui non oportere inquiunt falso *principio* vti: geometram vero mentiri dum pedalem ait *esse lineam*, quæ non est pedalis: aut rectam eam quam descripsit, quę non est recta: aut geometra nihil concludit ex eo quod sit hæc linea, quam ipse protulit, sed *quod sunt ea* quæ hisce *notis* declarantur. 11 Præterea postulatum suppositioque omnis, v*e*l *est* vt totum, vel vt in parte: definitiones autem neutrum horum *sunt*.

80
10 Suppositiones geometricæ non sunt falsæ.

81
11 Suppositio vel est vniuersalis vel particularis: definitio autem nec est vniuersalis, nec particularis.

De principiis quibusdam omnium scientiarum communibus.

CAP. XI.

SPecies igitur esse aut vnum quidpiam præter multa non necesse est, si demonstratio fuerit. sed necesse est, vt vere dicatur esse vnum de multis: quia non erit vniuersale, nisi hoc sit, quod si vniuersale non sit, medium non erit: proinde nec demonstratio. Oportet igitur aliquid vnum & idem in pluribus esse non homonymum.

2 Fieri autem non posse vt *idem* simul affirmetur & negetur, nulla sumit demonstratio, nisi oporteat etiam conclusionem sic probare. probatur autem, cum sumptum fuerit primum de medio vere affirmari, non vere negari: medium autem sumere esse & non esse: nihil refert: itidemque tertium. nam si concessum fuerit, de quo homo vere dicitur, quamuis non homo vere dicatur, si modo tamen homo *vere dicitur*, *eum* esse animal, non autem non animal; profecto vere dicetur; Calliam., etiam si non *sit* Callias, tamen esse animal, non autem non animal. *Huius* autem *rei* causa *est*, quia primum non

1 Demonstratio non arguit esse ideas, quæ sunt vniuersalia ante multa, sed esse vniuersale in multis.
2 Hoc principium, affirmationem & negationem non esse simul veras, non ponitur actu in demonstratione. Quatenus ta-
82
men expresse ponitur in conclusione, eatenus ponitur etiam in maiori propositione, adiunctum maiori extremo: veluti, omnis homo est animal & non est non animal, Callias autem est homo, ergo Callias est animal, & non est non animal.

solum de medio dicitur, sed etiam de alio: quippe quod est in multis. quocirca si medium, & idipsum est & non idispum, ad conclusionem nihil attinet.

83

3 Hoc principio verã esse affirmationem aut negationem, utitur demonstratio ducens ad impossibile.

3 De quauis autem re affirmationem aut negationem *veram esse*, ea demonstratio sumit, quæ *ducit* ad impossibile.

4 Demonstrator non vtitur dictis axiomatis communiter sumptis, sed ad suum subiectū coangustatis.

4 Atque hæc *axiomata* non *sumuntur* semper vniuersaliter, sed *in* quantum sufficit. sufficit autem, *quod sumitur* in genere *subiecto*. dico autem in genere subiecto, vt circa quod genus demonstrationes affert, quemadmodum antea *a* quoque dictum fuit.

84

a Cap. 10. par. 3

5 Scientiis diuersis communia sunt prima axiomata

5 Communicant autem inter se omnes scientiæ secundum communia. communia vero appello *ea*, quibus vtuntur tanquam ex his demonstrantes, non *ea* de quibus demonstrant, nec quod demonstrant.

6 Secundo dialectica.

6 Ac dialectica omnibus *scientiis communis est*.

7 Tertio metaphysica.

7 Et si qua *scientia* vniuersaliter conatur probare communia principia: veluti, de quacumque re *veram esse* affirmationem vel negationem: aut, *esse* æqualia *quæ relinquuntur cum* ab æqualibus *æqualia dempta fuerint*; aut alia eiusmodi.

85

8 Dialecticus nullum habet certū subiectū, nec certa principia, sed ea sumit ex ore aduersarii.

8 Dialectica vero non est ita definitorum quorundam, neque vnius cuiusdam generis: alioqui non interrogaret. demonstranti namque non licet interrogare: quia ex oppositis non probatur idem, vt probatum fuit in libris de syllogismo.

De interrogationibus, & obiter de scientiarum incremento.

CAP. XII.

CAP. IX.

SI vero idem est interrogatio syllogistica, & propositio *qua est altera pars* contradictionis: propositiones autem *sunt* in quaque scientia, ex quibus *constat* syllogismus ille *a* qui in quaque scientia *efficitur*: erit vtique interrogatio quædam scientialis, *de his* ex quibus fit syllogismus in qua que *scientia* proprius.

2 Constat igitur non omnem interrogationem esse geometricam, aut medicam. similiter autem *se res habet* etiam in aliis. sed *ea demum sunt interrogationes geometricæ*, ex quibus vel probatur *eorum* quidpiam, de quibus est geometria, vel quæ ex eisdem principiis probantur, ex quibus geometria, cuiusmodi *sunt* optica *problemata*, similiterque *res se habet* in aliis.

3 Ac de his quidem etiam disceptatio subeunda *est* ex geometricis principiis & conclusionibus. * de principiis autem disceptatio subeunda non *est* geometræ, qua *est* geometra *b*, similiterque se res habet in aliis scientiis.

4 Neque igitur omni interrogatione quisque sciens *est* interrogandus, nec ad omnem interrogationem respondere oportet de quauis re, sed

1 Quædam interrogationes scientiales sūt, non minus quā propositiones.

a Id est, demonstratio.

2 Interrogatio scientialis seu demonstratiua, ea est ex qua aliquid in ipsā scientiā, vel in scientia subalternata demonstratur.

86

3 De iis quæ traduntur in scientia inferiori disputandū est ex principiis & conclusionibus scientiæ superioris: sed de his superioris scientiæ principiis non est in ea scientia, quatenus ea scientia docetur, disputandum.

87

b Qui geometriam docet, de eius principiis disputare potest, non quatenus geometra est, sed dialecticè aut metaphysicè. sic Aristoteles de principiis physicis disputat. *lib. 1. Physic.*

4 Non est quæuis interrogatio in scientiis admittenda.

ad ea quæ illius ſcientiæ *quam quiſque tenet*, finibus continetur.

5 Si *quis* vero ſic diſputet cum geometra quâ geometra *eſt*, apparet eum recte *diſputare*, ſi ex his quidpiam probet: ſin minus, non recte.

6 Sed & manifeſtum eſt, eum non redarguere geometram niſi per accidens.

7 Quocirca apud geometriæ imperitos non eſt de geometria diſſerendum. latebit enim vitioſe diſſerens. ſimiliter autem *res ſe habet* etiam in aliis ſcientiis.

8 Quia vero ſunt quædam geometricæ interrogationes, ſuntne etiam non geometricæ? & in quaque ſcientia. quæ ſunt ſecundum ignorantiã, *ſecundum* qualem ſunt geometricæ, vel non geometricæ: & vtrum ſyllogiſmus ſecundum ignorantiam *eſt* ſyllogiſmus conſtans ex oppoſitis, *c* an paralogiſmus, *d* ſecundum geometriam tamen?

9 An ex alia arte, vt interrogatio muſica, *e eſt* non geometrica de geometria: putare autẽ æquidiſtãtes cõcurrere. † geometricum *eſt* quodam modo *f*, & non geometricum alio modo *g*. * duplex enim hoc *h eſt*, quemadmodum arrhythmum? & alterum quidem *eſt* non geometricum, quia non habet *i*, ſicut arrhythmum k: alterum vero quia praue habet *l*. atque hæc ignorantia *m*. quæ *eſt*, ex huiuſmodi principiis *n*, *eſt* contraria *ſcientiæ*.

5 Didaſcalicè 88 *cum geometra diſputandum eſt, quatenus eſt geometra, id eſt, ita vt aliquid probetur ex principiis geometricis.*
6 Alioqui non redarguitur geometra, niſi per accidens.
7 Apud imperitos alicuius ſcientiæ non eſt de ea ſcientia diſputandum.
8 Proponit tres quæſtiones, I An ſint quædam interrogationes non ſcientiales. II. Secundũ qualem ignorantiam ſunt interrogationes ſcientiales vel nõ ſcientiales III. Vtrum praui ſyllogiſmi qui in ſcientiis fiunt, peccent in materia, an in forma. c Ex propoſitionibus falſis, quæ opponuntur veris, hoc vitiũ ſpectatur in materia ſyllogiſmi d Id eſt prauus ſyllogiſmus, cuius vitium in forma conſiſtit

9 Ad primam quæſtionem reſpondet eſſe quaſdam interrogationes non ſcientiales Ad ſecundam reſpondet, interrogationes ſecundum 89 *ignorantiam quæ in pura negatione cernitur omnino eſſe non ſcientiales, quæ vero ſunt ſecundum prauam diſpoſitionem, eas aliquo modo* 90 *eſſe ſecundum ſcientiam aliquo modo alienas à ſcientia.* e Hæc interrogatio refertur ad ignorantiã puræ negationis: de qua ignorantia vide cap. 18. † Hoc refertur ad ignorantiã prauæ diſpoſitionis, de qua ignorãtia lege c. 16. & 17 *f* Quia materia eſt geometrica *g* Quia eſt falsũ *h* Id eſt, nõ geometricũ. *i* Quia materia nõ eſt geometrica k Quod omni rhythmo caret ſed paulo ante arrhythmũ latius accipiebatur pro eo quod vel nihil rhythmi habet, vel paruũ rhythmũ habet. *l* Id eſt, non eſt geometricũ, quia eſt falsũ *m* Secundũ prauã diſpoſitionẽ. *n* Geometricis falſis.

10 In mathematicis autem non æque *atque in disputationibus* est paralogismus: quia medium semper est duplex, etenim *aliud p* de hoc omni, & de hoc alio *q* omni dicitur, attributum vero non dicitur omne *r*. hoc autem licet quasi videre intelligentia. in disputationibus vero latet *s*, an omnis circulus *sit* figura, quod si descripserit *t*, manifestum *est*. quid autem carmina sunt circulus? apparet *u* non esse.

11 Non oportet autem aduersus id obiicere, si sit propositio inductiua *x*. nam quemadmodum non est propositio *y* quæ non est in pluribus: (quia non erit in omnibus: ex vniuersalibus autem *propositionibus* syllogismus ille *z* *constat*:) ita nec obiectionem *a* esse *b* constat *c*. eædem *d* enim sunt propositiones & obiectiones, quam enim obiectionem *quispiam* affert, hæc potest fieri propositio vel demonstratiua, vel dialectica.

12 Accidit autem vt nonnulli vitiose concludant: quoniam accipiunt *ea quæ* ambobus *extremis* consequentia *sunt*, vt & Cæneus facit *concludens* ignem *gigni* multiplici proportione: quia & ignis celeriter gignitur, vt *ipse* ait, & hæc propositio. sic autem non est syllogismus: sed si celerrime proportioni

10 Transit ad tertiam quæstionem, ac primo loquitur de formæ vitio, considerans tria paralogismorum genera. Primus paralogismus est propter homonymiam medii termini qui potius committitur in disputationibus, quam in mathematicis.
o Bis accipitur *p* Id est, maius extremum *q* Minori extremo Respicit ad Barbara.
r Lege De interpret. cap 7 partic. 3 & 4. & Prior lib. 1. cap. 27. part. 7. 8. 9.
s Quia circulus, est vocabulum homonymum, diciturque tam de figura quadam mathematica, quam de genere quodam carminis. *t* Si geometra descripserit circulum.
u Ex descriptione circuli facta à geometra.

11 *Secundus paralogismus est, quia propositio est particularis, quæ debet esse vniuersalis, vt cum ex duabus propositionibus particularibus arguitur. Hic paralogismus videtur passim committi à mathematicis; sed Aristoteles eos tuetur.*

x Quasi propositio mathematici sit particularis *y* Demonstratiua.
z Id est demonstratio. *a* Demonstratiuam. *b* Nisi sit vniuersalis.
c Supple, dum igitur mathematico falso obiicis, quod vtatur propositionib. particularib. quasi demonstret de his & ex his quæ descripsit in abaco, ipse peccas afferens obiectionem particularem. *d* Eædem sunt materia, sed forma differunt. 12 *Tertius paralogismus est, cum ex duabus affirmantibus arguitur in secunda figura nisi maior propositio reciprocetur ratione materiæ.*

consequens sit multiplex, ignique celerrima in motione proportio. Interdum *e* igitur non accidit vt concludatur ex iis quæ sumpta fuerunt: interdum *f* vero contingit sed non videtur *g*.

13 Quod si non posset ex falsis verum probari, facilis esset resolutio: quia necessario conuerteretur *h*. ponatur enim esse τὸ α *i*: cum autem hoc sit, hæc *quoque* sunt quæ esse noui, veluti τὸ β *k*. ex his *l* igitur ostendam illud *m* esse † Magis autem conuertuntur, quę *traduntur* in mathematicis: quia nullum accidens accipiunt *n*, (immo hoc differunt ab iis, de quibus disseritur) *o* sed definitiones.

14 Augentur autem non per media, sed quia assumunt *alia* vt τὸ α de β, & hoc de γ, rursus hoc de δ, & hoc in infinitum.

15 Et in transuersum: veluti τὸ α & de γ & de ε, vtputa est numerus tantus vel infinitus: hoc, vbi α: impar numerus tantus, vbi β: numerus impar, vbi γ: est igitur τὸ α de γ. atque est par tantus numerus, vbi δ: par numerus, vbi ε: est igitur τὸ α de ε.

e Cum maior propositio non reciprocatur, id est, non constat ex terminis conuertibilibus. *f* Cum maior reciprocatur, quia constat ex terminis conuertibilibus. nam hac reciprocatione facta syllogismus resoluitur in primam figuram.

93


g Quia forma praua est cum peccetur contra regulam secundæ figuræ.

13 *Secundo agit de vitio materiæ quia pro-*

94

positiones sunt falsæ. Hoc quoque vitium potius reperitur in disputationibus, quam in mathematicis. *h* Non minus colligeretur veritas propositionum ex veritate conclusionis, quam huius veritas ex illarum veritate. *i* Id est, propositiones esse veras. *k* Id est conclusio. *l* Ex hac conclusione. *m* Propositiones. *n* Pro medio demonstrationis. *o* A disputationibus dialecticis.

14 *Numerus demonstrationum in scientiis augetur, non quia eadem conclusio demonstretur per plura media, sed quia semper nouæ conclusiones adiiciuntur. Hoc autem bifariam cōtingit. Primo in directum, cum subiectum primæ conclusionis fit attributum in secunda, & subiectum secundæ fit attributum in tertia & ita deinceps.* 15 *Secundo in transuersum, cum idem attribuitur pluribus subiectis per diuersa media.*



Differentiæ demonſtrationis ac ſcientiæ quod ſit, & cur ſit.

CAP. XIII. Cap. X.

SCire autem quod ſit, & cur ſit, differunt primum quidem in eadem ſcientia *a*, atque in hac bifariam. vno modo, ſi non ex immediatis efficiatur ſyllogiſmus: quia non accipitur prima cauſa: ſcientia vero cur *res ſit*, per primam cauſam *habetur*. * alio modo, ſi fiat quidem ex immediatis, at non ex cauſa, ſed ex eo *b* quod inter ea, quæ reciprocantur, notius eſt. nihil enim prohibet, quo minus inter ea quæ ſibi inuicem attribuuntur, notius ſit interdum *id* quod non *eſt* cauſa. itaque ex hoc erit demonſtratio.

95 1 *In eadem ſcientia per cauſam proximam ſcitur cur ſit, per cauſam autē remotam, vel per effectū ſcitur quod ſit.*

a Secundo in 96 diuerſis ſciētiis, inf. part. 13

b Id eſt, ex effectu.

2 Veluti quod planetæ prope ſunt, ex eo *demonſtratur* quod non ſcintillant. eſto, vbi γ, planetæ: vbi β, non ſcintillare: vbi α, prope eſſe. vere igitur τὸ β dicitur de γ: quia planetæ non ſcintil-

2 *Exemplum demonſtrationu quod ſit ex effectu.*

lant. ſed & τὸ α de β: quia quod non ſcintillat, prope eſt. hoc autem ſumptum ſit per inductionem, aut per ſenſum. neceſſe *eſt* igitur τὸ α τῷ γ ineſſe. quare demonſtratum eſt, quod planetæ prope

97 ſunt. Hic igitur ſyllogiſmus non oſtendit cur *res ſit*, ſed quod *ſit*. non enim, quia ſcintillant, ſunt prope, ſed quia prope ſunt, ſcintillant.

3 Exemplum demōſtrationis cur ſit, in iiſdē terminis.

98 3 Accidit etiam, vt alterum per alterum probetur: & erit demonſtratio *docens* cur *res ſit*. Vtputa eſto τὸ γ planetæ: vbi β prope eſſe, τὸ α, non ſcintillare. Ineſt igitur & τὸ β τῷ γ: & τὸ α, *id eſt* non ſcintillare, τῷ β. quare etiā τὸ α *ineſt* τῷ γ. Et eſt ſyllogiſmus *oſtendens* cur *res ſit*: quia ſumpta fuit prima cauſa.

4 Aliud exemplum demonſtrationis ex effectis.

5 Exemplum demonſtrationis cur ſit, in iiſdem terminis.

4 Rurſus, vt oſtendunt Lunam eſſe globoſam per accretiones. etenim ſi quod ita augetur, *eſt* globoſum, augetur autem Luna: perſpicuum *eſt*, quod *eſt* globoſa. Sic igitur eſt ſyllogiſmus *oſtendens* quod

99 *res ſit*.

6 In terminis qui nō reciprocantur, tantum demonſtratur quod ſit, videlicet per effectum, non cur ſit.

5 At ſi è contrario ponatur medium, *erit ſyllogiſmus oſtendens* cur *ſit*: quia non propter accretiones *Luna* eſt globoſa: ſed quia eſt globoſa, *idcirco* ſuſcipit accretiones huiuſmodi. *Sit* Luna, vbi γ: globoſum, vbi β: accretio vbi α.

7 Cum ſumitur cauſa remota, ſimul ter demonſtratur tantum quod ſit, non cur ſit.

6 In quibus autem media non reciprocantur, *idque* eſt notius quod non *eſt* cauſa: oſtenditur quod *ſit*, non cur *ſit*.

c Medium quod extrinſecus ponitur, eſt cauſa remota: quia per inane demonſtratur in ſecunda figura, vt dicetur in 9. part. in qua figura medius terminus ponitur extra extrema.

7 Item in quibus medium extrinſecus ponitur *c*. In his enim demonſtratur quod *ſit*, non cur *ſit*, quia non dicitur cauſa.

8 Veluti cur non reſpirat paries? quia non *eſt* animal. etenim ſi hæc *eſſet* cauſa non reſpirandi, oporteret animal eſſe cauſam reſpirandi: vt ſi negatio *eſt* cauſa cur nō inſit, affirmatio *eſt* cauſa cur inſit: veluti ſi intemperies calidorum & frigidorum *eſt*

caussa non bene valendi, *eorumdem* temperies *est causa* bene valendi. similiterque si affirmatio *est causa* cur insit, negatio *est causa* cur non insit. in iis vero quæ sic explicata sunt, non accidit quod dictum est: non enim omne animal respirat.

9 Fit autem syllogismus huiusmodi causæ in media figura. vt esto τὸ α, animal: vbi β, respirare: vbi γ, paries. omni igitur ε inest τὸ α: quicquid enim respirat *est* animal: nulli autẽ γ: quare etiam τὸ β in*est* nulli γ. non igitur respirat paries. 10 Assimilantur autem huiuscemodi causæ iis quæ dicuntur per hyperbolen, *id est superlationem*. hoc autẽ est abscedẽdo, medium illud dicere, quod latius patet, *quam causa*,

11 Quale *est* illud Anacharsidis, apud Scythas nõ esse tibicines, quia nec vites illic sunt.

12 Ergo in eadem scientia, & secundum mediorum positionem, hæ differentiæ sunt *syllogismi docentis* quod *sit*, & syllogismi *docentis* cur *sit*.

13 Alio autẽ modo differunt cur *sit* & quod *sit*, quia in diuersis scientiis spectentur. eiusmodi vero sunt, quæ ita sunt inter se affecta, vt alterum sit sub altero. quemadmodum optica *problemata affecta sunt* ad geometriam, & mechanica ad stereometriam, & musica ad arithmeticam, & phænomena, *id est apparentia*, ad astrologiam.

14 Fere autem synonymæ sunt harum scientiarum nonnullæ. vt astrologia *dicitur* & mathematica & nautica. item musica *vocatur* tam mathematica, quã ea quæ *spectatur* secundum auditum.

15 Hic n. scire quod *sit proprium est* eorum qui sensus rationẽ habent: *scire* autẽ cur *sit*, mathematicorũ. hi namque habent causarũ demonstrationes, ac sæpe ignorãt ꝙ *res sit*: queãdmodũ qui vniuersale cõtemplãtur, sæpe quædã particularia ignorant. quia non

8 Exemplum demonstrationis quod sit, per causam remotam.

9 Per causam remotam demonstratur in secunda fig: ratio.

10 Cuius remota est superlation: similis.

11 Huc refertur demonstratio Anacharsidis: Tibicines sunt vbi vites: Sed apud Scythas non sunt vites: ergo apud Scythas nõ sunt tibicines.

12 Epilogus.

100

13 Cur sit, & quod sit, interdum spectantur in diuersis scientiis, id est in scientiis subalternis.

14 Scientiæ quædam subalternæ fere sunt synonymæ.

15 In scientia superiori cognoscitur cur

10

sit, in inferiori, quod sit.

d Hę scientiæ superiores.

e Cum essentialiter differant à scientiis inferioribus seu subalternatis.

f Versantur in formis à materia abiunctis.

animaduertũt, hæc *d* autem sunt, quæcumque cum aliud sint, *secundũ* essentiam vtũtur formis *f*. etenim *scientiæ* mathematicæ circa formas *g* versantur: quia *res mathematicæ* nõ *sunt* in vllo subiecto. quáuis enim res geometticæ in quopiam subiecto sint, non tamen qua geometricæ, in subiecto *sunt*. 16 Vt autem optica ad geometriam, sic ad opticam affecta est alia *sciẽtia*: veluti quod *tractatur* de iride. scire enim quod *sit*, *proprium est* physici: cur *sit*, optici aut simpliciter, aut ratione *scientiæ* mathematicæ.

g Abstractas è materia sensibili.

102

16 Scientiarũ subalternarum multi gradus esse possunt.

17 Etiam in scientiis omnino diuersis, non subalternis cõtingit, vt in altera cognoscatur cur sit, in altera quod sit.

17 Ex iis quoque scientiis, quarum vna non collocatur sub altera, multæ sic *se* habent. veluti medicina *sic affecta est* ad geometriam. scire enim quod vulnera orbicularia tardius sanantur, *propriũ* est medici: cur vero *tardius sanentur*, geometræ.

De figura syllogismi demonstratiui.

CAP. XI.

CAP. XIV.

103

1 Primam figuram esse aptissimam ad scientiam gignendam, probatur aliquot argumentis.

2 Primo quia in omnibus scientiis demonstrari solet in hac figura.

3 Secundo quia potissimum per hanc figuram cognoscitur cur sit.

Tertio quia per hanc solam figuram cognoscitur quid sit.

EX figuris autem prima est ad scientiam *gignendam* aptissima.

2 Nam mathematicæ scientiæ per hanc *figuram* demonstrationes *afferunt*: vt arithmetica, & geometria, & optice, & (pene dixerim) quæcumque considerant cur *res sit*, nam aut omnino aut plerumque, & in plerisque scientiis per hanc figuram efficitur syllogismus *docens* cur *res sit*.

3 Ideoque ob hoc etiam est ad scientiam *gignendam hæc figura* accommodatissima: maxime enim ipsius scire proprium *est causam* cur *res sit* contemplari.

4 Deinde scientia, *qua* quid *res* sit *cognoscitur*, per hanc solã figurã potest inuestigari quoniã in media figura

figura non fit attributiuus syllogismus: scientia vero, *qua* quid *res* sit *cognoscitur*, *est scientia* affirmationis. in vltima autem *figura* fit quidem *syllogismus attributiuus*, at non vniuersalis: ipsum vero quid est, *in* rerum vniuersalium est *numero*. non enim homo est quadamtenus animal bipes.

5 Insuper hæc *figura* illis non indiget: illæ autem per hanc densantur *a*, augentur *b* donec ad immediata ventum sit.

6 Perspicuum igitur *est*, primam figuram esse maxime propriam *&* *accommodatam* scientiæ.

5 Quarto quia hæc figura aliis non eget, sed ipsa reliquæ indigent.

a Cum syllogismi secundæ vel tertiæ figuræ resoluuntur in primam.

b Pro syllogismis, quibus vniuersales affirmantes propositiones probantur.

6 Epilogus.

DE IGNORANTIA OPPOSITA SCIENTIÆ DEMONSTRATIVÆ.

Tractatus III.

De propositionibus immediatis negantibus.

CAP. XV.

104

VT autem contingebat τὸ α τῷ ϐ inesse indiuidue, sic etiam accidit non inesse.

2 Dico autem indiuiduè inesse, aut non inesse; quia non est inter ipsa *vllum* medium. sic enim non continget vt secundum aliud insit, vel non insit.

3 Cum igitur vel τὸ α, vel τὸ β in toto aliquo est, vel etiam ambo: fieri non potest, vt τὸ α τῷ ϐ primum non insit.

4 Sit enim τὸ α in toto γ; ergo si τὸ ϐ non est in toto γ: (fieri enim potest, vt τὸ α sit in aliquo toto, τὸ ϐ autem in eo non sit) syllogismus erit, *quo concludetur* non inesse τὸ α τῷ ϐ. nam si omni α *inest* τὸ Γ,

1 Vt affirmationes, ita etiã negationes quædam indiuiduæ sunt.

2 Indiuidua propositio dicitur, quæ medio vacat.

3 Propositionũ quæ non possũt esse indiuiduæ siue immediatæ, genera hæc

105

sunt. quæ subiiciuntur.

4 Primo quarum attributũ est in toto, id est, alteri subiicitur.

ac nulli ϵ, *consequens est*, *vt* nulli ϵ *insit* τὸ α.

106 *5 Secundo quarum subiectum est in toto*

5 Similis ratio *est*, si τὸ β sit in toto aliquo velut in δ. etenim τὸ δ omni ϵ, nulli autem α inest, quare τὸ α nulli β inerit, *vt* per syllogismum *concluditur*.

6 Tertio quarum & subiectum & atributum sunt in toto.

6 Eodem modo probabitur, si ambo in toto aliquo sint.

107 *7 Fieri potest, vt alter propositionis terminus sit in toto, alter minime.*

7 Quod autem fieri possit, vt in quo toto est τὸ α, non sit τὸ ϵ: & rursus, in quo *toto est* τὸ ϵ, *non sit* τὸ α: perspicuum *est* ex rerum classibus, quæ inter se non permiscentur. Nam si nihil eorum quæ sunt in classe α γ δ, attribuitur vlli eorum quæ *sunt* in classe ϵ ε ζ. τὸ α autem est in toto ϑ, re eiusdem classis: perspicuũ *est*, τὸ β non esse in ϑ, alioquin permiscerẽtur classes. Similis *est* ratio, si τὸ β in toto aliquo sit.

108 *8 Si neuter terminus sit in toto, propositio est immediata.*

8 Quod si neutrum sit in vllo toto, ac τὸ α non insit τῷ ϵ: necesse *est*, vt indiuidue non insit. Nam si quod medium sit: necesse *erit*, alterum eorum in toto aliquo esse. aut enim in prima figura, aut in media erit syllogismus. Si igitur *sit* in prima, τὸ β erit in toto aliquo: quoniam affirmatiuam effici oportet propositionem *a* in qua ipsum *b continetur*. Si vero *syllogismus sit* in media figura, vtrumuis *poterit esse in toto*: quoniam vtriuis iungatur priuatio, fit syllogismus. at si vtræque propositiones sint negatiuæ, non erit *syllogismus*.

a Minorem. *b* Ipsum β.

9 Epilogus.

9 Perspicuum igitur *est*, fieri posse vt indiuidue aliud alij non insit: & quando quomodoque id fieri possit, *iam* diximus.

De ignorantia secundum prauam dispositionem in iis quæ medio vacant.

Cap. XII.

Cap. XVI.

109 *1 Definitio ignorantiæ secundum prauam dispositionem.*

Ignorantia vero, quæ non secundum negationem, sed secundum dispositionem dicitur, est

deceptio quæ per logiſmum *a* efficitur.

2 Hæc autem in iis quæ primum inſunt, vel non inſunt, bifariam accidit: nempe aut cum ſimpliciter exiſtimauerit *quiſpiam* ineſse, vel non ineſse: aut cum per ſyllogiſmum ad exiſtimandum adductus fuerit.

3 Simplicis igitur exiſtimationis ſimplex *eſt* deceptio. eius autem quæ fit per ſyllogiſmum, plures.

4 Non inſit enim τὸ α τῷ β indiuidue. ergo ſi concludat ineſse τὸ α τῷ β, medium accipiens τὸ Γ: deceptus erit per ſyllogiſmum.

5 Fieri igitur poteſt, vt ambæ propoſitiones ſint falſæ: fieri etiam poteſt, vt altera tantum *ſit falſa.*

6 Nam ſi neque τὸ α vlli γ ineſt, neque τὸ Γ vlli β, ſumpta autem fuit vtraque propoſitio è contrario: ambæ falſæ erunt, fieri autem poteſt, vt ita affectum ſit τὸ Γ ad α, & ad β, vt neque ſit ſub α, neque vniuerſaliter *attribuatur* τῷ β: quia τὸ β non poteſt eſse in toto aliquo: dicebatur enim, ei primum τὸ α non ineſse. non *eſt* autem neceſse, vt τὸ α omnibus rebus attribuatur vniuerſaliter: quare ambæ *propoſitiones* falſæ erunt.

7 Accidit etiam: vt altera *propoſitio* vera accipiatur, non tamen vtrauis, ſed propoſitio α γ. nam propoſitio γ β ſemper falſa erit: quia *in* nullo eſt τὸ β. at propoſitio α γ, *vera eſſe* poteſt. veluti, ſi τὸ α & τῷ Γ & τῷ β ineſt indiuidue. quando enim idem pluribus primum attribuitur, neutrum alteri attribuetur.

8 Nec quicquam refert, ſi inſit non indiuidue.

9 Deceptio igitur, *quæ exiſtimatur* ineſse, per hæc atque hoc modo ſolum fit: quia non erat in alia figura ſyllogiſmus, *quo concluderetur* ineſse *a*.

10 Ea vero quia exiſtimatur non ineſse, fit & in prima, & in media figura. primũ itaque dicamus, quot

a Per aliquã intellectus operationẽ.

2 *Hac ignorãtia, quatenus ſpectatur in affirmationib. vel negationib. immediatis diuidi ur in ſimplicem & ſyllogiſticam.*

3 *Vt autem illa eſt ſimplex, ita hæc eſt multiplex.*

4 *Exemplum alphabeticum ſyllogiſmi decipientis*

110

5 *In eiuſmodi ſyllogiſmis vtraque, vel altera tantum propoſitio falſa eſſe poteſt.*

F F F

6 *Barbara.*

111

F V F

7 *Barbara ex maio e immediata.*

V F F

8 *Barbara ex minore mediata.*

9 *Deceptio affirmatiua ſpectatur in prima figura duntaxat.*

112

a Sub omni.

10 *Deceptio negatiua locũ habet in prima & ſecunda figuris.*

modis in prima figura fiat, & quomodo habentibus propositionibus.

FFF

11 *Celarent.* 11 Fieri igitur potest, cum ambæ *propositiones* sint falsæ: veluti si τὸ α & τῷ γ & τῷ β inest indiuidue. nam si sumptum fuerit τὸ α nulli γ, τὸ γ vero omni β inesse: falsæ erunt propositiones.

113

12 *Celarent ex altera propositione vera, & altera falsa.* 12 Fieri etiam potest, cum altera propositio sit falsa, & quidem vtrauis.

VFF

13 *Celarent.* 13 Fieri enim potest, vt *propositio* α γ sit vera, sed γ β, falsa, α γ vera: quia non omnibus rebus inest τὸ α. γ β falsa: quia non potest inesse τῷ β τὸ γ cui nulli inest τὸ α: alioqui non erit amplius vera propositio α γ. item si sint ambæ veræ, etiam conclusio erit vera.

114

FVF

14 *Celarent.* 14 Accidit etiam, vt propositio γ β sit vera, cum altera sit falsa: veluti si τὸ β est & in γ, & in α: necesse *est* enim alterum sub altero esse, quare si acceperit

15 *Epilogus.* τὸ α nulli γ inesse, falsa erit propositio. 15 Perspicuum igitur *est*, & cum altera *propositio* sit falsa, & cum ambæ, falsum syllogismum fore.

115

16 *In secunda figura non est deceptio ex vtrisque propositionibus omnino falsis.* 16 In media vero figura fieri non potest, vt ambæ propositiones sint in totum falsæ. cum enim τὸ α omni β inest, nihil licebit accipere, quod alteri omni, alteri nulli insit. oportet autem ita sumere propositiones, vt *medius terminus* alteri *extremo* insit, alteri non insit: siquidem futurus est syllogismus. si igitur ita acceptæ *sunt* falsæ: manifestum est, quod contrario modo *accepta*, vice versa se habebunt. hoc autem *est* impossibile.

116

fFF

17 *Camestre.* 17 At ex parte vtramque falsam esse nihil vetat, veluti si τὸ γ & τῷ α, & τῷ β cuidam inest. nam si sumptum fuerit, omni α, nulli autem β inesse: falsæ *erunt* ambæ propositiones, non quidem totæ, sed ex parte.

18 Itidemque *fiet*, si commutato ordine *pronunciatum* priuatiuum positum fuerit. fFF
18 Cesare.

19 Fieri autem potest, vt altera & *quidem* vtrauis falsa sit. quod enim inest omni α, etiam τῷ ϐ inerit. 117 VFF 19 Camestres.
si igitur sumptum fuerit, toti α inesse τὸ γ: toti autem ϐ non inesse, certe *propositio* γ α, vera erit, γϐ falsa.
20 Rursus quod nulli ϐ inest, omni α non inerit: 118 FVF
nam si τῷ α, etiam τῷ ϐ *inesset*: atqui non inerat, si igitur sumptum fuerit τὸ γ toti α inesse, & nulli β: propositio γβ, vera *erit*: altera vero, falsa. 20 Camestres.
21 Similiter *fiet* transpositio *pronunciato* priuatiuo. 119 VFF
quod enim inest nulli α, etiam nulli β inerit. si igitur sumptum fuerit τὸ γ toti α non inesse, toti autem β inesse: certe propositio, αγ, vera erit; altera vero, falsa. 21 Cesare.
22 Ac rursus quod omni ϐ inest, falso accipitur nulli α inesse: quia necesse *est*, si omni ϐ *inest*, vt etiam cuidam α insit. si igitur sumptum fuerit, omni β inesse τὸ γ, nulli autem α: propositio quidem γϐ, vera erit: sed γ α falsa. 120 FVF 22 Cesare.
23 Perspicuum igitur *est*, & cum ambæ propositiones sint falsæ, & cum altera tantum, fore syllogismum deceptiuum in iis quæ sunt indiuidua. 23 Epilogus

De ignorantia secundum prauam dispositionem in iis, quibus medium aliquod est interiectum.

CAP. XVII.

Cap. XIII.
1 In affirmationibus & negationibus mediatis syllogismus decipiens habet maiorem falsam, minorem veram.

IN iis autem quæ non indiuidue insunt, aut non insunt, cum per proprium medium fit syllogismus falsi, non possunt ambæ propositiones falsæ esse, sed ea tantum, in qua continetur maius extremum. 2 Proprium medium id appello, per quod 2 Definitio proprii medii.

a Colligens verã conclusionem, quæ illi falsę contradicit.

fit syllogismus contradictionis *a*. 3 Insit enim τὸ α τῷ β per medium γ. cum igitur necesse sit, vt

122

propositio γβ sumatur affirmatiua, si fit syllogismus: manifestum *est*, hanc propositionem semper fore

FVF

3 *Celarent ex proprio medio.*

b Id est, cum maior propositio quæ erat vera affirmatio, euadat falsa negatio.

c Decipiens.

d Vero.

veram, quia non conuertitur: propositionem autem, γ, falsam: quoniam hac conuersa *b* syllogismus *c* contrarius *d* efficitur.

4 Similiter *fiet*, & si ex alia classe medium sumptum fuerit: vt τὸ δ, si & in toto α est, & omni β attribuitur. necesse enim *est* vt propositio δβ maneat, altera vero conuertatur. quapropter altera semper vera erit, altera semper falsa. ac fere eiusmodi deceptio eadem est, atque ea quæ *fit* per proprium medium.

113

FVF

4 *Celarent ex medio quod ex alia classe sumptum est id est, quo veritas probari, non demonstrari potest.*

5 Quod si non per proprium medium fiat syllogismus: sane cum sub α est medium, nulli autem β inest, necesse *est* falsas esse ambas *propositiones*. sumendæ enim sunt propositiones contrario modo, quam *re vera* habeant, si futurus est syllogismus. cum autem ita sumuntur, ambæ efficiuntur falsæ, veluti si τὸ α toti δ inest, τὸ δ autem nulli β. his enim conuersis, erit syllogismus, & propositiones ambæ falsæ.

124

FFF

5 *Celarent ex non proprio (id est, quo veritas probari nequit) medio contento sub maiori extremo.*

6 Cum vero sub α non est medium, veluti τὸ δ: *propositio* quidem α δ, vera erit: *propositio* autem δ β falsa, *erit* enim α δ vera: quia non erat in α τὸ δ. at δ β, falsa: quia si vera esset, etiam conclusio esset vera: sed erat falsa.

125

VFF

6 *Celarent ex medio, quod neque proprium est, neque sub maiori extremo continetur.*

7 *In secunda figura syllogismus decipiens habet alteram propositionem*

7 Quando autem per mediam figuram fit deceptio, fieri nequit vt ambæ propositiones sint totæ falsæ. cum enim τὸ β est sub α: nihil est, quod possit alteri omni, alteri nulli inesse, vt antea quoque dictum fuit. 8 Potest autem *esse* altera *falsa*, & *quidem* vtrauis. 9 Nam si τὸ γ & τῷ α & τῷ β insit: si sumptum fuerit τῷ α inesse, sed τῷ β non inesse. *propositio* α γ, vera erit: altera vero, falsa.

10 Rursus si sumptum fuerit τὸ γ inesse τῷ ϐ, nulli autem α: *propositio* quidem γ ϐ vera erit: altera autem, falsa. *veram: alteram falsam.* 117

11 Si igitur priuatiuus sit syllogismus deceptionis, dictum est, quando, & per quæ erit deceptio. *8 Nihil refert vtrum maior, an minor falsa sit.*

12 Si vero *sit* affirmatiuus: cum *est* per proprium medium, impossibile *est* ambas *propositiones* esse falsas: necesse *est* enim *propositionem* γ ϐ manere si futurus est syllogismus, vt antea quoque dictum fuit. quare *propositio* γ α semper erit falsa: hæc enim est, quæ conuertitur. VFF *9 Camestres* 128 FVF *10 Cesare.* 129 *11 Epilogus.* 130

13 Similis ratio *est* si ex alia classe sumatur medium, vt dictum fuit etiam in priuatiua deceptione: quia necesse *est*, vt propositio δ ϐ maneat, α δ vero conuertatur: ac deceptio eadem *est* cum priore. VFF *12 Barbara ex proprio medio.* 131 VFF

14 Cum autem non per proprium *medium extruitur syllogismus*: si quidem sit τὸ δ sub α, hæc erit vera: altera falsa. potest enim τὸ α pluribus inesse, quorum alia sub aliis non sint collocata. *13 Barbara ex medio sumpto ex altera classe.* 132 VFF

15 Quod si τὸ δ non sit sub α: hanc quidem semper constat esse falsam, quia sumitur affirmatiua, sed δ ϐ tam vera, quam falsa esse potest. nihil enim prohibet, quominus τὸ α nulli δ insit, τὸ δ autem omni ϐ, vt animal *inest nulli* scientiæ: scientia *omni* musicæ. Rursus nihil *prohibet quominus* τὸ α nulli δ, ac τὸ δ nulli ϐ *insit*. Perspicuum *est*, cum medium non est sub α, & ambas propositiones falsas esse posse, & alterutram. *14 Barbara ex non proprio medio contento sub maiori extremo.* FVF *15 Barbara, & Barbara, ex non proprio medio quod non est sub maiori extremo.* VFF

16 Quotupliciter igitur, & per quæ possint effici deceptiones syllogisticæ, tam in immediatis, quam in iis quæ per demonstrationem *probantur* perspicuum est. 133. *16 Epilogus.*

De ignorantia secundum negationem.

Cap. XIV.

Cap. XVIII.

134 1 *Deficiente aliquo sensu necesse est deficere aliquam scientiam.*

PErspicuum etiam *est*, si quis sensus desit, necesse esse vt aliqua scientia desit, quam impossibile est percipere, siquidem discimus aut inductione, aut demonstratione. est autem demonstratio ex vniuersalibus, inductio vero ex particularibus: impossibile vero *est* vniuersalia contemplari, nisi per inductionem: (quoniam & ea quæ abstracta dicuntur, erunt per inductionem nota, si quis declarare velit quædam cuique generi inesse, quamuis non separabilia sint. quatenus vnumquodque *est* hoc tale) vt autem inducant qui sensu carent, fieri nequit: quia singularium *est* sensus: non enim potest accipi ipsorum scientia: quia nec ex vniuersalibus *accipi potest* sine inductione, nec per inductionem sine sensu.

VAIRARVM QVÆSTIONVM SOLVTIO, EX QVA DEMONSTRATIONIS & scientiæ demonstratiuæ proprietates manifestæ fiunt.

Tractatus IV.

Vtrum principia demonstrationis sunt finita, an infinita.

CAP. XIX.

OMnis autem syllogismus ex tribus terminis constat. 2 Et alius quidem vim habet probãdi, inesse τὸ α τῷ γ, quia inest τῷ β, atque hoc τῷ γ. alius vero *est* priuatiuus, alteram propositionẽ habens, *qua significatur* inesse quidpiam aliud alii; alteram, *qua significatur* non inesse. 3 Perspicuum igitur *est*, hæc esse principia, & quę vocantur suppositiones. his enim ita acceptis, necesse *est* probare: veluti τὸ α τῷ γ inesse, per β: rursus τὸ α τῷ β per aliud medium: itidemque τὸ β τῷ γ.

4 Constat igitur eos, qui probabiliter tantũ ac dialectice argumentãtur, hoc solum respicere debere, an ex *propositionibus*, quo ad eius fieri potest, quam maxime probabilibus efficiatur syllogismus. quocirca etsi re vera est *aliquid* mediũ inter α & β, sed videtur non esse: qui per hoc argumentatur, dialectice argumentatur. * *Cum* autem ad veritatem *probationes diriguntur*: ex iis quæ insunt, considerare oportet. *Ideo* autem *quædam* sic *se* habent: quia in *vnoquo-*

1 Omnis syllogismus constat ex tribus terminis.

2 Syllogismus diuiditur in affirmatiuum

CAP. XV. 135

& negatiuum quorum ille constat ex ambabus propositionibus affirmantibus, hic ex altera affirmante & altera negante.

3 Propositiones vocantur principia, & hypotheses.

136

4 In syllogismis dialecticis spectatur probabilitas: in demonstrationib. veritas.

137

5 Quædam attribuuntur per se, non ex accidenti.

quę genere reperitur, quod alii attribuitur non ex accidenti. Dico autē ex accidenti: veluti album illud interdum dicimus ęsse hominem, cum non similiter dicamus etiam hominē *esse* album. hic enim, cū non sit aliud quiddam, est albus. album autem *dicitur homo*: quia accidit homini vt sit albus, sunt igitur nonnulla eiusmodi, vt per se attribuantur.

6 Esto igitur τὸ γ eiusmodi, quod alii non insit, huic vero primo *insit* τὸ β, nec sit aliud interiectum. itidēque rursus τὸ ε *insit* τῷ ζ: atque hoc τῷ β. vtrum igitur necesse *est* hoc consistere, an potest in infinitū progredi? 7 Ac rursus si τῷ α nihil attribuitur per se: τὸ α vero τῷ θ inest primo, interiecto autē nulli priori: item τὸ θ inest τῷ η: atque hoc τῷ β: vtrum hoc quoque necesse *est* consistere, an & hoc potest in infinitum progredi? 8 Differt autem hoc *quæsitum* à priori: quoniam illo modo quæritur incipiendo ab eo quod nulli alii inest cum aliud ipsi insit, vtrum liceat sursum versus in infinitum progredi: hoc autē modo quæritur, sumpto initio ab eo quod alii attribuitur, & nulli subiicitur, vtrum deorsum versus liceat in infinitum progredi. 9 Præterea terminatis extremis, possuntne media esse infinita? verbi gratia, si τὸ α inest τῷ γ, medium autem eorum *est* τὸ β, τῷ β vero & τῷ α *sunt* alia *media*, atque horum alia: vtrum hæc quoque in infinitum possunt progredi, an non possunt?

10 Hoc autem considerare nihil aliud est, quam *quęrere* vtrum demonstrationes in infinitum progrediantur, & vtrum omnium sit demonstratio, an extrema se inuicem terminent. 11 Similiter dico *quærendum esse* de priuatiuis syllogismis, & propositionibus: veluti an τὸ α nulli β insit primo, an sit aliquid medium cui priori non insit. veluti an *me-*

6 His præmunitis quæ hactenus sunt exposita. Primo,
138
quæritur, an in affirmationib reperiatur primum attributum.
139
7 Secundo quæritur an in affirmationib reperiatur vltimum subiectū.
8 Discrimen primæ & secundæ quæstionis.
9 Tertio quæritur, vtrum affirmationum media extremis interiecta, sint
140
finita, an infinita.
10 Tres quæstiones propositæ reducuntur ad vnam generalem, an demonstrationes in infinitum progrediantur necne, id est vtrum omniū sit demonstratio, an sint quædam indemonstrabilia.
11 Eadem quæ
141
stiones proponuntur de negationibus.

dium sit τὸ η,quod insit omni β: & rursus *an* hoc alii priori *τὸ α nõ insit*,veluti an *medium sit τὸ θ*, quod omni η insit. etenim in his quoque aut infinita *sunt ea*, quibus prioribus non inest, aut consistunt.

11 In iis vero quæ reciprocantur, non similiter *se res* habet: quoniam in iis quæ sibi inuicem attribuuntur, nihil est cui primo, vel postremo attribuatur. omnia namque ad omnia, quantum ad hoc, similiter affecta sunt; siue sint infinita, quæ eidem attribuuntur; siue ambo *illa* de quib. dubitatur, sint infinita: præterquam si non similiter fiat reciprocatio: sed alterum *sit* vt accidens; alterum vero, vt attributio. 142 *11 Dictæ quæstiones non habent locum in terminis conuertibilibus.*

Media non esse infinita.

Cap. XX. CAP. XVI

Qvod autem media non possint esse infinita, si tam deorsum quã sursum versus attributiones consistant, manifestum *est*. (voco autem *attributionem* sursum *versus eam* quæ *progreditur* ad magis vniuersale: deorsum *versus eã*, quæ *progreditur* ad particulare) nam si cũ τὸ α attribuatur τῷ ζ, infinita sunt media, vbi ϐ: cõstat accidere posse, vt ab α deorsum versus alterũ alteri attribuatur in infinitum: (quia priusquam perueniatur ad ζ infinita *sunt* media) & α ζ sursum versus *sint* infinita attributa, priusquam perueniatur ad α, quare si hæc *sunt* impossibilia, etiã τοῦ α & τοῦ ζ impossibile *est* infinita esse media. 143 *1 Inter primũ attributum & vltimum subiectum media finita sunt.*

2 Nec enim quicquam refert, si quis dicat quædam τοῖς α ϐ inuicẽ hærere, adeo vt nihil sit interiectũ: alia vero non posse accipi. *quotcumque* enim sũpsero τ͂ ϐ *2 Prolepsis.*

mediavel *relatione habita* ad ε vel ad ζ. aut erũt infinita, aut non: à quo autem primum *incipiant esse* infinita, siue statim, siue non statim, nihil refert. nam quæ *sunt*, post hæc infinita sunt.

In negationibus esse quoddam supremum, & quoddam vltimum, in quibus est consistendum.

CAP. XVII.

CAP. XXI.

144

1 Si in affirmationibus reperiuntur primum subiectũ, & vltimum attributum, reperiuntur etiam in negationib.

PErspicuum autẽ *est*, etiam in priuatiua demonstratione *fore terminum* in quo consistetur, siquidem in attributiua consistitur ex vtraque parte. ponatur enim fieri non posse vt progressus sit infinitus tam ab vltimo sursum versus, (vltimum appello, quod nulli alii inest, cum ipsi aliud *insit*, vt τὸ ζ) quam à primo ad vltimum: (voco autem primum, quod de alio *dicitur* cùm de eo nihil aliud dicatur) si igitur hæc sunt, constat etiam in negatione *fore terminum in quo* consistetur.

2 Dicta sententia confirmatur Pr mo si probationes fiant in prima figura.

2 Tripliciter enim probatur non inesse. Aut enim cui *inest* τὸ γ, ei omni inest τὸ ε; cui vero inest τὸ ε, nulli inest τὸ α. Ergo *in pronunciati* βγ, atque adeo semper alterius interualli probatione necesse *est*, progredi ad principia medio vacantia: quoniam hoc interuallum *est* attributiuum. Alterum autem si alii priori non inest, veluti τὸ δ: opus erit, vt hoc omni ε insit. Etsi rursus alii priori ipso δ non insit, opus erit vt illud omni δ insit. Quocirca cum progressus deorsum versus consistat, etiam sursum versus consistet, atque erit aliquid primum, cui non insit.

145

3 Secundo si probetur in secunda figura.

3 Rursus si τὸ β omni α, nulli autem γ: τὸ α nulli γ inest. Si rursus hoc probare oportet: manifestum est, vel superiori modo probatum iri, vel hoc,

vel tertio. De primo igitur dictum est. secundus autem ostendetur; sic vero probaret, veluti quia τὸ δ omni ε inest, nulli autē γ, si necesse *est* inesse quidpiam τῷ β. Ac rursus si hoc τῷ ϛ non inerit; aliud τῷ δ inest, quod τῷ ϛ non inest. Itaque cum inesse semper superiori sistatur: sistetur etiam non inesse.

4 Tertius autem modus erat: si τὸ α omni β inest, τὸ γ autem non inest: non omni α inest τὸ ϛ. Rursus autem hoc vel per supradictos *modos*: vel similiter probabitur. illis igitur modis consistitur. si vero sic *probetur*: rursus accipietur τὸ β τῷ ε inesse, cui τὸ γ non omni inest. Et hoc rursus similiter *probabitur*. Cum autem supponatur deorsum versus stari: manifeste *est*, fore vt consistat etiam τὸ γ negatum. 146 4 *Tertio si probetur in tertia figura.*

5 Perspicuum autem *est*, & si non vna via probetur, sed omnibus, id est, modo ex prima figura, modo ex secunda, vel tertia, hoc etiam pacto *fore terminum in quo* consistetur. finitæ namque sunt viæ: ac necesse *est* vt finita finities *accepta*, sint finita vniuersa. 147 5 *Quarto si probetur in omnibus figuris.* 6 *Epilogus.*

6 Quod igitur in negatione, si quidem & in affirmatione, statur, manifestum *est*.

1 *Affirmationes esse finitas, dialectice probandum proponit.*

a Affirmationibus.

In affirmationibus reperiri supremum, & infimum, in quibus consistetur.

CAPVT XXII.

2 *Ratio prima est affirmationū essentialium propria, quoniā infinita cognosci non possunt, attributa vero in quæstione quid est* CA. XVIII.

QVod autem in illis *a stetur*, logice considerantibus ita perspicuum *erit*. 2 Sane in iis quæ attribuuntur in *quæstione* quid est, *hoc est* manifestum. nam si licet definire, vel si cognosci potest quid res sit, infinita vero percurrere non licet: necesse *est* ea 148 *cognosci possūt ergo attributa in quæstione quid est, non sunt infinita.*

esse finita, quæ attribuuntur in *quæstione* quid est.

3 Antequam secunda ratio afferatur quædam præmuniũtur Primo distinguuntur attributiones, nã attributio per se, est naturalis non item attributio per accidens.

3 Vniuersaliter autem sic dicamus. Potest enim vere dici, album ambulare, & magnum illud esse lignum: & rursus lignum esse magnum, & hominem ambulare. differunt igitur, hoc modo dicere, & illo modo. cũ enim dico album esse lignũ: tunc dico *id* cui accidit vt sit albũ, esse lignũ. sed albũ non est tãquã subiectũ ligno: quia neque cũ esset albũ, neque cũ *esset* species albi, factum est lignum: proinde non est *lignum*, nisi per accidens. Cum autem lignum album esse dico, non dico aliud quiddam esse album, eique accidere vt sit lignum: (quemadmodum cum dico musicum esse album: tunc enim *dico* hominem esse album, cui accidit vt sit musicus) sed lignum est subiectum, quod factum est *album*. cum aliud quid non esset quam ipsum lignum, aut lignum quoddam.

4 Naturalis seu per se, proprie dicitur attributio, quæ vero est non naturalis seu per accidens, non potest dici proprie & simpliciter attributio sed impropria & cum adiectione illa per accidens.

4 Quod si nomina ponere licet hoc modo dicere, esto attribuere: illo autem modo, aut nullo modo attribuere, aut attribuere quidem, non *tamen* simpliciter, sed per accidens attribuere. Esto autem attributum, vt album: *id* vero cui attribuitur, vt lignum

5 Secundo attributum hic sumitur simpliciter, non per accidens.

5 Supponatur igitur attributum attribui semper ei cui attribuitur simpliciter, non per accidens. sic enim demonstrationes demonstran.

6 Tertio quod simpliciter attribuitur, vel significat quid est, vel quale est, &c.

6 Itaque *attribuitur* vel in *quæstione* quid est, vel quia *est* quale, aut quantum, aut *relatum* ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando: *nimirum* cum vnum vni attributum fuerit.

7 Quarto duplex est discrimen inter attributionem per se & accidentarium Unum est quod illa significat

149

essentiam subiecti, hæc vero accidens.

7 Præterea quæ significant essentiam, significant *id* cui attribuuntur, nihil aliud esse quam illud ipsum quod attribuitur, aut partem eius. Quæ vero non essentiam significant, sed dicuntur de alio subiecto, quod nec est illud ipsum attributum, nec pars

eius: *sunt* accidentia. vt homini *attribuitur* album. homo namque nec est ipsum album, nec ipsum quiddam album: sed fortasse animal: homo enim est ipsum quiddam animal.

8 Quæ vero non essentiam significant, oportet alicui subiecto attribui: nec esse album quoddam, quod, cum non sit aliud quidpiam album sit. valeant enim ideæ: quia sunt teretismata: & si *re vera* sint, nihil *tamen* ad hunc sermonem pertinent: non enim demonstrationes de *rebus* huiusmodi sunt.

9 Præterea si non est hoc huiusce qualitas, & illud huius, nec qualitatis qualitas: fieri non potest vt ita inuicem attribuatur: sed vere quidem dici potest, inuicem autem attribui vere non potest.

10 Quid enim? attribuetur-ne vt substantia? veluti si sit genus, aut differentia *generis* attributi.

11 Atqui ostensum est, hæc non fore infinita, nec deorsum, nec sursum versus, veluti, homo *est* bipes: hoc *est* animal: hoc autem *est* aliud. nec *progressu infinito* animal *dicetur* de homine, hoc de Callia, hoc de alio in *quæstione* quid est. omnem. n. huiusmodi substantiam licet definire: infinita vero non possunt intelligentia percurri. quocirca nec sursum nec deorsum versus *sunt* infinita: quandoquidem eam definire non licet, cui infinita attribuuntur.

12 Sane vt genera, non sibi mutuo ac reciproce attribuentur: alioquin genus erit pars suiipsius.

13 Sed nec quale, nec aliquod aliud *accidens inuicem* attribuitur, nisi per accidens: hæc enim omnia accidunt, & substantiis attribuuntur.

14 At vero nec sursum versus infinita erunt. nam vnicuique *res* attribuitur, quod significat vel quale

8 Alterum discrimen est, quod essentiæ non sint in subiecto, sed accidens insit in subiecto, nec sunt per se, vt falso Plato existimauit qui ideas per se consistentes ponebat non solum substantiarum, sed etiam accidentium.

9 Quinto, Accidentia sibi inuicem non attribui, licet de se inuicem vere dicantur duobus argumentis probat: Primum argumentum est, quia non est accidens accidentis. 150

10 Dicto argumento videtur obstare, quod accidens attribuitur suæ speciei, vt color albori.

11 Obiectioni modo allata occurrit Aristoteles duobus modis. Vnus est quod nihilominus attributa erunt finita, quoniam attributio generi de specie est essentialis, ita autem par. 2. probatum fuit attributa essentialia esse finita. 12 Alter modus est quod nihilo magis acciden- 151 *tia sibi inuicem attribuentur: quia genus & species non reciprocantur. 13 Alterum argumentum est quia accidens debet attribui substantiæ non accidenti. 14 Sexto omnia attributa referuntur ad decem genera.*

quiddam, vel quantum quiddam, vel tale quidpiã, vel quæ *ſunt* in *rei* eſſentia, hæc autem finita ſunt. ac genera categoriarum finita ſunt: aut enim eſt quale, aut quantum, aut ad aliquid, aut faciens, aut patiens, aut vbi, aut quando.

5 Supponitur autem, vnum vni attribui.

1 Quæ autem non *ſignificant* quid eſt, ipſa ſibi non attribui: quoniam omnia ſunt accidentia: ſed alia per ſe, alia ſecundum alium modum: hæc vero omnia dicimus alicui ſubiecto attribui: accidẽs autem non eſſe ſubiectum quoddam. nullam enim eiuſmodi rem ponimus eſſe, quæ, cum non ſit aliud quidpiam, dicatur id quod dicitur; ſed ipſum alii *dicimus attribui*, & alia quędam alii. 17 Itaque nec ſurſum nec deorſum verſus vnum vni ineſſe dicetur. de quibus enim dicuntur accidentia, *ſunt ea quæ continentur* in cuiuſque *rei* eſſentia; atque hæc non *ſunt* infinita. ſurſum vero *ſunt* & hæc, & accidentia: ambo autem non infinita *ſunt*. Neceſſe *eſt* igitur eſſe aliquid, cui primum quidpiam attribuatur, & huic aliud; atque hoc conſiſtere: & eſſe aliquid, quod nec alii priori attribuatur, nec alii priori ſubiiciatur. Expoſitus igitur eſt hic demonſtrationis modus. 18 Præterea vero *eſt* alius *modus*, ſi eorum eſt demonſtratio, quibus aliqua prius attribuuntur.

19 Ad ea vero, quorum eſt demonſtratio, non poteſt quiſpiam melius affectus eſſe, quam ſi *ea* cognoſcat: nec *poteſt ea* cognoſcere ſine demonſtratione.

20 Quod ſi hoc per hæc notum *fit*, hæc autem non nouimus, nec ad ea melius affecti ſumus quam ſi cognoſceremus: ne *id* quidem ſciemus, quod per hæc notum *fieri debet*.

15 Septimo hic conſiderantur attributiones ſimplices, in quibus vnum vni attribuitur proinde non eſt dicendum multiplicari propoſitiones coniunctione attributorum.

16 Octauo accidentia non attribuuntur accidentibus, ſed ſubſtantiis

17 Ratio ſecunda eſt quia ſubiecta ſunt ſubſtantiæ quæ ſũt finitæ item attributa ſunt vel eſſentię, vel accidentia: vtraque autem ſunt finita.

18 Tertiæ rationi proponũtur tres hypo- 152 *theſes Primo propoſitionem mediatam poſſe demonſtrari.*

19 Secundo, ad ea quæ poſſunt demõſtrari, nõ poſſumus eſſe melius affecti, quam ſi ea cognoſcamus nec poſſumus ea ſine demõſtratione cognoſcere. in demõſtrabilĩu aliam eſſe rationem ex poſitum eſt cap. 2. par. vlt.

20 Tertio Igno-

21 Si igitur licet aliquid scire per demonstrationem simpliciter non ex quibusdam, nec sub conditione: necesse *est* attributiones interiectas consistere: quia nisi cōsistant, sed sit semper *aliquid* supra *id quod* sumptum *fuit*: omnium erit demonstratio. quare si infinita percurri nequeunt: quorum est demonstratio, ea non cognoscemus per demonstrationem. si igitur nec melius ad ea sumus affecti, quam si cognoscere-mus: non licet quidpiam per demonstrationem scire simpliciter, sed sub conditione.

22 Logice igitur ex his fides fieri potest de eo quod dictum fuit.

23 Analytice vero per hæc breuius probabitur, nec sursum, nec deorsum versus infinita esse posse attributa in demonstratiuis scientiis, de quibus consideratio *instituta* est. 24 Nam demonstratio est eorum quæ per se insunt rebus.

25 Per se autem dicuntur bifariam nempe quæ illis insunt in *attributione declarante* quid est: & quibus subiecta insunt in *attributione declarante* quid est. vt numero *attribuitur* impar, quod quidem numero inest, sed ipse numerus inest in eius definitione. rursusque multitudo aut diuisibile in definitione numeri inest.

26 Horum autem neutra possunt esse infinita: nec vt impar attribuitur numero: (rursus enim in impari aliud esset, cui, cum esset *in impari impar* inesset. quod si est primum numerus inerit iis qui ipsi insunt. Si igitur infinita eiusmodi non possunt vni inesse, certe nec sursum versus erunt infinita. at vero necesse *est* omnia inesse primo, vt numero, & illis numerum, proinde reciprocabuntur nec latius patebunt)* sed *nec eá* sunt infinita, quę insunt in *attributione declarante* quid est, alioqui nihil posset definiri.

rationis propositionib. ignoratur conclusio.

21 Tertia ratio est: quia nisi attributiones sint finitæ tolletur scientia simpliciter dicta: nec quicquam sciemus nisi sub conditione si principia sint, cum ea principia sint ignota.

22 Hactenus rationes dialecticæ.

153

23 Rationibus dialecticis analytica est subiicienda.

24 Tres hypotheses sumit ut tamquam tria fundamenta rationis analyticæ. Primo attributiones demonstratiuæ sunt per se.

25 Secundo, Per se dicitur duobus modis. Atqui cap. 4. expositi fuerūt quatuor modi, sed Aristoteles hoc loco omisit tertiū & quartum quoniam ille spectant extra propositiones, cū significet terminum simplicem consistentium in categoria substantiæ: hic vero significat causam externam, quæ raro ponitur in demonstratione.

26 Tertio, attributiones quæ sunt primo vel secundo modo per se.

V

27 Trib. hypothesibus expositis sub iecturato analytica: Quæcunque dicuntur per se, sunt finita: atqui omnia attributa dicuntur per se, ergo omnia attributa sunt finita.

154

27 Quare si omnia attributa dicuntur per se, hæc autem non *sunt* infinita: vtique consistent, quæ *sunt* sursum versus: proinde & deorsum.

28 Ex eo quod ostensum est extrema esse finita, colligitur etiam media finita esse.

28 Quod si ita *est*: ea quoque finita erunt, quæ sunt duobus terminis interiecta.

29 Generaliter concludit esse quædam principia demonstrationis, nec esse omnia demonstrabilia.

29 Si autem hoc *verum est*, iam patet necesse esse, vt sint demonstrationum principia, neque sit omniũ *rerum* demonstratio, quod initio diximus quosdam asserere. etenim si sint principia: nec omnia *sunt* demonstrabilia, nec in infinitum iri potest. esse enim horum vtrumlibet, nihil aliud est, quam nullum esse interuallum immediatum & indiuiduum, sed omnia esse diuidua: quoniam ob terminum intrinsecus immissum, non *extrinsecus* assumptum, demonstratur id quod demonstratur. quare si hoc in infinitum *abire* potest, fieri *etiam* potest vt infinita sint media duobus terminis interiecta. sed hoc *est* impossibile si attributiones consistunt sursum & deorsum versus. quod autem consistant, antea logice, nunc vero analytice ostensum fuit.

Cap. XIX.

155

Corollaria. Cap. XXIII.

1 Vnum attributum potest inesse duobus subiectis, tam mediate quam immediate.

His autem probatis perspicuum *est*, si vnum quidpiam duobus insit, veluti τὸ α τῷ γ & τῷ δ, cum alterum alteri, aut nullo modo, aut non omni attribuatur, non semper secundum aliquod commune inesse.

2 Duo recti anguli isosceli & scaleno insunt mediate.

2 Vt puta isosceli & scaleno *hæc affectio*, duobus rectis æquales *angulos* habere, secundum commune quiddam inest. inest enim qua *est* figura quædam, non qua *est* aliud. hoc vero non semper ita se habet.

3 N. si quædam insint immediate, erunt media infinita: sed consequens esse falsum ex supra traditis constat, ergo falsum est etiã antecedens.

3 Esto namque τὸ ε, secundum quod τὸ α τῷ γ δ inest. constat igitur, etiam τὸ β τῷ γ & τῷ δ *inesse* se-

cundum aliud commune, & illud secundum aliud. quare inter duos terminos infiniti esse termini poterunt, quod *tamen est* impossibile. Non *est* igitur necesse, vt semper idem multis insit secundum commune quidpiam: quandoquidem erunt immediata interualla.

4 Quod dictũ est, pertinet ad demonstrationes, non ad syllogismos dialecticos.

156

4 Porro necesse *est* terminos esse in eodem genere & ex eisdem tomis. siquidem commune illud est ex iis quæ per se insunt. non enim licebat ex vno genere in aliud genus transferre ea quæ demonstrantur.

5 Si est mediũ, est demonstratio: si non est mediũ non est demonstratio. Hoc obtinet tam in affirmationibus.

6 Quam in negationibus.

5 Perspicuum quoque *est*, quando τὸ α τῷ β inest, si est quoddam medium, demõstrari posse quod τὸ α τῷ β inest. atque huius elementa sunt hæc, & quæcũque sunt media. nam immediatæ propositiones *sunt* elementa, vel omnes, vel *ea quæ sunt* vniuersales. at si non est *vllum medium*, non est amplius demõstratio, sed ad principia via hæc est. 6 Similiter si τὸ α τῷ β non insit, siquidem est quoddam vel medium, vel prius cui non insit, est demonstratio, sin minus, non est. 7 Sed principia & elementa tot sunt, quot *sunt* termini, ex iis enim *constitutæ* propositiones, sunt principia demonstrationis.

157

7. Tot sunt principia simplicia quot sũt termini ex quibus fiunt principia coniuncta, id est propositiones.

8 Principiorũ coniunctorum alia sunt affirmantia, alia negantia.

8 Et quemadmodum quædam principia sunt indemonstrabilia, *quibus affirmatur* hoc esse hoc, & hoc inesse huic: ita etiam *sunt quædam indemonstrabilia, quibus pronunciatur* hoc non esse hoc, aut hoc non inesse huic. Quapropter illa erunt principia, *quæ significabunt*, esse quidpiam: alia, *quæ significabunt*, non esse quidpiam.

158

9 Progressus ad propositiones immediatas sic habet: Primo in syllogismus primæ figuræ affirmatiuis sumitur medium maiori & minori extremo interiectum, sed minori proximũ.

9 Cum autem aliquid probare oportet. sumendum *est id* quod τῷ β primum attribuitur. sit τὸ γ, & huic similiter attribuatur τὸ α. atque ita semper progrediendo, numquam extrinsecus *accipitur* propositio, nec sumitur quod inest τῷ α in probatione *facienda*:

ſed ſemper medium denſatur, donec indiuiſibilia facta ſint, & vnum. Eſt autem vnum, cum factum eſt immediatum, & vna propoſitio ſimpliciter, *nimirum* immediata, & vt in aliis *rebus, ita in demonſtrationibus* principium *eſt res* ſimplex. hoc autem non vbique eſt idem: ſed in pondere mina, in concentu dieſis, aliud vero in alia re, ſic in ſyllogiſmo vnū illud, *eſt* propoſitio immediata. in demōſtratione autem & ſcientia *eſt* intelligentia * In ſyllogiſmis igitur quibus ineſſe oſtenditur: nullum *medium* extra cadit.

10 Secundo in ſyllogiſm s primæ figuræ negatiuis ſumitur medium minori extremo proxime 159 *attributum, de quo negatur maius extremum.*

10 In priuatiuis autem hic quidem nihil cadit extra id quod ineſſe non oportet, veluti ſi τὸ α τῷ β per γ non *ineſt*. nam ſi omni β *ineſt* τὸ Γ, nulli autem γ τὸ α: rurſus ſi oporteat *probare* τὸ α nulli γ ineſſe, medium ſumendum *eſt* τοῦ α & Γ. atque ita ſemper progredietur. 11 Quod ſi oporteat probare τὸ δ τῷ ε non ineſſe, quia τὸ Γ ineſt omni δ, & nulli aut non omni ε: nunquam *medium* cadet extra ε; hoc autem eſt *id* cui non oportet ineſſe. 12 In tertio autem modo nunquam progredietur extra *id* à quo vel quod priuare oportet.

11 Tertio in ſecunda figura ſumitur medium, quod de altero extremo affirmatur, de altero negatur.

12 Quarto in tertia figura ſumitur mediū ſub extremis.

Vtrum vniuerſalis an particularis demonſtratio ſit præſtantior.

Cap. XX.

CAP. XXIV.

160 *1 Tres quæſtiones ad demonſtrationum cōlationem pertinentes proponit: quarum vna hoc capite, reliquæ duæ ſequenti capite* 161 *ſunt examinandæ.*

CVm autem alia ſit demonſtratio vniuerſalis, alia particularis, & alia attributiua, alia priuatiua: ambigitur, vtra *ſit* melior. idem *quæritur* de ea demonſtratione, quæ dicitur *directo* demonſtrare, & de ea quæ ducit ad impoſſibile. † Primum igitur tractemus de vniuerſali & particulari: atque hoc expoſito, de ea quoque dicamus, quæ *directo* probare dicitur, & de ea quæ *ducit* ad impoſſibile.

2 Videri igitur fortasse possit quibusdam ita considerantibus particularis esse melior, nam si *ea* demonstratio melior *est*, secundum quam demonstrationem magis scimus, (hæc enim *est* virtus demonstrationis) magis autem scimus vnumquodque, cum id cognoscimus per se, quam cum per aliud, (vt Coriscum *esse* musicum *magis scimus*, cum Coriscum esse musicum *cognoscimus*, quam cum *cognoscimus* hominem esse musicum. similiter *dicendum est* etiam in aliis) vniuersalis autem *demonstratio* quod aliud, non quod ipsum sit demonstrat, (veluti quod isosceles, non quia *est* isosceles, sed quia *est* triangulum, *habeat tres angulos æquales duobus rectis*) particularis vero *demonstratio*, quod ipsum *sit*: si igitur melior *demonstratio est* quæ *demonstrat* per se, talis autem est particularis potius quam vniuersalis: etiam melior est particularis demonstratio.

2 Demonstratio particularis videtur præferenda vniuersali. Primo quia per particularem videmur magis scire, eo quod particularis videtur demonstrare per se, vniuersalis autem per aliud.

162

3 Præterea si vniuersale non est quidpiam præter singularia: demonstratio vero *eam* opinionem inducit, *vt* aliquid esse *putemus* id secũdum quod demonstrat, & eiusmodi quandam naturam in rebus extare (veluti trianguli præter particularia *triangula*, & figuræ præter particulares *figuras*, & numeri præter particulares numeros) melior autem *est demonstratio* de eo quod est, quam de eo quod non est: & *ea* per quam non decipietur, quam ea per quam decipietur: vniuersalis autem est eiusmodi: (procedentes enim *de*monstrant, quemadmodum de *eo quod est* analogum; veluti quod est eiusmodi, vt neque sit linea, neque numerus, neque solidum, neque planum, sed aliquid præter hæc, *id* fore analogum) * Si igitur hæc *est* magis vniuersalis: minus autem versatur in eo quod est, vniuersalis *demonstratio*, quam particularis, & falsam opinionem gignit: de-

3 Secundo quia demonstratio particularis est de ente, vniuersalis de non ente. Tertio quia vniuersalis demonstratio decipit, non item particularis.

terior vtique est vniuersalis particulari.

4 Soluit ac retorquet secundam rationem quoniam affectiones vniuersalibus insunt per se, particularibus autem per accidens.

4 An primum quidem altera ratio non magis in vniuersali, quã in particulari locum habet? Nam, si hæc *affectio, habere tres angulos æquales* duobus rectis, inest non qua isosceles, sed qua triãgulum: qui a nouit isosceles *affectione illa præditum esse*. minus nouit per se, quam qui nouit triãgulum *eam affectionem habere*. & omnino, si non sit qua triangulum, & id ostẽdat, non erit demonstratio. at si sit: *profecto qui quãq;* rem, qua res quæque *est*, nouit, magis nouit. Si igitur triangulum latius patet *quam isosceles*. & est eadem definitio, nec secundum homonymiam *dicitur* triãgulum: atque inest omni triangulo *affectio illa, habere tres angulos æquales* duobus *rectis: certe* non triangulum qua isosceles, sed isosceles qua triangulum, habet huiuscemodi angulos. Quocirca qui vniuersale nouit, magis nouit quã inest, quam qui particulare. Melior igitur est *demonstratio* vniuersalis, quã particularis.

5 Soluit ac retorquet secundam rationem quia vniuersalia magis sunt quam particularia: proinde vniuersalis demonstratio magis est de ente, quam particularis.

5 Præterea si sit vna quædam definitio, nec sit homonymia: vniuersale nihilominus erit, quam nonnulla particularia: immo magis, quatenus incorruptibilia in illis sunt, particularia vero sũt magis corruptibilia.

6 Soluit tertiã rationem, negãs vniuersalem demonstrationem esse causam vt credamus esse vniuersalia quæ non sunt.

6 Præterea nulla necessitas *nos cogit* vt existimemus hoc esse aliquid præter hæc *singularia*, quia vnam rem significat, non magis quam in aliis, quæ non significant quid, sed vel quale, vel ad aliquid, vel facere: si *quis* vero *id existimet*, non demonstratio est *huius erroris* causa, sed is qui audit.

165

7 Vniuersalem demonstrationem esse particulari, præfert.

7 Præterea si demonstratio est syllogismus ostendens causam & cur *res sit*: vniuersale *autem est* magis causa, id enim cui quidpiam per se inest, ipsum sibi *est* causa: vniuersale autem *est* primũ: vniuersale igitur *est* causa. quare demonstratio quoque *est* melior:

quoniam magis ostendit causam, & cur *res sit*. 8 Prætereà eousque quærimus cur *res sit*, ac tunc putamus cognoscere, quando non *ideo* quod aliud *fiat* vel *sit*, hoc fit, vel est. sic enim iã est finis & terminus vltimus. Vt puta, cuius causa venit? vt pecuniã accipiat. hoc vero, vt redderet, quod debebat. hoc autẽ, ne iniuste agat. atque ita progredientes, quãdo non *est* amplius propter aliud, neque alius *rei* causa dicimus propter hoc, tamquam finẽ venisse & esse & fieri. tuncque maxime scire cur venerit. si igitur similiter *res se* habet in omnibus causis & *quæstionibus* cur sit: in iis autem quæ sic *sunt* causæ, vt *id* cuius gratia, ita maxime cognoscimus: etiam in aliis tũc maxime cognoscimus, cum non amplius sit hoc quia aliud. Cum igitur cognoscimus *angulos* externos esse æquales quatuor *rectis*, quia *est* isosceles: adhuc desideratur quamobrem isosceles *habeat hanc affectionem*: quia *scilicet* triangulum *eam habet*: & hoc, quia figura rectilinea *eandem habet*. quod si hæc nõ amplius propter aliud *habet*, tunc maxime scimus. atqui tũc vniuersaliter *scimus*. Ergo vniuersalis demõstratio melior *est*, quã particularis. 9 Præterea quo magis particularia sunt, *eo magis* ad infinita declinant: qua vero *sunt* vniuersalia, ad simplex & terminum *accedũt*. sed qua *sunt* infinita, sciri nequeunt: qua vero sunt finita, sciri possunt. qua igitur *sunt* vniuersalia, magis sciri possunt, quam qua particularia. ergo vniuersalia *sunt* magis demõstrabilia. eorum autem quæ *sunt* magis demonstrabilia, magis *est* demonstratio: simul enim sunt magis, quæ *referuntur* ad aliquid. melior igitur *est demonstratio* magis vniuersalis: siquidem *est* etiam magis demonstratio.

10 Præterea optabilior *est ea demonstratio*, secundum quam hoc & aliud *nouit*, quam *ea*, secundum quam

dam, probatur multis rationibus. Primo quia demonstratio vniuersalis magis ostendit causam.

166

8 Secundo quia magis facit vt sciamus.

167

9 Tertio quia vniuersalia magis sunt finita & accedunt ad vnitatem, proinde sunt magis demonstrabilia.

168

10 Quarto quia per demonstrationem vni-

uerſalem plura cognoſcimus, quam per particularem.

hoc ſolum nouit: qui vero habet vniuerſale, nouit etiam particulare, hic autem non nouit vniuerſale. quare etiam ita *efficitur*, *vt demonſtratio vniuerſalis* ſit

169

11 Quinto quia vniuerſale eſt magis ſcibile quam particulare.

optabilior. 11 Præterea ſic *idem probatur*: vniuerſale enim magis noſſe licet, quia *de*monſtratur per medium propinquius principio. proximum autem *eſt*, quod eſt immediatum: atque hoc *eſt* principium.

12 Sexto quia medium demõſtrationis vniuerſalis eſt propinquius primo principio.

12 Si igitur *demonſtratio* ex principio, *exquiſitior eſt* ea *demonſtratione* quæ non *eſt* ex principio: *certe* quæ magis *eſt* ex principio, exquiſitior demonſtratio *eſt*, quam *ea* quæ minus *eſt* ex principio. eiuſmodi autem eſt, quæ *eſt* magis vniuerſalis; melior igitur *eſt*, *quæ eſt* vniuerſalis. Veluti ſi oportebat demonſtrare τὸ α de δ, media autem ſint vbi β γ. ſuperius igitur eſt τὸ β. quocirca *demonſtratio*, quę per hoc *efficitur*, *eſt* magis vniuerſalis.

13 Inter rationes ſupra adductas duplex eſt diſcrimen: Vnũ eſt, quod aliæ ſunt dialecticę. vt tertia & quarta: aliæ analyticę vt prima, ſecunda, quinta, & ſexta.

13 Sed ex dictis *argumentis* quædam logica ſunt. 14 Maxime autem patet vniuerſalem demonſtrationem eſſe præſtantiorem: quia *duarum* propoſitionum priorem habentes, etiam poſteriorẽ quodammodo cognoſcemus, & habemus poteſtate: veluti ſi

170

14 Alterũ diſcrimẽ eſt, quod quarta ratio eſt omnium euidẽtiſſima, quæ tamen obiter hic ab Ariſtotele explicatur.

quis nouit omne triangulum *habere tres angulos æquales* duobus rectis, quodammodo nouit etiam iſoſceles *habere tres angulos æquales* duobus rectis, poteſtate *ſcilicet*, etiam ſi non nouerit eſſe triangulum: qui vero hanc propoſitionem habet, nullo modo nouit vniuerſale: *id eſt*, nec poteſtate, nec actu.

15 Septimo quia vniuerſalia cognoſcuntur per intellectum, particularia per ſenſum.

15 Et vniuerſalis quidem *propoſitio eſt* intelligibilis, particularis vero in ſenſum definit.

16 Concluſio.

16 Quod igitur *demonſtratio* vniuerſalis *ſit* melior particulari, tot à nobis dicta ſunto.

Quod affirmans demonstratio sit melior negante.

CAP. XXV.

CA. XXI.

171

1 Affirmantem demonstrationem prefert particulari.

2 Primo quia demonstratio vniuersalis ex paucioribus principiis constat.

QVod autem ostensiua sit melior quam priuatiua, hinc manifestum *erit.* 2 Esto namque ea demonstratio melior, (cum cetera eadem sint) quæ ex paucioribus postulatis vel hypothesibus; vel pro positionibus *constat.* nā si *propositiones* æquè notæ sūt; celerius cognitio per has acquiretur. hoc autem *est* optabilius. Ratio autem huius propositionis, quod melior sit *demonstratio*, quæ *est* ex paucioribus. sed vniuersalis, *ratio* (*inquam*) hæc ést: nam si æque nota sint media, sed priora sint notiora: esto per media β γ δ demonstratio, *qua probetur* τὸ α τῷ ε inesse: demonstratio vero per ζ η, *qua probetur* τὸ α *inesse* τῷ ε. *Hæc autem* similiter *se* habent, τὸ α τῷ δ inesse, & τὸ α τῷ ε. quod autem τὸ α *insit* τῷ δ, prius & notius *est*, quam quod τὸ α *insit* τῷ ε. quoniam hoc per illud demōstratur. credibilius autem ést id per quod *demōstratur, quam quod demonstratur.* Demonstratio igitur quæ per pauciora *absoluitur*, melior *est*, si cætera eadem sint. Itaque ambæ per tres terminos & duas propositiones demonstrant: sed altera sumit esse quidpiam, altera vero & esse, & non esse quidpiā. per plura igitur fit. proinde *est* deterior.

172

3 Secundæ rationi preponuntur duæ hypotheses, vna est ex duabus negationib. nihil colligi, altera est, negationem probari per affirmationem, non contra

173

3 Præterea quia probatū est non posse, cum ambæ propositiones sint priuatiuæ, fieri syllogismum: sed opus esse, vt altera sit eiusmodi, altera vero *significet* inesse: * hoc insuper sumere oportet: attributiuas enim, aucta demonstratione, necesse *est* fieri plures: priuatiuas autem impossibile *est* esse plures vna in omni syllogismo. pone enim τὸ α nulli *ex iis*

inesse quibus *inest* τὸ ϐ, omni autem γ inesse τὸ β. si rursus oporteat augere propositiones, medium interiiciendum *est*. τῶν α β *medium* esto τὸ δ: τῶν ϐ γ, τὸ ε. Perspicuum igitur *est*, τὸ ε esse attributiuum: τὸ δ vero ad ϐ referri attributiue, ad α priuatiue: etenim opus est, vt τὸ δ omni β, τὸ α autem nulli δ insit, fit igitur vna priuatiua propositio, *nempe* α δ. Idem *est* modus etiam in aliis syllogismis. semper enim medium terminorum attributiuorum, *est* attributiuum ab vtraque parte: priuatiui autem *interualli* necesse *est*, vt *medium* sit ex altera parte priuatiuum. quocirca hæc vna propositio sit eiusmodi: aliæ vero *sunt* attributiuæ.

4 Secūdo quia demonstratio affirmatiua confirmat negatiuam, non contra.

4 Si igitur notius & credibilius *est id* per quod probatur, probatur autem *demonstratio* priuatiua per attributiuam, hæc vero per illam non probatur. *hac* cum sit prior & notior & credibilior,

174 vtique melior est.

5 Tertio. quia demonstratio affirmatiua vtitur melioribus principiis quam negatiua.

5 Præterea quia principium syllogismi *est* vniuersalis propositio immediata: vniuersalis autem propositio in ostensiua *demonstratione* affirmat, in priuatiua negat: affirmans autem negante

175. prior & melior *est*, quia per affirmationem negatio *fit* nota: * & prior *est* affirmatio, sicut esse *est prius* quam non esse: quare melius est principium *demonstrationis* ostensiuæ quam priuatiuæ: quæ vero vtitur melioribus principiis, *est* melior.

6 Quarto, quia demonstratio affirmatiua magis accedit ad naturam principii.

6 Quinetiam ad principii naturam magis accedit; quia priuatiua non est sine ostensiua.

Demonstrationem categoricam præstare demonstrationi ducenti ad incommodum.

Cap. XXVI.

CVm autem attributiua *demonstratio* sit melior priuatiua, constat *eam esse* meliorem etiam ducente ad impossibile. 2 Oportet autem cognoscere, quę sit ipsarum differentia. 3 Ponatur igitur τὸ α, inesse nulli β, omni autem γ τὸ β: ergo necesse *est* nulli γ inesse τὸ α. *Terminis* igitur ita sumptis demonstratio priuatiua *probans* τὸ α τῷ γ non inesse, erit ostensiua. *Demonstratio* vero *ducens* ad impossibile, sic habet: Si probare oporteat τὸ α τῷ β non inesse: sumendum est inesse, nec non τὸ β τῷ γ. quapropter accidit vt τὸ α τῷ γ insit. hoc autem esse impossibile, notum sit & confessum. non igitur potest τὸ α τῷ β inesse. itaque si conceditur τὸ β τῷ γ inesse: impossibile *est* τὸ α τῷ β inesse.

4 Termini igitur similiter collocantur. Interest autem, vtra priuatiua propositio sit notior, *id est*, vtrum τὸ α τῷ β non inesse, an τὸ α τῷ γ.

5 Cum igitur notius est, conclusionem non esse: fit demonstratio *ducens* ad impossibile. cum autem negatio quę est in syllogismo est notior: fit *probatio* demonstratiua.

6 Natura vera prior *est hæc negatio*, τὸ α τῷ β *non inesse*, quam τὸ α τῷ γ: quoniam conclusione priora sunt *ea* ex quibus *colligitur* conclusio: & *hæc quidem negatio* τὸ α τῷ γ non inesse, est conclusio: τὸ α autem τῷ β *non inesse*, *id est* ex quo *colligitur* conclusio.

1 Quæ demonstrat o affirmatiua præfertur negatiuæ directæ, multo magis præfertur ducenti ad impossibile

CA. XXII. 176

2 Cognoscendū est discrimen inter demōstrationem negatiuam directam & eam quæ ducit ad impossibile

3 Proponit alphabetica exempla harum demonstrationū extructarum ex iisdem terminis.

4 Colligit similitudinem & differentias directarum demōstrationum. Similitudo est, quia ex iisdem terminis construi possunt.

5 Differentia prima est quod demonstratio priuatiua progreditur à propositione ad conclusionem: quæ vero ducit ad impossibile è contrario progreditur à conclusione ad propositionem.

6 Differentia secunda est: quod priuatiua sumitur à natura prioribus: quæ autem ducit ad impossibile, ex natura posterioribus.

7 In dictis differentiis explicandis propositio & conclusio secundum naturalem rerum ordinem accipiuntur.

7 Non n. si quid refelli potest, *continuo* hoc est conclusio : illa vero *per quæ refellitur*, *sunt ea* ex quib. *concluditur.* sed id ex quo *conclusio colligitur*, est syllogismus, qui ita habet, vt *altera propositio erga alteram* affecta sit, vel vt totum ad partem, vel vt pars ad totum : illæ autem propositiones $\alpha\gamma$, & $\alpha\beta$, non sunt ita inter se affectæ. 8 Si igitur *demonstratio* quæ *est* ex notioribus & prioribus, *est* præstantior : ambæ autem ex eo, quod quidpiam non est, fidem faciunt; sed altera ex priori, altera ex posteriori : profecto demonstratio priuatiua est simpliciter melior quam *ducens* ad impossibile. 9 Quocirca si hæc melior *est* attributiua : patet *eam* etiam *ducente* ad impossibile, esse meliorem.

8 Tertia differentia est, quod priuatiua præstat ducenti ad impossibile.

9 Conclusio.

1 De comparatione scientiarũ tres sunt regulæ. Prima. Scientia quod sit, & cur sit, præfertur scientiæ cur sit. scientia cur sit præfertur scientiæ quod sit.

C. XXIII.

178

Quæ sit scientia certior & prior, vel minus certa & posterior.

CAP. XXVII.

Est autem scientia exquisitior & prior, quam alia scientia : nempe ea *qua percipitur quod sit* & cur *sit* : non seorsum quod sit, quam *scientia tantum* cur sit.

2 Et quæ non *est* de subiecto, quam ea quæ *est* de subiecto : vt arithmetica, quam musica.

2 Secundo, Quo magis scienti a abstrahit à materia sensibili, eo est exactior & prior.

3 Et quæ *est* ex paucioribus, quam ea quæ *est* ex adiectione : vt arithmetica, quam geometria. Dico autem ex adiectione : veluti, vnitas *est* substantia absque situ, punctum vero *est* substantia non sine situ, hanc *voco* ex adiectione.

3 Tertio Scientia quæ in simplicioribus versatur, accuratior est & prior ea quæ est ex adiectione.

Quæ sit scientia vna, vel plures.

CAP. XXVIII.

179

VNa scientia (quæ *scilicet* est vnius generis) *eorum* quæ ex primis componuntur, & partes sunt, aut affectiones horum per se. *1 Definitio scientiæ vnius.*

2 Diuersæ scientiæ sunt *eorum*, quorum principia nec ex eisdem *principiis oriuntur*, nec altera ex alteris. 3 Huius *rei* signum *est*, cum *quis* ad indemonstrabilia peruenerit, oportet enim ea esse in eodem genere in quo sunt *conclusiones* demonstratæ 4 Signum quoque huius *rei* est, cum ea quæ demonstrantur, sunt in eodem genere & syngenea. *2 Definitio multarũ scientiarum. 3 Vtrum sit vna scientia, an plures, primo cognoscitur ex principiis. 4 Secundo ex conclusionibus.*

De pluribus demonstrationibus eiusdem rei.

CAP. XXIX.

FIeri autem potest, vt eiusdem conclusionis sint plures demonstrationes, non solum ex eadem classe sumpto termino non continenter cohærente: veluti *si terminorum* α ϐ *sumatur medium* γ, & δ, & ζ. *1 Plures demonstrationes vnius conclusionis esse possunt.*

180

2 Sed etiam ex diuersis *classibus*. Vt puta esto τὸ α, mutari: vbi δ, moueri: τὸ β autem voluptate affici: & rursus τὸ η, tranquillari. vere igitur & τὸ δ τῷ ϐ, & τὸ α τῷ δ attribuitur: etenim qui voluptate afficitur, mouetur: & qui mouetur, mutatur. rursus τὸ α τῷ η, ac τὸ η τῷ ϐ vere attribuitur: quicũque enim voluptate afficitur, tranquillatur: & qui tranquillatur, mutatur. Quare per diuersa media & non ex eadem classe *conficitur* syllogismus, non ita tamen vt neutrum medium de altero dicatur: quia necesse *est* vt ambo alicui eidem insint. *Primo in prima figura per media sumpta in eadem classe. 2 Secundo in prima figura per media sumpta ex diuersis classibus.*

3 Considerare autem *oportet*, quoties etiam per alias figuras syllogismus fieri possit eiusdem *conclusionis*.

3 Tertio in secunda & tertia figura.

De rebus fortuitis.

Cap. XXIV.

181

1 Rerum fortuitarum non est scientia demonstratiua.

CAPVT XXX.

FOrtuitæ autem rei non est scientia per demonstrationem, fortuitum enim nec *est* necessarium, nec plerumque *euenit*, sed *est id* quod præter hæc fit: demonstratio vero est horum alterius. omnis enim syllogismus *efficitur* vel per necessarias propositiones, vel per eas quæ plerumque *vera sunt*, & siquidem propositiones *sint* necessariæ, etiam conclusio *est* necessaria. sin autem plerumque *sint vera*, etiam conclusio *est* huiusmodi. Quocirca si fortuitum, nec plerumque *est*, nec necessarium: non potest esse eius demonstratio.

Per sensum non haberi scientiam demonstratiuam.

Cap. XXXI.

182

1 Sensitiuæ facultatis obiectum est vniuersale, sed quod actu sentitur, est particulare.

2 Per sensum non habetur cognitio vniuersalis proinde non habetur scientia demonstratiua.

3 Non sufficit cognitio sensitiua: sed vlterius

NEc per sensum fit vt sciamus, nam etsi sensus est *res* talis, ac non huius alicuius: tamen necesse *est* sentire hoc aliquid, & alicubi, & nunc. quod autem *est* vniuersale & in omnibus, sentiri nequit: quia non *est* hoc aliquid, neque nunc: alioqui non esset vniuersale: quod enim *est* semper & vbique, *id* dicimus esse vniuersale. 2 Quoniam igitur demonstrationes *sunt* vniuersales, vniuersalia vero non licet sentire; perspicuum *est*, non fieri per sensum vt sciamus. 3 Immo planum *est*, etiamsi sensu

percipi posset triangulum duobus rectis æquales angulos habere, nos esse requisituros demonstrationem: nec *enim* (vt quidam inquiunt) sciremus, necesse *est* enim sentire particulare: scientia vero est quia vniuersale cognoscitur. 4 Idcirco si supra Lunam essemus, & videremus oppositam *esse* terram, non*dum* cognosceremus causam defectionis: sentiremus enim *Lunam* nunc deficere, non quamobrem omnino *deficiat*: quia sensus non est rei vniuersalis. 5 Verumtamen ex eo quod videremus sæpe hoc accidere, vniuersali inuestigato demonstrationem haberemus. ex pluribus enim particularibus vniuersale manifestū fit. 6 Vniuersale autem est magnifaciendum, quia patefacit causam. Quocirca eiusmodi rerum, quarum alia est causa, vniuersalis *cognitio* est præstantior sensuum perceptionibus, & intelligentia. primorum autem *principiorum* alia *est* ratio. 7 Perspicuum igitur *est*, fieri non posse vt sentiendo sciatur aliquid demonstrabile, nisi quis sentire hoc appellet, scientiam habere per demonstrationem. 8 Sunt vero nonnulla, quæ ob sensus defectum referuntur inter problemata. quædam enim si videremus, non quæreremus, non quasi scientes *eo ipso* quod videremus, sed tamquam habentes vniuersale ex eo quod oculis cerneremus. Veluti si videremus vitrum perforatum, & lumen pertransiens: manifestum esset etiam, cur illuminet: quia videremus quidem seorsum in singulis *vitris*, simul autem intelligeremus *rem* ita *se habere* in omnibus.

quærenda est demonstratio. Hoc confirmatur primo in problemate mathematico.

4 Secundo in problemate physico.

5 Cognitio sensitiua confert ad scientiam demonstratiuā.

183

6 Scientia vniuersalis demōstratiua, quia patefacit causam, præstat cognitioni particularium sensitiuæ.

7 Quod est demonstrabile nō potest sentiri.

8 Quædam si sentirentur, adeo facile vniuersale ex particularib. colligeretur, vt nulla inquisitione opus esset.

De principiorum diuersitate.

Cap. XXXII.

Ca. XXV.
184
1 Non esse eadem principia omnium syllogismorum probatur primo, quia sunt alia princip a vera, alia falsa.

FIeri autem nequit, vt eadem principia sint omnium syllogismorum. *ac* primum logice considerantibus *hoc verum esse patebit*. syllogismorum enim alii sunt veri, alii falsi. nam etsi licet verum ex falsis concludere, tamen hoc semel fit, veluti si τὸ α de γ verum *est*, medium autem τὸ β *est* falsum: neque enim τὸ α τῷ β inest, neque τὸ β τῷ γ. Sed si harũ, propositionum media accipiantur, falsæ erunt *propositiones prosyllogismorum:* quia omnis conclusio falsa ex falsis *principiis* efficitur: veræ autem ex veris. Differunt autem falsa & vera. 2 Deinde nec falsæ conclusiones ex eisdem *principiis colliguntur*. etenim sibi inuicem falso *attribuuntur* & contraria, & quæ non possunt simul esse: veluti iustitiam esse iniustitiam, aut ignauiam: & hominem *esse* equum aut bouem: & æquale *esse* maius, vel minus. 3 Ex iis autem quæ posita sunt, ita *probari potest*: quia nec omnium verarum *conclusionum* eadem *sunt* principia. multarum enim principia genere differunt, nec aptari *quibusuis* possunt. vt puta vnitates punctis non aptantur: quoniam illæ non habent situm, hæc vero habent. * necesse *est* autem vel ad media *loca* aptare *terminos*: vel supra: vel infra, vel alios terminos intra, alios extra *extrema*.

2 Secundo quia etiam falsorum principiorum diuersa sunt genera.

186
3 Tertio, quia neque propria principia sunt eadem.

187

188
4 Neque communia principia sunt eadem.

4 Sed nec principiorum communium quædam esse possunt, ex quibus omnia ostendantur. (Dico autem communia, vt illud, quoduis affirmare aut negare *licet*) genera enim entium *sunt* diuersa: & alia quantis, alia qualibus solis insunt, quibuscum *demon-*

*de*monstratur ex *principiis* communibus.

5 Præterea principia non multo pauciora *sunt* quam conclusiones. principia namque *sunt ipsæ* propositiones: propositiones autem, vel assumpto, vel interiecto termino fiunt.

6 Præterea conclusiones sunt infinitæ: termini vero finiti. 7 Præterea principiorum alia sunt ex necessitate, alia contingentia. 8 Sic igitur considerantibus *apparebit* fieri non posse vt eadem sint principia finita, cum infinitæ sint conclusiones.

9 Quod si alio quodam modo dicat aliquis *eadem esse principia*, veluti quia hæc sunt geometriæ, illa numerorum, alia medicinæ: hoc quid aliud est, quam esse principia scientiarum? Ridiculum autem *est* si quis dicat eadem esse, quia ipsa à se ipsis non discrepant, sic enim omnia fient eadem.

10 At vero neque hoc, ex omnibus demonstrari quoduis, est quærere omnium esse eadem principia *hoc* enim est valde ineptum. neque enim in manifestis disciplinis hoc fit, nec in resolutione fieri potest: quoniam immediatæ propositiones *sunt* principia, alia vero conclusio fit assumpta propositione immediata.

11 Si quis autem dicat primas immediatas propositiones esse principia eadem: vna in quoque genere est. 12 Quod si nec *fieri potest* vt ex omnibus sicut oportet demonstretur quoduis, nec *vt principia sint* ita diuersa, vt singularum scientiarum sint diuersa: relinquitur vt eiusdem generis sint omnium principia, sed ex his hæc, ex illis illa *demonstrentur*. † Sed & hoc accidere non posse constat: quippe ostensum est diuersa genere principia esse eorum quæ genere differunt. nam principia duplicia *sunt*, id est,

189
5 Quarto, quia si eadem essent principia omnium conclusionum, multo pauciora essent conclusionibus, quod tamen est falsum
6 Quinto quia conclusiones sunt infinitæ, termini autem sunt finiti.
7 Sexto, quia alia sunt principia necessaria, alia contin-
190
gentia.
8 Conclusio.
9 Ridiculum est si quis dicat eadem esse principia quia singula principia a se ipsis non differunt.
191
10 Ineptum quoque est, si quis dicat eadem esse principia: quia si omnia principia coniunctim spectentur, hæc erunt principia omnium conclusionum.
192
11 Non sunt eædem propositiones primæ & immediatæ, ad quas referantur singularum demonstrationum principia, quia in vno quoque genere subiecto vna est propositio prima immediata. id est, desi 193 *nitio subiecti.*
12 Diuersarum scientiarum principia inter se genere differunt.

ex quibus, & circa quæ. *principia* igitur ex quibus, *sunt* communia. *principia* vero circa quæ, *sunt* propria, vt numerus, magnitudo.

Distinctio scientiæ & opinionis.

CA. XXVI.

CAP. XXXIII.

194

1 Distinctio scientiæ & opinionis probatur Primo quia scientia est rerum necessariarum: opinio verū non necessariarum.

ID vero quod sub scientiam cadit, & scientia differunt ab opinabili & opinione: quia scientia *est* vniuersalis & ex necessariis: necessarium autem non potest aliter se habere. quædam autem sunt vera, & sunt, sed possunt etiam aliter *se* habere. constat igitur, circa hæc non esse scientiam, (alioquin non possent aliter se habere, quæ possunt aliter *se* habere)

195 * sed neque intelligentiam, (voco enim intelligentiam, principium scientiæ) nec scientiam indemonstrabilem, (hæc autem est existimatio propositionis immediatæ:) atqui vera est intelligentia, & scientia, & opinio, & quod per hæc dicitur: quamobrem restat, vt opinio sit circa id quod est quidem verū, aut falsum, sed potest etiam aliter *se* habere: hoc autem

196 est existimatio immediatæ propositionis & non necessariæ. 2 Atque hoc *est* consentaneum iis quæ apparent. nam opinio *est res* inconstans, & natura eius *est* eiusmodi.

2 Secundo quia scientia est res certa, & constans: opinio, incerta & inconstans.

3 Præterea nemo putat *se* opinari, sed scire, cum putat *rem* non posse aliter *se* habere. cum autem *putat rem* ita esse, verum aliter quoque *esse posse*: tunc

3 Tertio à communi hominū sententia.

197 nihil prohibet quo minus opinetur. quasi talis *rei* sit opinio, necessariæ vero scientia.

4 Quomodo igitur non licet idem opinari & scire; Et cur opinio non est scientia, si quis posuerit, quodcumque nouit, de eo opinionem haberi posse? perse-

4 Quarto, quia est videmur eadem re eodem modo sub scientiam & sub opinionem cadere:

quetur enim media, & qui scit, & qui opinatur, donec ad immediata peruenerit. Quare si ille nouit: etiam qui opinatur, nouit. vt enim licet opinari, quod *sit*, *ita* etiam cur *sit*, hoc autem *est* medium. 198

5 An si ita existimabit quæ non possunt aliter se habere, vt *existimet* se habere definitiones per quas demonstrationes *conficiuntur*: non opinabitur, sed sciet? Si vero *existimabit* vera quidem esse, non tamen hæc ipsis inesse secundum essentiam & secundum formam: vere opinabitur, non autem sciet, & quod *sit*, & cur *sit*, si per immediata opinatus fuerit? si vero non per immediata, opinabitur solum quod *sit*? 199

5 Tamen nec modus est idem cum sciens existimet rem non posse aliter se habere, qui vero opinatur existimet posse aliter se habere.

6 Eiusdem autem *rei* opinio & scientia non omnino sunt. sed quemadmodum & falsa & vera opinio *sunt* aliquo modo eiusdem rei, ita etiam scientia, & opinio *sunt* eiusdem *rei*. Si *quis* enim *dicat* & opinionem veram & falsam, vt scilicet nonnulli asserunt, eiusdem *rei* esse: accidit vt absurda probet cum alia, tum hoc, non opinari *quempiam id* quod opinatur falso. * Quia vero idem dicitur multis modis: alio modo possunt *esse eiusdem rei*, alio modo non *possunt*. 200 vere enim opinari dimetienti esse comunem mensuram *cum latere*, absurdum *est*. sed quia dimetiens, circa quam opiniones *versantur*, *est vna & eadem* res: ita *opiniones sunt* eiusdem rei: vtriusque vero essentia, *quæ* in definitione *ponitur*, non *est* eadem. Similiter autem & scientia & opinio *sunt* eiusdem *rei*. altera namque ita *est* de animali, vt non possit non esse animal: altera vero, vt possit. veluti si altera sit de eo quod est id ipsum quod homo: altera vero *sit* quidem de homine, non tamen de eo quod est idipsum quod homo. eadem enim res, homo scilicet, non eodem modo accipitur.

6 Nec res est omnino eadem: cum, licet subiectum sit idem, attributa differunt: puta cum quis scit hominem necessario esse, & alius opinatur hominem contingenter esse animal.

201

7 Quinto quia idem simul non potest eandem rem scire & opinari.

7 Ex his autem perspicuum *est* fieri non posse, vt eandem rem simul opinetur *quispiam* & sciat. alioquin existimaret eandem rem aliter *se* habere *posse*, & non aliter *se habere posse*: quod fieri nequit. in alio vero *& alio homine* vtrumque esse potest de eadem re, vt dictum fuit. in eodem vero non *est* ita possibile. alioquin simul existimabis, exempli causa, hominem esse id ipsum quod animal: (non enim est, non posse esse non animal) & non idipsum quod animal: hoc enim fit posse *esse non animal*.

202

8 Reliqui habitus intellectus alibi explicantur præsertim lib. 6. Ethicor. Nicomach.

8 Reliqua, *idest*, quomodo distinguere oporteat diancœam, & intelligentiam, & scientiam & artem, & prudentiam, & sapientiam: partim ad naturalem, partim ad moralem contemplationem magis pertinent.

Cap. XXVII.

De sagacitate. Cap. XXXIV.

1 Sagacitatis definitio.

Sagacitas autem est bona quædam medii coniectatio breuissimo tempore.

2 Exemplo.

2 Veluti si quis videns Lunam semper Solem versus splendere, confestim intelligat, cur hoc *sit*, *nempe* quia illustratur à Sole: aut *videns* colloquentem cum diuite, cognoscat *eum ideo colloqui*, quia *pecuniam* mutuatur: aut *sciat* cur *duo alicui sint amici*, quia *scilicet sunt* eiusdem inimici. omnes enim medias causas, perspectis extremis, cognouit.

3 Effectus, vt ex medio nuĕto extruatur demonstratio.

3 *Esto* Solem versus splendere, vbi α: illustrari à Sole, β: Luna τὸ γ. inest igitur Lunæ τῷ Γ, τὸ β, *id est*, illustrari à Sole. τῷ β autem τὸ α, *hoc est* illud versus splendere, à quo illustratur. quare etiam τῷ Γ τὸ α inest per β.

ARISTOTELIS ANALYTICORVM POSTERIORVM

LIBER II.

IVL. PACIO interprete.

DE QVÆSTIONIBVS

TRACTATVS I.

De numero, & ordine quæstionum. CAP. I. CAP. I.

QVÆ quæruntur, tot numero sunt, quot *sunt* ea, quæ scimus. Quærimus autem quatuor: quod *sit*, cur *sit*, an sit, & quid sit. 1

1 Quatuor sūt quæstionum genera.

2 Cum enim: vtrum sit hoc an hoc, quærimus, plura complectentes: (veluti, vtrum Sol deficiat; an non) *tunc* quærimus quod sit. Huius autem *rei* signum *est*: quia cum inuenimus, quod *Sol* deficit, desinimus quærere: & si ab initio cognosceremus quod deficit, non quæreremus an deficiat. Cum autem cognoscimus quod sit, tūc quærimus cur sit. veluti cum nouimus quod *Sol* deficit, & quod terra mouetur: *tunc* quærimus, cur deficiat, vel cur moueatur. Hæc quidem ita *quærimus.*

2 Duæ sunt quæstiones compositæ, quod sit, & cur sit.

3 Quædam vero alio modo quærimus: veluti an sit necne Centaurus: vel Deus. Dico autem an

3 Duæ simpliceś sunt quæstiones simplices.

sit necne, simpliciter, non an sit albus, necne. † Cum autem nouimus *rem* esse, quærimus quid sit: veluti, quid igitur est Deus? aut, quid est homo?

4 *Epilogus.*

4 Quæ igitur quærimus, & quæ inuenta cognoscimus, hæc & tot sunt.

Omnem quæstionem ad medium pertinere.

CAP. II.

CAP. II.

1 *Omni quæstione medium quæri, probatur primo per inductionem.*

CVm autem quærimus quod *sit*, aut an sit simpliciter, *tam* quærimus vtrum sit medium ipsius, an non sit. cum autem cognoscentes vel quod *sit*, vel an sit, siue in parte, siue simpliciter: rursus quærimus cur sit, aut quid sit: tunc quærimus quodnam sit medium. († Sic autem intelligo quod *sit*, vel an sit, in parte, & simpliciter: in parte quidem veluti, deficit ne Luna? vel augeaturne? etenim sitne aliquid necne, huiusmodi *quæstionibus* quærimus: simpliciter autem, *veluti*, an sit, necne Luna, vel non.) † In omnibus igitur quæstionibus accidit vt quæratur, vel an sit medium, vel quod sit medium.

2 *Secundo quia semper quæritur causa, ac causa est medium.*

2 Nam causa *est* medium: in omnibus autem hæc quæritur: *Veluti*, deficitne? estne causa aliqua, an non? Post hæc cum cognouimus esse aliquam causam, quærimus quænam hæc sit. † Nam causa cur sit; non hoc, vel illud, sed simpliciter essentia: vel non simpliciter, sed aliquid ex iis quæ *insunt* per se, aut per accidens: *nihil aliud* est *quam* medium. Dico autem simpliciter *esse* ipsum subiectum, vt Lunam, vel terram, vel Solem, vel triangulum: *esse* autem aliquid, *vt* eclipsim, æqualitatem, inæqualitatem, an sit in medio necne.

3 In iis enim omnibus perspicuum est, idem esse quid est & quamobrem est. Quid est eclipsis? priuatio luminis in Luna ob terræ oppositionem. Cur est eclipsis? aut cur deficit Luna? propterea quod *eam* lumen deficit terra opposita. Quid est concentus; ratio numerorum in acuto & graui. cur concinunt acutum & graue? quia numerorum rationem habent acutum & graue. concinunt ne acutum & graue? hoc est, estne innumeris ratio eorum? Cum verò accepimus quod est, *tum quærimus*, quænam igitur est ratio illa? 7

3 Tertio, quia idem quæritur quæstione cur sit, & aliis quæstionibus.

4 Quod autem medij sit *omnis* quæstio, *ea* declarant quorum medium *est* sensibile. quærimus a enim non percepta per sensum (exempli causa) eclipsi, an sit necne. quod si essemus supra Lunam, non quæreremus an fiat, neque cur *fiat*: sed confestim manifestum esset: quoniam ex sensu fieret vt etiam vniuersale cognosceremus. sensus enim *percipit terram* nunc opponi, quia constat *Lunam* nunc deficere. ex hoc autem fieret vniuersale.

4 Quarto quia causa cognita, cessat quæstio.
a Comm. lib. 1. cap. 31. partic. 8.

5 Quemadmodum igitur diximus. nosse quid sit, idem est atque *nosse* cur sit. hoc autem vel simpliciter, non eorum quidpiam quæ insunt, vel eorum quidpiam, cuiusmodi *sunt* habere duos *angulos* rectos, aut esse maius vel minus. * Quod igitur in omnibus quæsitis est quæstio medij, manifestum *est*. 8

5 Epilogus.

DE QVIDDITATE, AC DEFINITIONE.

Tractatus II.

Distinctio definitionis & demonstrationis.

CAP. III.

Qvomodo autem probetur quid sit, & quis *sit* modus reductionis,& quid ac quorum sit definitio, dicamus, cum prius de his dubitauerimus.

2 Initium autem futurorum esto,quod est maxime proprium sequentium sermonum. dubitare enim aliquis possit,an idem & secundum idem definitione sciri possit, & demonstratione.

3 An *hoc est* impossibile? nam definitio videtur explicare quid *res* sit:quicquid autem *significat* quid *res* sit, *est* vniuersale & attributiuum: syllogismorum vero quidam sunt priuatiui, quidam non vniuersales:veluti qui *extruuntur* in secunda figura, omnes *sunt* priuatiui:qui vero in tertia, non vniuersales.

4 deinde non omnium affirmationum quæ probantur in prima figura, est definitio, veluti huius omne triangulum duobus rectis æquales *angulos* habere. 5 Huius *rei* ratio *est*:quia scire rem demõstrabilem,est habere demonstrationem. quare si huiusmodi *rerum* est demonstratio, perspicuum *est* non posse eorumdem esse etiam definitionem, alio•

CAP. III.

1 Generaliter proponit, quæ in hoc secundo tractatu examinabuntur de quæstione quid est, ac de definitione.

1 Duæ sunt quæstiones hoc

9.

capite excutiendæ: prior an idē sciatur definitione & demonstratione: posterior. an definitio & demonstratio idē sint.

3 Prior quæstio in tres speciales quæstiones diuiditur. Prima specialis quæstio est, an cuiuscunq; rei est demonstratio, sit etiā definitio: Aristoteles non esse probat quinque argumentis.

10

Primo quia omnis quidditas vniuersaliter affirmatur de eo cuius est quidditas: syllogismorum autem aliqui negant & aliqui sunt particulares.

4 Secundo quia non omnis conclusio vniuersalis negans potest definiri 5 Tertio ab absurdo: quia si res demonstrabilis posset definiri cognosceretur per definitionem absque demonstratione: cum tamen lib. 1. c. 2. part. 8. dictum sit, id quod est demonstrabile, sciri non posse absque demonstratione.

quin sciret quispiam etiam ratione definitionis, nõ habens demonstrationem: nihil enim prohibet, quominus non simul habeat *demonstrationem*.

6 Satis autem fidem facit etiam inductio: nihil enim vnquam definientes nouimus, ex iis quæ vel per se insunt, vel accidentia sunt.

7 Præterea si definitio *est* essentiæ notificatio quædam: eiusmodi autem res constat non *esse* essentias, patet igitur non omnium rerum esse definitionem, quarum est demonstratio.

8 Quid autem; quarum rerum est definitio, est ne omnium demonstratio? 9 An non? Sane vna ratio etiam ad hoc *quæsitum* pertinet. vnius enim, qua vnum *est*, vna *est* scientia. qua propter si rem demonstrabilem scire, est habere scientiam: eueniet aliquid impossibile: quia definitionem habens, sine demonstratione sciet.

10 Præterea principia demonstrationum *sunt* definitiones: quorum *principiorum* non esse demonstrationes, antea probatum fuit. aut *enim* principia erũt demonstrabilia, necnon principiorum principia, & hoc in infinitum procedet: aut prima *principia* erunt definitiones indemonstrabiles.

11 Numquid igitur, si non omnium, saltem quarundam rerum simul est definitio & demonstratio?

12 An hoc quoque est impossibile, quia non est demonstratio *eius rei*, cuius *est* definitio: quandoquidem definitio *explicat* quid *res* sit, & essentiam. demonstrationes autem omnes videntur supponere & sumere quid sit: veluti mathematicæ, quid vni-

11
6 Quarto per inductionem.
7 Quinto quoniam ea quæ demonstrantur,
12
sunt accidentia, definitio vero significat essen-
13
tiam.
8 Secunda specialis quæstio superiori opposita est, an quarumcumque rerum est definitio, sit etiam demonstratio.
9 Non esse demonstrationem omnium rerum definibilium, probat duobus argumentis, Primo ab absurdo, quod a-
14
liqui vnius rei quæ vna est, plures essent scientiæ videlicet definitiua & demonstratiua atque ita res demonstrabilis sciretur per definitionem sine demonstra-
15
tione quod absurdum esse supposuimus par. 5 10 Secundo, quia definitiones quæ sunt principia demonstrationum, demonstrari nequeunt: alio qui daretur progressus in infinitum qui superiori libro refutatus fuit. 11 Tertia specialis quæstio est, an quarundam rerum sit definitio & demonstratio.

12 Non posse idem definiri & demonstrari, probat tribus argumentis. Primo, quia definitio docet quid res sit, demonstratio vero non probat, sed pro principio sumit quid sit.

tas, & quid impar: & aliæ similiter.

13 Præterea omnis demonstratio probat aliquid de aliquo: veluti esse, aut non esse: in definitione vero alterum alteri non attribuitur, vt puta neque animal *dicitur* de bipede, neq; hoc de animali: sed neque de plano figura; quia nec planum *est* figura, nec figura *est* planum.

14 Præterea aliud *est* probare quid sit, & *probare* quod sit. definitio igitur declarat quid sit, demonstratio vero, quod hoc de hoc est, aut non est. * rei autem diuersæ diuersa *est* demonstratio: nisi sit vt pars quædam totius. hoc autem *ideo* dico: quia probatū fuit isosceles *habere tres* angulos *æquales* duobus rectis, si probatum fuit triangulum *eos habere*: *illud* enim *est* pars: hoc vero *est* totum. Sed hæc non sunt ita inter se affecta, quod sit, & quid sit: quia non est alterum alterius pars.

15 Perspicuum igitur *est*, neque cuius rei *est* definitio, eius omnino *esse* demonstrationem: neque cuius *est* demonstratio, eius *esse*, omnino definitionem, neque vllius prorsus rei posse vtraque haberi.

16 Quare constat definitionem & demonstrationem neque idem esse, nec alterum sub altero *contineri*: nam alioqui etiam subiecta *a* similiter se haberent. 17 De his igitur hactenus dubitatum esto.

Quid res sit, non probari syllogismo.

CAP. IV.

QVid autem res sit, vtrum explicatur syllogismo & demonstratione, an nō explicatur, sicut

16
13 Secundo, quia omnis cōclusio affirmat vel negat, definitio vero nec affirmat nec negat.
17
14 Tertio quia definitio docet quid sit, demonstratio autem docet quod sit.
18
15 Ex dictis colligitur responsio ad dictas tres speciales quæstiones vnde apparet, nullo modo dici posse eiusdem rei esse defini-
19
tionem & demonstrationem
16 Dissoluta est prior huius capitis quæstio, in tres speciales diuisa inde colligitur responsio ad posteriorem quæstionem: & ex diuersitate obiectorū id est, rerum demonstrabilium & rerum definibilium colligitur diuersitas modorum scien-
CAP. IV.
20
di per definitionem & per demonstrationē.

a Id est, res definitæ, & res demonstratæ. 17 *Epilogus. i Sic ostendit non probari syllogismo quid res sit: Aut in neutra propositione attributio est quidditatiua, aut in vna, aut in vtraque primo &*

præſens diſputatio ſupponebat? ſyllogiſmus enim aliquid de aliquo probat per medium: quidditas autem eſt propria, & attribuitur in *quæſtione* quid eſt. hæc autem reciprocari neceſse eſt. nam ſi τὸ α eſt proprium τῷ γ, conſtat *id eſſe proprium* etiam τῷ ϐ, atque hoc τῷ γ: proinde omnia viciſſim reciprocari. atque ſi τὸ α ineſt omni ϐ in *quæſtione* quid eſt, & vniuerſaliter τὸ ϐ dicitur de omni γ in *quæſtione* quid eſt: neceſse *eſt* etiam τὸ α dici de γ in *quæſtione* quid eſt. Si quis vero ſine hac geminatione ſūpſerit *principia*: nō neceſſe erit vt τὸ α τῷ γ attribuatur in *quæſtione* quid eſt: etiāſi τὸ α de ϐ dicatur in *quæſtione* quid eſt, nō autē τὸ β de quibus *dicitur de eis dicatur* in *quæſtione* quid eſt: ergo quid *res* ſit, ambo hæc ſignificabunt. itaque etiam τὸ α ſignificabit quod ſit τὸ γ. Si igitur quid ſit & quidditatem ambo ſignificant, in medio termino ante *concluſionem* continebatur quid res ſit.

ſecundo modo non poteſt concludi quid eſt tertio modo committitur petitio quæſiti: nullo igitur modo probatur quod eſt Hæc doctrina illuſtratur exemplis alphabeticis.

21

2 Et omnino ſi licet probari quid ſit homo: eſto τὸ γ, homo: τὸ α, quid ſit, ſiue animal bipes, ſiue aliud quippiā. Si igitur concludetur: neceſſe *eſt*, vt τὸ α attribuatur omni ϐ, huius autē erit alia definitio media. quapropter hæc quoque ſignificabit quid ſit homo. Sumit igitur, quod probare oportet quoniam τὸ ϐ ſignificat quid ſit homo.

2 Subiicit exemplum, in quo per β probatur definitio α, id eſt, animal, bipes de γ, id eſt, de homine.

3 Oportet autem in duabus propoſitionibus & *in* primis atque immediatis *principiis hoc* conſiderare: maxime enim perſpicuum fiet, quod dicimus. Qui igitur propter reciprocationem oſtendunt quid ſit anima, aut quid ſit homo, aut quæuis alia res, poſtulant id quod ab initio *quæſitum fuit*. veluti ſi quis ſibi concedi poſtulet animam eſſe id quod ſibi eſt cauſa viuendi, hoc autem eſſe numerum ſe ipſum mouentem. neceſſe *eſt* enim, vt poſtulet

3 Aliud exemplum eſt. Quod ſibi eſt cauſa viuendi, eſt numerus ſeipſum mouens, anima eſt ſibi cauſa viuendi, ergo anima eſt numerus ſe ipſum mouens.

22

4 Nequis putet exemplu allatu limitari doctrinam antea traditam, nunc generaliter & per terminos alphabeticos repetit argumentat ónem quam in prima particul propoſuerat.

1 Quidditatem non poſſe per diuiſionem probari, aliquot rationibus oſtenditur. Prima ratio eſt: quia diuidens non probat, ſed petit quęſitum, vt apparet à ſimili, id eſt ab inductione) & exemplo definitionis hominis per diuiſionem animalis inueſtigatę.

animam eſse ipſiſſimum numerum ſe ipſum mouentem, adeo vt idem ſint.

4 Non enim ſi conſequens eſt τὸ α τῷ β, atque hoc τῷ γ: *propterea* τὸ α erit quidditas τοῦ γ, (ſed tantum licebit dicere *id* eſse verum) ne quidem ſi τὸ α ita dicatur de omni β, vt τὸ β ſit idipſum quod τὸ α. etenim animal eſse, attribuitur, τῷ hominem eſse. hoc enim *effatum* verum *eſt*, quicquid *eſt*, hominem eſse, *eſt* animal *eſſe*: (quemadmodum & omnis homo *eſt* animal) ſed non ita vt ſint vnum. *Si quis* igitur non ita ſumpſerit *propoſitiones*, non concludetur τὸ α eſse quidditatem & eſsentiam τοῦ γ. Si vero ita ſumpſerit ante *concluſionem*, ſumet τὸ β eſse quidditatem τοῦ β. quare non fuit demõſtratum, quia ſumpſit id quod in principio *quæſitum fuit*.

Quid ſit non concludi per diuiſionem.

CAP. V.

CAP. V.

23

a Expromens ſeu proferens aliquod particulare, in quo deprehenditur verũ eſſe quod dicitur, ſic accipitur inductionis vocabulum etiam ſuper. lib. ca. 1. partic. 5. 6. & li. 2. Prior. ca 21. partic. 7. Aliter ſumitur. 2. Prior. cap. 25.

NEque vero via illa concludit, quæ per diuiſiones *abſoluitur*, ſicut in reſolutione ad figuras *ſyllogiſmorum pertinente* dictum fuit. numquam enim neceſse eſt, vt cum hæc ſint, res illa ſit: quemadmodum nec inducens *a* demonſtrat: non debet enim concluſio interrogari: nec *ideo* eſſe, quia conceſſa fuerit: ſed neceſsario eſt, cum illa ſint, etiamſi non fateatur qui reſpondet. Homo eſtne animal, an inanimum? tunc ſumpſit *eſſe* animal, non concluſit. rurſus omne animal, aut eſt pedeſtre, aut aquatile, ſumſit *hominem eſſe* pedeſtre, & hominem eſse totum illud, animal pedeſtre, non neceſse eſt ex iis quę dicta fuerunt: ſed hoc quoque ſumit.

Nihil autem refert, vtrum in multis, an in paucis ita fiat. idem namque est. Iis igitur qui ita progrediuntur, ineptus fit *Vsus* diuisionis, vel ad ea concludenda, quæ alias syllogismo concludi possunt.

2 Quid enim prohibet. quo minus totum hoc vere dicatur de homine, non tamen significet quid sit & quidditatem?

3 Præterea quid vetat vel adiicere quidpiam, vel detrahere, vel transilire, ad essentiam pertinens?

4 Hæc igitur vitia committuntur quidem: † vitari tamen possunt: si accipiantur omnia *attributa* in *quæstione* quid est: & primo postulato diuisione cõstituatur *ordo eorum quæ* deinceps in *quæstione poni debent*: ac nihil prætermittatur: hoc autem necessarium *est*, si omnia in diuisionem cadunt, & nihil deest: iam enim indiuiduum esse oportet.

5 Verumtamen Syllogismus non est, sed si *notum facit* alio modo notum facit. atque hoc non *est* absurdum: quia fortasse nec inducens demonstrat, aliquid tamen declarat:

6 Per syllogismum autem non colligit, qui ex diuisione eligit definitionem, vt enim in conclusionib. quę sine mediis *inferuntur*, si quis dicat his positis necesse *esse*, vt hoc *sit*, potest interrogari & quæri quamobrem: sic etiam fieri *potest* in definitionibus quæ per diuisionem probantur. quid est homo animal mortale, pedes habens, bipes, pennis carẽs. quid ita? secundum quamque adiectionem. dicet enim & ostendet diuisione, (vt putat) quia omne animal *est* vel mortale vel immortale. tota autem hæc oratio non est definitio. quare *etiamsi* demonstretur diuisione, tamen definitio non efficitur syllogismo.

2 Secunda ratio est, quia etiamsi definitio probaret hominem esse animal pedestre, non tamen probaret hanc esse hominis quidditatem & essentiam.

3 Tertia ratio est quia in definitione per diuisionem inuestigata possunt quædam superfluere, vel desiderari

4 Vt vitentur errores, quos in definitionibus per diuisionem inuestigandis 24 *committi diximus, ita sunt obseruanda. Primo accipiatur omnia attributa essentialia, Secundo primus locus tribuatur ei quod est maxime vniuersale. Tertio progrediendum est diuidendo per medias differentias, nulla omissa, donec definitio perficiatur.*

5 Seruata ratione modo exposita, & vitatis dictis erroribus, notificatur quidem aliquo modo quidditas per diuisionem, non tamen syllogistice probatur. 6 Quarta ratio est, quoniam ea oratio postquam adhuc quæritur, quamobrem, non concludit syllogistice, talis autem est diuisio.

Quid res sit, non probari per definitionem ipsius quid est, vel rei contrariæ.

CAP. VI.

CA. VI.

26

1 Quæritur an possit probari quid res sit per definitionem ipsius essentiæ, seu quidditatis.

SEd numquid potest ex hypothesi demonstrari quid *res* sit secundum essentiam, *his propositionibus* sumptis, quidditatem *nihil aliud esse quam id quod constat ex attributis in quæstione* quid est, *& est rei propriũ:* hæc vero in *quæstione* quid est sola *attribui*, & totum *esse rei* proprium: hæc enim est eius essentia.

27

2 Ad propositã quæstionem negat ut respõdeatur. Primo quia huiuscemodi oratio petit quæsitum sub an minori propositione.

3 Secundo quia sicut in syllogismo cõstituendo non ponitur definitio syllogismi, ita in quidditate demonstranda non ponitur definitio quidditatis.

2 An rursus in hac quoque *probatione* sumpsit quidditatem? necesse est enim per mediũ probare.

3 Præterea quemadmodum in ratiocinatione non sumitur quid sit ratiocinari: quia semper propositio *est* vel totum vel pars, ex quibus *constat* ratiocinatio: ita etiam quid *res* sit, non debet esse in syllogismo, sed seorsum ab iis quæ posita sunt. Et aduersus dubitantem, vtrum hoc conclusum sit, an non, occurrendum est, *conclusum* esse. quia hoc erat syllogismus: & aduersus *dicentem* non fuisse *conclusum* quid sit, afferendum est id fuisse conclusum: quia hoc à nobis positum fuerat esse quid *res* sit. Quare necesse est, vt conclusum quidpiam, sit sine definitione syllogismi, vel ipsius quid est.

28

4 Quidditas non probatur per definitionem contrarii, quia hoc modo petitur quæsitum.

4 *Idem est*, & si *quis* ex hypothesi ostendat: veluti si essentia mali *est* esse diuiduum: contrarii vero *est* essentia contraria, contrarii inquam quibuscumque est aliquid contrarium: bonum autem malo *est* contrarium & indiuiduum indiuiduo: est igitur boni essentia: esse indiuiduum. † Nam hic quoque

29 probat, cum sumpserit quidditatem: eam autem sumit, vt probet quid sit.

5 Atqui *hæc* diuersa *sunt*. esto, vt enim in demonstrationib. *sumitur* hoc dici de hoc: non tamen *id* ipsum *quod demonstrari debet*, neque *id* cuius *est* eadem ratio, & *quod* reciprocatur.

5 Soluit Aristoteles argumentum vt superiori parte propositum negans peti quæsitum. 30

6 Iam vero aduersus vtrosque, id est & *aduersus* eum qui per diuisionem probat, & aduersus syllogismum ita extructum, eadem *est* dubitatio, cur homo erit animal bipes pedestre: non animal, & pedestre. ex iis enim quæ sumpta fuerunt, nulla necessitas cogit, vt quod attribuitur, fiat vnum: sed *fortasse perinde erit*, vt idem homo est & musicus, & grammaticus.

6 Modi nuestigandæ definitionis vel per diuisionem vel per contrarii definitionem, reprobantur ex eo quod huismodi licet probetur quidam attribui rei definiendæ, non tamen constat vnum ex his attributis fieri, quod necessarium est, vt definitio constituatur.

An vllo modo probetur quid res sit.

CAP. VII.

CAP. VII. 31

QVomodo igitur definiens probabit essentiam, vel quid sit? non enim planum faciet vt demonstrans ex iis quæ esse conceduntur; quia necesse *est*, cum illa sint, aliud quiddam esse: demonstratio namque hoc *est*, nec vt inducens ex singularib. notis, quod omne ita *se habet*, quia nullum aliter *se habet*: *inductio* namque non probat quid sit, sed quod sit, vel non sit. Quis igitur alius modus reliquus *est*? non enim sane ostēdet sensu, vel digito.

1 Quidditatem non posse probari ostenditur primo per inductionem.

32

3 Præterea quomodo ostendet quid sit homo? necesse enim *est*, vt qui cognoscit quid sit homo, aut quiduis aliud, cognoscat etiam quod sit. quod enim nō est, nemo nouit quid sit. sed quid significet oratio, vel nomen, *vt* cū dico hircoceruus. quid autē sit hircoceruus, cognosci non potest. At vero si ostēdet quid sit & quod sit: quomodo eadē oratione vtrumque ostendet? nam definitio vnū quid de-

2 Secundo per deductionem ad absurditatem: quia si definiens probaret quid sit simul etiā probaret quod sit. Consequentia probatur: quia nisi cognoscatur quid sit, non potest cognosci quid sit. Falsitas consequentis probatur primo quia definitio declarat quid sit & vnū significat.

clarat, nec non demonstratio: quid autem sit homo, & esse hominem, differunt.

33

3 Secundo quia quod sit non pertinet ad rei essentiam.

3 Deinde necessarium esse dicimus, vt per demonstrationem quiduis probetur esse nisi sit essentia. esse autem nullius rei essentia *est*. quandoquidē Ens non est genus. demonstratione igitur probabitur esse. 4 Quod quidem etiam scientiæ nunc faciunt. quid enim triangulum significet, geometra sumpsit: quod autem sit probat. Quid igitur probabit definiens quid sit? an triangulum? cognoscens igitur quispiam definitione quid sit, ignorabit an sit. sed *hoc est* impossibile.

4 Tertio quia scientiæ sumunt quid sit, & probant quod sit.

34

5 Quarto per inductionem.

6 Cum ostensum sit definientem non probare quid sit: deinceps in contrarium ostenditur eum probare quid sit, nam disputandi causa arguitur in vtramque partem.

5 Perspicuum autem *est*, etiam secundum modos definitionum qui nunc *obseruantur*, definientes non probare quod sit: nam etsi est æqualitas *linearum* ex medio *ductarum*, tamen cur est ipsum definitum? & cur hoc est circulus? Nam dici etiam poterit orichalci esse eandem *definitionem*. quandoquidem definitiones neque declarant esse posse id quod dicitur, nec esse illud, cuius aiunt esse definitionem. sed semper licet dicere, quamobrem?

35

Syllogismus huius particulæ sic extruitur aut definiens probat quid sit, aut quid nomen significet; atqui non probat quid nomen significet: ergo probat quid sit.

6 Si igitur definiens probat vel quid sit, vel quid nomen significet: si nullo modo significet quid *res* sit: definitio erit oratio idem significans, quod nomen. atqui hoc absurdum *est*.

7 Superioris syllogismi minor propositio probatur per deductionem ad tres absurditates. Prima est quod etiam nō entia posset definiri.

7 Primum enim esset etiam non substantiarum & non entium: quoniam etiam non entia possunt aliquid significare.

8 Præterea omnes orationes possunt esse definitiones. liceret enim nomen imponere cuiuis orationi. quare omnes disceptationes essent definitiones, & Ilias esset definitio.

8 Secunda est quod omnis oratio dici posset definitio eius nominis quod illi orationi imponeretur.

9 Præterea

9 Præterea nulla scientia demonstrat hoc nomen hanc rem significare: ergo nec definitiones hoc declarant.

10 Ex his igitur nec definitio & syllogismus videntur idem esse, neque eiusdem *rei esse* syllogismus & definitio: insuper *dicendum videtur*, definitionem nec demonstrare, nec probare vllam rem: & quid res sit, nec definitione, nec demonstratione cognosci posse.

9 Tertia est, quod nulla sciē[n]ti[a] definire: quandoquidem scientiæ non sunt vocabulorum, sed rerū.
10 Epilogus.

Quomodo probetur quid sit. CAP. VIII.

CAP. VIII.
36
1 Scopus & nexus.

RVrsus autem considerandum est, quid horum dicatur recte, quid non recte, & quid sit definitio: & quidditatis vtrum aliquo modo sit demonstratio & definitio, an nullo modo.

37

2 Quoniam igitur idem est (vt supra diximus) nosse quid sit, & nosse causam ipsius quid sit: ratio autem huius *est* quia est aliqua causa: atque hæc vel eadem, vel alia, & si sit alia, vel *est* demonstrabilis, vel indemonstrabilis, ergo si *causa* est alia. & potest demonstrari: necesse *est* vt causa illa sit medium, & in prima figura *a* probetur. quod enim probatur, *est* vniuersale & attributiuum. Vnus igitur modus est is, quem nunc inquisiuimus, *nempe* vt per aliud probetur quid sit. etenim ad probandum quid sit, pro medio sumitur quid sit: & ad *probanda* propria, propriū. quare ex duabus quidditatibus eiusdem rei alteram probabit, alteram non probabit.

2 Quidditas, quæ est idem quod causa. propter quam res est, vel est eadem cum re cuius est quidditas, vel ab ea diuersa, id est vel est substantiæ, vel accidens s. hæc autem subdiuiditur in indemonstrabilem & demonstrabilem. quæ demonstrabilis est, per aliam quidditatem probatur in Barbara.
a In Barbara.

3 Hunc igitur modum non esse demonstrationem, antea dictum fuit: sed est logicus syllogismus ipsius quid sit.

3 Hic modus probandę quid-
38
ditatis non est demonstratio, sed logicus syllogismus

4 Quo autem modo fieri *hoc* possit, repetito initio dicamus.

4 Idem multo diligentius est explicandum.

39

5 Vt enim quærimus cur *sit*, cum scimus quod *sit*, *b* interdum vero ambo simul manifesta fiunt, sed non prius cognosci potest cur *sit*, quam quod *sit*: ita plane quid sit, *cognosci* non *potest* sine *cognitione* quod sit *c*. fieri enim nequit, vt qui ignorant an sit, cognoscant quid sit.

6 An autem sit, interdum per accidens cognoscimus, interdum cognoscentes aliquid ipsius rei: veluti esse tonitruum, quia est sonus quidam nubium: & *esse* eclipsin, quia *est* priuatio luminis: & *esse* hominem quia est animal quiddam; & *esse* animam, quia *est* quod seipsum mouet.

7 Quæcumque igitur per accidens nouimus quod sint, ad cognoscendū quid ea sint necesse *est*, vt nullo modo simus comparati: quia ne quidem nouimus quod sint: quærere autem quid sit, cum ignoretur quod sit, *profecto* est nihil quærere. quarum autem rerum aliquid cognoscimus, facile *est quærere quid ea sint*. Quocirca vt cognoscimus quod sit, ita sumus apti ad *cognoscendum* etiam quid sit.

8 Quorum igitur aliquid cognoscimus, pertinens ad essentiam, primum est hoc *exemplum*: eclipsis, vbi α: Luna, vbi γ: oppositio terræ, vbi β. *Quærere*

40

igitur vtrum *Luna* deficiat, an non, *nihil aliud* est, *quam* quærere an τὸ β sit necne, quod perinde est, ac si quæratur, an sit eius ratio, & si sit hoc, illud quoque dicimus esse. * Vel (*Vt alterum exemplum proponam*) *quæ-*

41

rimus, vtrius contradictionis ratio sit, vtrum habendi duos angulos rectos, an non habendi.

9 Cum autem inuenimus: simul cognoscimus quod *sit* & cur *sit*, si per media *demonstratum* sit.

10 Sin minus, *cognoscimus tantum* quod *sit*, non cur *sit*. Luna *sit* γ: eclipsis, α: in plenilunio vmbram nō posse facere cum nihil inter nos interiectum appa-

5 *Non potest cognosci quid sit, quam cognoscatur an sit: quemadmodū non potest cognosci cur sit, quam cognoscatur quod sit.*
b Refer hæc verba ad cōpositam quæstionem, quā & supra vocauit quod sit.
c Refer hæc verba ad simplicem quæstionem an sit
6 *An sit, cognoscitur vel per accidens, vel per se.*
7 *Ad cognitionem quid sit, confert cognitio an sit dum modo non sit cognitio per accidens sed per se.*
8 *Qui quærit an accidens sit, nihil aliud quærit, quam an sit aliqua ratio propter quam sit.*
9 *Si accidens esse nouimus per causam, simul nouimus an sit & cur sit.*
10 *Si non per causam nouimus, tantum nouimus esse, non cur sit.*

reat, vbi β. Si igitur τῷ γ inest τὸ ε, *id est*, non posse vmbram facere cum nihil sit nobis interiectum; atque huic τὸ α, *nempe* deficere: certe quod deficiat manifestum *est*: cur autem *deficiat*, nondum *constat*, & quod sit eclipsis, cognoscimus: quid autem sit, non cognoscimus.

11 Cum autem manifestum est, τὸ α τῷ γ inesse: quærere cur insit, *nihil aliud est quam* quærere quid sit τὸ β, vtrum oppositio *terræ*, an conuersio Lunæ, an lucis extinctio. hæc autem est definitio alterius extremi, vt in his *exemplis est definitio* τοῦ α: eclipsis enim est oppositio terræ. Quid est tonitruum? ignis extinctio in nube. cur tonat? quia extinguitur ignis in nube. nubes, γ: tonitruum, α: extinctio ignis, τὸ β. Ergo τῷ γ, *id est* nubi, inest τὸ β, quoniam in ea extinguitur ignis. huic autem inest τὸ α, *id est*, sonus. ac τὸ β est definitio τοῦ α, primi extremi.

11 Cum tantũ nouimus accidens esse, vlterius quærimus, quid sit causa, cur accidens illud sit, atque hæc est quidditas accidentis.

12 Quod si rursus sit huius aliud medium, *id* erit ex reliquis definitionibus.

12 Si hæc quidditas per aliud medium demõstretur hoc erit

42

altera accidentis quidditas.

13 Dictum igitur est, quomodo sumatur & notum fiat quid sit. Quare ipsius quid sit, non fit quidem syllogismus aut demonstratio: manifestum tamen *fit* per syllogismum, & per demonstrationem. Itaque nec sine demonstratione licet cognoscere quidditatem, cuius est alia causa: nec est eius demonstratio, vt in dubitationibus diximus.

13 Quid res sit nõ concluditur syllogismo seu demonstratione. sed inde innotescit per conuersionem demonstrationis in definitionem.

Quænam quidditates probentur, aut non probentur.

CAP. IX.

CAP. X.

1 Quædã quidditates habent aliam causam quædam non habent.

2 Quidditates quæ nõ habent aliam causam sunt principia indemonstrabilia.

IAm vero quorundam est alia causa, quorundam non est.

2 Quare patet, etiam quidditatum quasdam esse

immediatas, & principia: quas & esse, & quid sint, supponere oportet, aut alio modo manifestas facere. quod quidem arithmeticus facit: nam & quid sit vnitas, supponit, & quod sit.

43

3 Quidditates quæ habent aliam causam, per demonstrationem, innotescunt, licet non concludatur quid sit.

3 *Eas* vero *quidditates* quæ medium habent, & quarum est aliqua diuersa causa essentiæ, licet per demonstrationem, vt diximus, declarare, non demonstrando quid sit.

Quid sit definitio, & quotuplex.

CAP. X.

44

1 Definitionis quæ est oratio declarans quid sit, quatuor sūt genera I. Definitio nominalis, declarans quid nomen significet, postquam quæritur an res sit, & cur sit.

QVia vero definitio dicitur esse oratio *explicans* quid sit: profecto quædam est oratio declarans quid significet nomen, siue oratio altera nominalis: veluti quid significat: *seu* quia est qua triangulum *vocatur.* quod cum scimus esse, quærimus cur sit. difficile autem est sic accipere, quæ non nouimus esse. ac difficultatis causa fuit ante exposita: quia ne quidem sit necne scimus, nisi per accidens.

2 Vna oratio dicitur vel coniunctione, vt Ilias: vel significatione, vt definitio.

45

2 Oratio vero vna est bifariàm: altera, coniunctione, vt Ilias: altera, quia vnum de vno significat non per accidens.

3 II Definitio causalis, id est, perfecta definitio accidentis.

3 Vna igitur definitionis definitio est, quam dixi: Alia vero definitio est oratio declarans cur sit.

4 Primum definitionis genus significat, non probat: secundum à demonstratione differt tãtum positione terminorum, id est, constat ex iisdem terminis aliter dispositis.

4 Quocirca prior significat quidem, non tamen probat: posteriorem autem apparet esse quasi demonstrationem *probantem* quid sit, *terminorum* situ differentem à demonstratione, differt enim dicere, cur tonat? & quid est tonitrus? ad illam enim *quæstionem* sic respondebit, quia extinguitur ignis in nubibus. quid autem est tonitrus? sonus extincti ignis in nubibus. Quare eadem oratio alio *atque alio* modo effertur: & eo quidem modo *est* demonstratio con-

tinua: hoc autem modo est definitio.

5 Praeterea est definitio tonitrui, sonus in nubibus. hæc autem est conclusio demonstrationis *probantis* quid sit.

6 Immediatorum autem definitio est thesis indemonstrabilis *constituens* quid sit.

7 Definitionum igitur alia *est* oratio *declarans* quid sit indemonstrabilis: alia vero *est* syllogismus *probans* quid sit, casu differens à demonstratione: tertia vero *est* conclusio demonstrationis *probantis* quid sit.

8 Ex dictis igitur perspicuum *est*, quomodo est, & quomodo non est demonstratio ipsius quid sit: nec non quorum est, & quorum non est: præterea quot modis definitio dicitur, & quomodo probat quid sit, & quomodo non *probat*: item quorum est, & quorum non est. præterea quomodo affecta est ad demonstrationem: & quomodo potest esse eiusdem rei, & quomodo non potest.

46
5 III. Conclusio demonstrationis id est, definitio accidentis, quæ demonstratur.
6 IV. Principium demonstrationis, id est definitio subiecti, & ea definitio accidentis, per quam altera demonstratur.

47
7 Ex dictis colliguntur tria genera definitionum realium.
8 Epilogus.

DE CAVSIS, ET DE INVENTIONE.

17 Horum autem primum conſequi poſſumus: quia ſicut poſſumus de accidenti ratiocinari & cõcludere accidens ineſſe, *ita* etiam *poſſumus* per genus adſtruere. 18 Collocabuntur autem *ſingula* vt oportet, ſi *quis* primum ſumpſerit quod quidem fiet, ſi ſumptum erit quod omnibus conſequens eſt, cum ei non *ſint* omnia *conſequentia*. neceſſe *eſt* enim eſſe tale quidpiam. Hoc autem ſumpto, iam in inferioribus idem modus *ſeruandus erit*, ſecundum enim erit, quod aliorum primum *erit*: & tertium, quod ſequentium, dempto enim ſuperiori, id quod deinceps ſequitur, erit aliorum primum. ſimilis *eſt* cęterorum ratio. 19 Quod autem hæc *ſint* omnia, perſpicuum eſt. quia ſumimus quod eſt primum in diuiſione *illa*, omne eſt vel hoc vel hoc. ineſt autẽ hoc rurſuſque huius totius differentiam: vltimi vero nõ

15 Secundo oſtendit non eſſe opus, vt is qui rem aliquam definit, omnes res diſtincte cognoſcat, à quib. eam rem diſtinguit: quia ſufficit vniuerſalis cognitio & diſtinctio.

78

16 In definitione cõſtituenda tria ſunt obſeruanda
I. Sumantur tantum attributa in quæſtione quid eſt.
II Hæc ordine collocentur.
III Nihil prætermittatur.

17 Attributa in quæſtione quid eſt, quatenus inſunt, ſumuntur in locis generis quatenus attribuuntur in quæſtione quid eſt, ex locis generis.

18 In iiſdem attributis collocandis, communiora ſunt præponenda.

79

19 Vt nihil in definitione prætermittatur primam diuiſionem ſumere eique omnes ſubdiuiſiones adiungere oportet.

est amplius differentia: aut confestim hoc *sumptum* cum vltima differentia, à toto illo non differt.

20 Superiorib. preceptis obseruatis perfecta est definitio in qua nihil desideratur, nihil redundat.

20 Constat enim neque plus *quam oporteat*, adiectum esse. quæcumque enim sumpta sunt, *attribuuntur* in *quæstione* quid est: neque deesse quicquã: aut enim in genus, aut differẽtia esset. genus igitur *est* & illud primum, & hoc cum differentiis assumptum. differentiæ vero omnes hærent. non est enim amplius *vlla differentia* posterior, alioquin vltimum specie differret: sed dictum fuit hoc non differre.

80

21 In definitione per inductionem inquirenda primum notandæ sunt similitudines in particularibus deinde in vniuersalib. & eo vsque adscendendum, donec vna communis ratio inueniatur, si modo inueniri possit.

21 Quærere autem oportet, respiciendo ad eã quæ sunt similia nec differunt *inter se*, primum quid *hæc* omnia cõmune habeant. Deinde rursus *id quærendum est* in aliis, quæ sunt in eodem cum illis genere, inter se autem si comparentur, sunt eadem specie, sed ab illis diuersa. Cum autem in his sumptum fuerit, quid *sit cuius ratione* omnia *sunt vnũ & idẽ*, & in aliis similiter; *tunc* in iis quæ sumpta fuerunt, rursus cõsiderare *oportet*, an *aliquo modo* idem *sint*, donec ad vnam rationem perueniatur. hæc enim erit rei definitio, si vero non perueniatur ad vnam *rationem*, sed ad duas, vel plures: constat *essentiam* non posse esse vnam, quæ quæritur, sed plures.

22 Superioris particulæ preceptum illustratur exemplo magnanimitatis.

81

22 Verbi gratia, si quæramus quid sit magnanimitas, considerandum *est* in aliquibus magnanimis, quos nouimus, quid omnes *vnum & commune* habent qua sunt tales. veluti, si Alcibiades *est* magnanimus, vel Achilles, & Aiax; *considerandum est*, quid omnes vnum *& commune habeant*; *puta* non perpeti contumeliam. alius enim pugnauit, alius iratus est, alius sibi mortem consciuit. Rursus *considerandum est* in aliis, veluti in Lysandro aut Socrate. Si igitur *hoc his commune sit*, eodem modo in secundis & in aduersis rebus se habere; his duobus acceptis, considero

ſidero quid commune habeant, non moueri ab vtraque fortuna, & non perpeti contumeliã. Quod ſi nihil *commune habeant*, duæ *vtique* ſpecies erunt magnanimitatis. 23 Omnis porro definitio ſemper eſt vniuerſalis. non enim medicus definit quid ſit cuidam oculo ſalubre, ſed vel omni, vel ſpeciei.

24 At facilius definitur ſingulare quam vniuerſale. Idcirco oportet à ſingularibus ad vniuerſalia tranſire. etenim homonymiæ magis latent in vniuerſalibus quam in iis quæ non diſtinguuntur.

25 Vt autem in demonſtrationibus oportet ineſſe vim concludendi, ita etiam in definitionibus perſpicuitatem. hæc autem inerit, ſi ex iis ſingillatim dicuntur, ſeorſum definiatur id quod in quoque genere *eſt*. veluti ſimile, non omne, ſed quod *eſt* in coloribus, & in figuris: & acutum, quod *eſt* in voce. atque ita ad commune progredi *oportet*, cauendo ne incidat homonymia. 26 Quod ſi non eſt diſſerendum metaphoris, conſtat nec definiendum eſſe metaphoris, nec *definienda eſſe* ea quæ dicuntur per metaphoram: alioqui neceſſe erit, vt metaphoris diſſeratur.

82
23 Idem præceptum trib argumentis probatur. Primo quoniam hac
CAP. XV.
ratione conſtituitur definitio vniuerſalis.
24 Secundo quoniam hoc modo progredimur à notioribus ad igno-
83
tiora.
25 Tertio quoniam hac rõne fiunt definitiones perſpicuæ.
84
26 Metaphoræ vitandæ ſũt in definitionib. & in disputationibus.

De inuentione problematum.

CAP. XIV.

CAP. XVI.
85
1 Sectionẽ totius in partes, vel diuiſione generis in ſpecies inuenienda ſunt problemata, Primo in ſynonymis.

VT autem habeamus problemata, ſeligere oportet ſectiones & diuiſiones, ſic autem ſeligere, ſuppoſito genere communi omnium veluti ſi animalia conſiderentur, *primum ſpectare oportet*, qualia omni animali inſint. his autem ſumptis rurſus ceterorum primo *videndum eſt* qualia omni ſunt conſequentia. verbi gratia, ſi hoc ſit volucris,

videndum est qualia sint omni volucri consequentia; atque ita semper *videndum erit* qualia proximo *consequentia sint*. constat enim fore vt possimus dicere cur consequentia insint iis quæ sub communi continentur, veluti cur insint homini, aut equo. Esto igitur animal, vbi α; τὸ ϐ autem, consequentia omni animali; vbi vero γ δ ε, animalia quædam: patet igitur, cur τὸ ϐ insit τῷ δ; *inest* enim per α. similiter
86 autem & aliis *inest*. * Ac semper in aliis *est* eadem ratio. Nunc ergo secundum tradita communia nomina loquimur. 2 Oportet autem non in his tantum considerare, sed etiam accipere si quid aliud visum fuerit commune esse, deinde quibus hoc consequens sit, & qualia sint huic consequentia. veluti cornua habentibus, *consequentia esse* habere omasum, non habere dentes in vtraque maxilla. rursus cornua habere, quibus consequens sit. patebit enim, cur illis insit quod dictum est. nam ideo
87 inerit, quod habent cornua. 3 Præterea alius modus est, secundum analogiam eligere. non licet enim vnũ & idem accipere, quo appellare aporteat sepium, & spinam & os. sunt autem & his consequentia *quædam*, quasi vna quædam sit huiuscemodi natura.

2 Secundo in his quæ communem naturam habent, sed communi nomine carent.

3 Tertio in analogis.

Quatenus idem medium ad problemata demonstranda adhibeatur. CAP. XV.

1 Quædam problema a idem genere medium habent: quædã idem specie: nõnulla ita sunt subordinata vt vnius. medium pendeat ab alterius medio.

88

PORRO alia problemata sunt eadem, quia idem medium habent, veluti quia omnia *sunt* antiperistasis. horum autem nonnulla *sunt* genere eadem: quæ *ideo* differunt, quod aliorum vel aliter sunt. veluti cur *fiat* echo, aut cur appareat *imago* in *speculo*, & cur *fiat* iris. hæc enim omnia sunt idem

genere problema. quandoquidem omnia *sunt* reflexio: sed specie differunt. † Alia vero problemata *eo* differunt, quod alterum medium sub altero medio continetur. veluti, cur Nilus extremo mense maior & concitatior est? quia extremus *mensis est* hybernior. & cur extremus mensis *est* hybernior? quia Luna deficit. Hæc enim ita se habent inter se. 89

De causa & effectu arguenda.

CAP. XVI. CA. XVII.

90

1 DE causa vero, & eo cuius *est* causa, dubitare aliquis possit, an cum inest effectus, etiam causa insit: veluti, si *arbor* defrondescit, vel *Luna* deficit, an etiam causa erit, cur deficiat, vel defrondescat. verbi gratia, si hoc sit, latis foliis constare: defectionis autem, terræ interpositio: nisi enim sit, alia quædam erit eorũ causa. siue causa sit simul etiam *erit* effectus. veluti si terra *est* interposita, Luna deficit: vel si latis foliis *arbor* constat, defrondescit.

1 Posito effectu ponitur causa, & posita causa ponitur effectus.

91

2 Quod si ita *sit*, simul erunt, & reciproce demonstrabuntur. Esto namque defrondescere, vbi α: latis foliis constans, vbi β: vitis, vbi γ. Si igitur τῷ β inest τὸ α, quicquid enim latis foliis constat, *defrondescit*: τῷ γ autem inest τὸ β, quoniam omnis vitis latis foliis constat: *certe* τῷ γ inest τὸ α, & omnis vitis defrondescit. causa autem *est* τὸ β *quod est* medium. Sed & latis foliis vitem constare, quia defrondescit, demonstrare licet. esto enim τὸ δ, latis foliis constans, τὸ ε autem, defrondescere: vitis vero, vbi ζ. itaque τῷ ζ inest τὸ ε, quia vitis omnis defrondescit: τῷ ε autem τὸ δ, quicquid enim defron-

2 Ergo causa per effectum, & vicissim per causam effectus demonstratur.

descit latis foliis constat: omnis igitur vitis latis foliis constat, causa autem est, defrondescere.

93
3 Sed per causam est vera demonstratio τοῦ διότι, per effectum autem est demonstratio τοῦ ὅτι.

3 Atsi non possunt sui inuicem esse causæ: (nam caussa *est* prior eo cuius *est* causa) terræ quidem interpositio *est* causa defectionis: defectio vero non *est* causa interpositionis. Si igitur *ea* demonstratio quæ *probat* per causam, *probat* cur *sit*: ea vero quæ non per causam, probat quod *sit*: sane quod terra sit interposita, nouit: cur autem *sit interposita*, non *nouit*. Quod autem defectio non sit causa interpositionis, sed hæc defectionis, perspicuum *est*, quoniam in definitione defectionis inest interpositio. Quare constat, illud per hoc notificari, non contra hoc per illud.

93
4 Vnius effectus possunt esse multæ causæ: adeo vt posito effectu non ponatur certa causa.

4 An contingit vnius *rei* plures causas esse? etenim si potest idem pluribus attribui primum: τὸ α τῷ β primo insit, & τῷ γ alii primo, atque hæc τοῖς δ ε inerit, igitur τὸ α τοῖς δ ε. caussa autem *cur insit* τῷ δ, *erit* τὸ β: *cur insit* τῷ ε, τὸ γ. Quare si causa sit, necesse *est* rem esse, at si res sit, non necesse *est* omnem causam *esse*. sane causam *esse necesse est*, non tamen omnẽ.

94
5 Sed illæ multæ causæ sub vna communi continentur. Itaque si demõstretur per veram causam de proprio subiecto, vnius effectus vna est causa: adeo vt causa & effectus reciprocentur.

5 An si problema semper *est* vniuersale, etiam caussa est totum quiddam? & id cuius *est* causa, *est* vniuersale? veluti defrondescere *inest* toti cuidam determinato, etiam si eius species sint: ac talibus *inest* vniuersaliter, *id est*, vel plantis, vel talibus plantis. Quocirca in his & medium, & *id* cuius *est* causa, æqualia esse oportet, ac reciprocari. veluti, cur arbores defrondescunt? si igitur *defrondescunt* propter concretionem humoris: siue arbor defrondescet, oportet inesse concretionem: siue concretio non cuiuis *rei*, sed arbori insit, defrondescere *arborem necesse est*.

An vnius effectus sint plures causæ.

CAP. XVII.

CAP. XVII.

VTrum autem potest eiusdem non eadem cau- 95
sa esse omnibus, sed diuersa, an non? 2 An si
per se demonstratum est, non per signum vel per ac-
cidens, *id* fieri nequit? nam medium est definitio ex-
tremi. si vero non ita *demonstratum sit*, fieri potest?
3 Licet autem & *id* cuius *est* causa & *id* cui *est causa* 96
considerare per accidens: sed non videntur esse
problemata.
4 Sin minus, similiter *se* habebit medium, *id est*, si
extrema sint homonyma, *etiam* medium *erit* homo-
nymum. si vero *illa sint* vt in genere, simile erit *mediū*:
veluti quamobrem *quibusdam insit* proportio com-
mutata: quoniam alia causa *est* in lineis, & *alia*
in numeris. atque idem *medium*, qua lineæ *sunt in*
quibus spectatur, *est* diuersum: qua vero habet eius-
modi incrementum, *est* idem. ita *se res habet* in omni-
bus. Cur autem color colori, & figura figuræ similis
sit, alia *est* alii *subiecto causa*. nam simile in his est ho-
monymum. hic enim fortasse *nihil aliud est quam* la-
tera habere proportionem, & angulos *esse* æquales.
in coloribus autem, vnum esse sensum, aut eiusmo-
di aliud. Quæ vero secundum analogiam *sunt* ea-
dem, etiam medium habebunt idem secundum
analogiam. 5 Sic autem *se res* habet, quia se mutuo
consequuntur, causa, & id cuius *est* causa, & *id* cui *est* 97
causa singulatim autem accipiendo *id* cuius *est* cau-
sa, latius *patet*. veluti, quatuor *angulis* æquales *esse an-*
gulos externos, latius *patet*, quam triangulum, vel
quadratum: omnibus autem *est* par. quæcumque

1 Quod superiori capite traditum est, in dubium reuocatur, ac quæritur an vnius effectus possint esse multæ causæ

2 Prout effectus per causam demonstratione potissima demonstratur vnius effectus vna est causa.

3 Effectus & causa spectari possunt non solum per se, vt in potissima demonstratione, sed etiam per accidens.

4 Nisi per accidens demonstretur, necesse est medium esse simile extremis

5 Si demonstretur de proprio subiecto non de eius speciebus: medium & extrema reciprocantur.

enim quatuor *angulis* rectis æquales *habent angulos* externos, & medium similiter *habent*.

6 Medium est definitio maioris extremi.


6 Medium autem est definitio primi extremi. idcirco omnes scientiæ per definitionem comparantur. Veluti defrondescere simul consequens est viti, & *vitem* excedit: necnon ficui, & *ficum* excedit: sed non omnes *excedit*, immo *est* æquale. Si igitur sumpseris primum: medium est definitio *huius verbi* Defrondescere. primum enim est alterutrius medium, quod omnia *sunt* talia. deinde huius medium *est*, quod succus concrescit, vel eiusmodi aliud. Quid autem est defrondescere? concrescere succum seminis qui *est in ea parte* vbi *folium cum ramo* coniungi-

98

7 Data doctrinæ adhibito diagrammate explicatur.

tur. 7 In figuris autem ita *quispiam* declarabit quærentibus consecutionem causæ & *eius* cuius *est* causa. Insit τὸ α omni β: τὸ β autem vnicuique τῶ δ, sed latius pateat. τὸ β igitur est vniuersale τοῖς δ. id enim voco vniuersale, quod non reciprocatur. primum autem vniuersale *id appello* cum quo singula non reciprocantur, omnia vero *simul sumpta* reciprocantur, nec latius patent. Itaque cur τοῖς δ *insit* τὸ α, causa est τὸ β. Opus est igitur vt τὸ α latius pateat quam τὸ β. alioquin cur potius hoc erit causa quam illud? Si igitur omnibus ε inest, τὸ α erit aliquid diuersum à β, *cuius ratione* ea omnia *sint* vnum. sin minus, cur dicere licebit omni ε inesse τὸ α, non omni autem α τὸ ε? cur enim non erit aliqua causa, sicut est *aliqua causa cur* τὸ α insit omnibus δ? Ergo etiam τὸ ε erunt vnum

99 quid. * Considerare hoc oportet; atque esto τὸ γ. Possunt igitur eiusdem esse plures causæ, non tamen iisdem specie. veluti cur longæuæ sint quadrupedes, *causa est* vacare bile; *cur* volucres, *causa est*, siccas esse, vel aliud quidpiam.



At si ad indiuiduum non statim perueniunt *a*, nec vnum tantum est medium, sed plura *b*, etiam causæ *sunt* plures *c*.

a Non statim sumatur propositio immediata. *b* Plura media subordinata. itavt alia sub aliis contineantur. *c* Plures causæ subordinatæ. Hinc oritur quæstio seq. cap quęnam, siue vtra causa sit potior.

Vtra causa prior sit, propiorne, an magis vniuersalis.

CAP. XVIII.

VTrum autem medium est causa singulis? *id ne* quod ad primum vniuersale, an quod ad singula magis accedit?

1 Cum affectio vniuersalis attribuitur non proprio subiecto, sed speciei sub eo cōtentæ quaeritur vtra sit causa potior, vtrum ea quę est propinquior affectioni, an quæ est propinquior subiecto.

2 Constat igitur *ea media esse causas, quæ sunt* proxima cuique rei, cui causæ sunt. cur enim primum sub vniuersali contentum insit, hoc *est* causa: veluti cur τῷ δ insit τὸ β, causa *est* τὸ γ. Itaque cur τὸ δ insit τὸ α, causa *est* τὸ γ. *cur* autem *insit* τῷ γ *causa est* τὸ γ β. huic vero ipsummet.

2 Respondetur eam esse potiorem, quę est pr pinquior subiecto, id est, minori extremo.

3 De syllogismo igitur ac demonstratione, & quid vtrumque sit, & quomodo fiat perspicuum *est*: simulque de scientia demonstratiua, quoniam idem est.

100

3 Epilogus.

DE COGNITIONE PRIMORVM PRINCIPIORVM.

Tractatus VI.

C. XVIII.

Cap. XIX.

1 Tandem dicendum est de 101 cognitione primorum principiorum.

Qvomodo autem principia nota fiant, & quis *sit ea* notificans habitus, hinc manifestum erit, cum prius dubitatum fuerit.

2 Per demonstrationem sciri non potest, nisi prima principia cognoscantur.

2 Non posse igitur *quempiam* scire per demonstrationem, nisi cognoscat prima principia immediata, dictum antea *a* fuit.

a Lib. 1. c. 2.

3 Explicãdum est, qualis sit cognitio principiorum, & quomodo acquiratur.

3 Vtrum autem immediatorum eadem, an diuersa sit cognitio, dubitare aliquis possit, & sitne vtriusque scientia an neutrius: an alterius scientia, alterius diuersum quoddam *cognitionis* genus. & vtrum habitus, cum non insunt, ingenerentur: an cum inessent, laterent.

4 Principiorũ cognitio nec natura nobis inest, nec acquiritur, nisi ex antecedente aliqua cognitione.

4 Si igitur eos habemus, absurdum *est.* accidit enim vt eos qui habent cognitiones exquisitiores demonstratione, lateat. Si vero *eos* accipimus, cum antea non haberemus, quomodo notum faceremus & disceremus ex non antecedente cognitione? *hoc* enim *est* impossibile, vt etiam de demonstratione dicebamus. * perspicuum igitur *est* neque haberi, nec in ignorantibus ac nullo habitu præditis, gigni posse. 5 Quare necesse *est* facultatem quandam haberi, non tamen talem, quæ his præstantior sit, quasi exquisitior. * Videtur autem hoc inesse omnibus animalibus. habent enim vim congenitam iudicatiuam, quam appellant sensum.

102 5 Ex sensu rei præsentis fit memoria, ex repetita eiusdẽ rei memoria fit 103 experientia, ex experientia intellectus colligit vniuersale,

Cum autem sensus insit: *in* aliis animalibus res sen-
su percepta manet, in aliis non manet. *In* quibus
igitur non manet, hæc aut omnino, aut eorum quæ
non manent, cognitionem non habēt extra quam
cum sentiunt. alia vero cum sentiunt, vnum quid in
anima retinent. Cum autem multa *animalia* huius-
modi sint, iam est discrimen quoddam: adeo vt in
aliis ratio fiat ex huiuscemodi *rerum* memoria, in a-
liis non fiat. * Ex sensu igitur fit memoria, quem- 104
admodum dicimus; ex memoria vero sæpe eius-
dem rei facta *fit* experientia. multæ enim memo-
riæ numero, sunt vna experientia. at vero ex expe-
rientia, siue ex omni & vniuersali quiescente in
anima: *nimirum* vno præter multa, quod in omni-
bus illis inest vnum & idem, fit principium artis &
scientiæ: artis, si *pertineat* ad generationem: scientiæ,
si pertineat ad id quod est. 105
6 Itaque nec insunt definiti habitus, nec fiunt ex
aliis habitibus notioribus, sed ex sensu. Vt in bel-
lo postquam *acies* in fugam conuersa est, vno stan-
te alius sterit, deinde alius, donec ad principium
peruenit. anima vero talis est, vt possit hoc pati. 7
Quod autē antea dictū est, nō tamen aperte dictū
fuit, iterum explicemus. † Stante enim vno indiffe-
rēte, tūc primū in anima *est* vniuersale. etenim sen- 106
titur quidē singulare: sed sensus *est* rei vniuersalis,
veluti hominis, non Calliæ hominis. Rursus in his
consistitur, donec impartibilia stent & vniuersalia.
veluti huiusmodi animal *est id in quo statur*, donec
animal *in anima stet*. & in hoc itidē statur *donec aliud
magis vniuersale stet in anima*. Patet igitur, necesse
esse, vt prima nobis inductione nota fiant. nam &
sensus ita efficit *in anima* vniuersale.

quod est principium demonstrationis.

6 Cognitio principiorum nec inest natura, nec fit ex antecedente cognitione intellectiua, sed sensitiua

7 Ex particularibus fit in anima vniuersale, vt ex singulis multibus colligitur exercitus.

8 Primorum principiorum cognitio non scientia sed intelligentiarum.

8 Quoniam autem habituum qui in diancea *spectantur*, & veritatis sunt participes, alii semper veri sunt, alii vero falsitatem quoque suspiciunt, vt opinio, & logismus: semper autem veri *sunt* scientia & intelligentia: ac nullum aliud *cognitionis* genus præter intelligentiam, *est* exquisitius quam scientia, principia vero demonstrationum sunt notiora; omnis autem scientia cũ ratione est: profectò principiorũ scientia esse nequit. quia vero nihil scientia verius esse potest præter intelligentiã: intelligentia vtiq; erit principiorum. quod non solum ex his quæ dixi probatur, sed etiam quia demonstrationis principium non est demonstratio: quapropter nec scientiæ principium est scientia. si igitur nullum aliud præter scientiam habemus verum *habitus* genus: sane intelligentia erit scientiæ principium: & principium quidem *scientiæ* erit cognitio principii: omnis autem *scientia seu cognitio* similiter se habebit ad omnem rem.

ARISTOTELIS TOPICORVM

Liber I.

Ivl. Pacio interprete.

DE SYLLOGISMO ET EIVS ſpeciebus.

Cap. I.

Cap. I.
1 Scopus huius operis eſt inſtruere diſputantes, id eſt, tam opponentem quam reſpondentem.

P Ropositvm huius tractationis eſt inuenire methodum, per quã poterimus argumentari de omni propoſito problemate ex probabilibus & ipſi diſputationem ſuſtinentes, nihil dicemus repugnans. 2 Primũ igitur dicendum *eſt*, quid ſit ſyllogiſmus, & quæ ſint eius differẽtiæ, vt ſumatur ſyllogiſmus dialecticus: hunc enim quærimus ſecundũ propoſitam tractationem. 3 Syllogiſmus igitur eſt oratio, in qua poſitis quibuſdã, aliud quiddã *diuerſum* ab iis quæ poſita fuêre, neceſſario accidit ob ea quæ poſita ſunt. 4 Demonſtratio eſt, cũ ex veris & primis ſyllogiſmis cõſtat: vel ex eiuſmodi, quæ à quibuſdam veris & primis ſui cognitionis principiũ ſumpſerunt. 5 Dialecticus ſyllogiſmus *eſt*, qui ex probabilib. concludit.

2 Inprimis oportet definire ſyllogiſmum & ſpecies ſyllogiſmi.

3 Syllogiſmi definitio Coniunge Prior. lib. 1. ca. 1. part. 8

4 Demonſtrationis definitio. Coniun. Poſter. lib 1 cap. 2.

5 Dialectici ſyllogiſmi definitio.

6 Quæ sint vera & prima ex quibus demonstratur.

6 Sunt autem vera & prima, ea quę non ab aliis, sed à seipsis fidem habent. non debet enim de scientiarum principiis quæri quamobrem *sint*: sed vnumquodque principium per seipsum debet esse fide dignum.

7 Quæ sint probabilia, ex quibus disseritur.

7 Probabilia autem sunt, quæ videntur omnibus, vel plerisque, vel sapientibus: atque his vel omnibus, vel plerisque, vel maxime notis & claris.

8 Syllogismi contentiosi vitium est in materia, vel in forma, vel in vtraque. Cũ autem vitium est in forma, non est, sed tantum videtur syllogismus.

8 Syllogismus contentiosus *est* qui *extruitur* ex iis, quæ videntur probabilia, nec tamen sunt: & qui ex probabilibus, vel iis quæ videntur probabilia, videtur *esse*, *nec est*. Non enim quicquid videtur probabile, etiam est probabile, nihil enim eorum quæ dicuntur esse probabilia, superficie tenus habet *probabilitatis* imaginem: quemadmodum in principiis rationum contentiosarum accidit. confestim enim & plerumque iis qui etiam parua contueri possunt, perspicua *est* falsi natura, *quæ* in ipsis *reperitur*. Prior igitur ex dictis contentiosis syllogismis, etiam syllogismus appellator. alter vero *vocator* quidem contensiosus syllogismus, non tamen *simpliciter* syllogismus: quia etsi videtur concludere, *reuera* tamen non concludit.

9 Syllogismus apateticus constat ex principiis sciẽtia male acceptis, hũc Aristoteles appellat etiam ψευδογράφημα, & syllogismum pseudographum Elenchor c. 11. part. 2. & 5.

9 Insuper *sunt* præter dictos omnes syllogismos, paralogismi qui ex iis *constant*, quæ *sunt* aliquarum scientiarum propria: quemadmodum in geometria, & aliis id genus *scientiis* accidit. Videtur enim hic modus differre à dictis syllogismis: quoniam qui falsis descriptionibus vtitur, nec ex veris & primis concludit, nec ex probabilibus. quandoquidem in definitionem non cadit: quia nec ea sumit quæ omnibus videntur, nec quæ plerisque, nec quæ sapientibus, & his neque omnibus, neque plerisque, neque clarissimis: sed

ex propriis ſcientiæ ſumptionibus, non tamen veris, ſyllogiſmum efficit. nam quia vel ſemicirculos deſcribit non vt oportet, vel lineas quaſdam ducit non quo modo duci debent, paralogiſmum facit.

10 Expoſitæ ſunt ſyllogiſmi ſpecies rudi Minerua.

10 Species igitur ſyllogiſmorum, vt eas typo complectar, eæ ſunto quas dixi. vniuerſaliter autem loquendo de omnibus tam dictis quam poſt hæc dicendis, eatenus nobis definitum eſto: propterea quod de harum rerum nulla exquiſitam rationem afferendi conſilium cepimus, ſed quatenus typo hęc percurrere volumus, omnino ſufficere putantes ſecundum propoſitam methodum, ſi horum vnumquodque poſſit quomodocũque notum fieri.

De Vtilitate huius tractationis.

CAP. II.

CAP. II.

1 Explicanda eſt vtilitas dialectica.

2 Triplex eſt dialecticæ vtilitas.

3 Primo valet ad diſputandũ exerciti gratia

4 Secundo ad congreſſus, id eſt, ad colloquia.

5 Tertio ad ſcientias philoſophicas. Hæc autem tertia vtilitas eſt bipertita Nam primo dialectica confert ad concluſiones demõſtratiuas.

6 Secundo ad principia demonſtrationũ cognoſcenda.

HIs quæ dicta ſunt, conſequens eſt vt dicamus, ad quot & quæ ſit vtilis hęc tractatio. 2 Eſt igitur vtilis ad tria, ad exercitationem, ad congreſſus, ad philoſophicas ſcientias. 3 Quod igitur ad exercitationem *ſit* vtilis, ex his perſpicuum eſt: quoniam *hanc* methodum habentes, facile de omni re propoſita poterimus argumentari.

4 Ad congreſſus autem: quia multorum opinionibus enumeratis, non ex alienis: ſed ex propriis *ſingulorum* ſententiis poterimus cũ eis agere refellentes quod non recte dicere nobis videbuntur.

5 Ad philoſophicas autem ſcientias: quia cum poterimus in vtramque partem dubitare, facile in ſingulis perſpiciemus verum & falſum. 6 Præterea ad prima cuiuſque ſcientiæ principia. de his enim ex propriis propoſitæ ſcientiæ principiis

nihil dici potest, quia sunt prima omnium principia: sed ex iis quæ in singulis probabilia sunt, necesse *est* de iis dicere. hoc autem *vel* est proprium vel maxime peculiare dialecticæ. cum enim sit indagatrix, ad omnium scientiarum principia viam continet.

De perfecta dialectica cognitione.

Cap. III.

1 Perfectus dialecticus est qui potest recte differere, nullo scilicet dialectica præcepto non obseruato, etiamsi forte sententiam suã alteri probare nequeat.

1 HAbebimus autem perfecte *hanc* methodum, cum ita habebimus, vt in rhetorica, & medicina, & huiusmodi facultatibus *accidit*. hoc autem est, ex possibilibus efficere quæ præeligimus. neque enim orator omni modo persuadebit, neque medicus sanabit, sed si nihil eorum quæ adhiberi possunt, prætermittat, sufficienter eum habere scientiam dicemus.

De quibus, & ex quibus disseratur.

Ca. III.

Cap. IIII.

1 Videndum est, de quibus, & ex quibus disseratur.

1 PRimum igitur videndum *est*, ex quibus *hæc* methodus *constet*. Si igitur sumpserimus ad quot, & quæ, & ex quibus rationes extruantur, & quomodo his abundabimus: satis id quod proposuimus, consequemur.

2 De problematis disser tur ex propositionibus. Omne autem problema & omnis propositio vel definitionem, vel proprium, vel genus, vel accidens declarat.

2 Sunt autem numero paria & eadem, *ea* ex quibus rationes *constant*, & *ea* de quibus syllogismi *conficiuntur*. fiunt enim rationes ex propositionibus: *ea* vero de quibus fiunt syllogismi, sunt problemata. omnis autem propositio & omne problema, aut

genus aut proprium aut accidens declarat. etenim differentia, cum sit generalis, vna cum genere *est* collocāda. Quia vero proprium aliud *est quod* significat quid res sit. aliud *quod* non significat: diuidatur proprium in has duas partes; voceturque id quod significat quid *res* sit, Definitio: alterum vero secundum appellationem communiter his attributū, appelletur Proprium. Ex dictis igitur patet, secundum præsentem diuisionem accidere vt quatuor omnia fiant: *id est*, vel proprium, vel definitio, vel genus, vel accidens.

3 Nemo autem nos dicere existimet, horum vnūquodque per se dictum, esse propositionem aut problema, sed ex his problemata & propositiones fieri. 4 Iam vero propositio & problema differunt modo, nam si ita dicatur, Nonne animal pedestre bipes est hominis definitio? &, Nonne animal est genus hominis? propositio efficitur, si vero dicatur, vtrum animal pedestre bipes, est hominis definitio, annon? & vtrum animal est genus hominis, an non? problema efficitur. similiterque dicendum est de aliis. Merito igitur paria numero sunt problemata & propositiones: quoniam ex omni propositione problema facies, si modum commutaueris.

3 Definitio, proprium, genus, & accidens non sunt propositiones vel problemata sed ex ipsis propositiones & problemata cōficiuntur.

4 Propositio & problemat non differunt materia sed forma, ideoque vtriusque allata est eadem diuisio sumpta à materia.

CAP. IV.

1 Explicandæ sunt quatuor illa, ex quibus problemata & propositiones fieri diximus.

2 Definitio est oratio quidditatem declarās Definitum vero cui, est nomen aut oratio.

Quid sit definitio, genus, proprium, & accidens.

CAP. V.

Dicendum autem *est* quid sit definitio, quid genus, quid proprium, quid accidens.

2 Est autem definitio, oratio quæ significat quid res sit, adhibetur autem aut oratio pro

nomine, aut oratio pro oratione, possunt enim etiam nonnulla, quæ oratione significantur, definiri.

3 Et si nomen nō est definitio tamen referri potest ad problema definitionis.

3 Eos vero qui nomen adhibent, constat non adhibere rei definitionem: quoniam omnis definitio est oratio quædam. attamen hoc quoque ad definitionem referri debet: veluti, honestum esse quod decet.

4 Ad idem problema refertur quæstio vtrum sit idem an diuersum

4 Itemque hoc, vtrum idem sit sensus & scientia, an aliud. *cum* enim circa definitiones *versamur*, plurimum studii in eo ponimus, vtrum sit idem an diuersum. Et, *vt* absolute *loquar*, definitiua omnia vocentur, quæ sunt sub eadem methodo, sub qua *est* definitio. Quod autem omnia quæ nunc dixi, sint eiusmodi, ex his patet: Cum enim poterimus quod idem *sit*, & quod diuersum differendo probare, eodem modo abundabimus argumentis ad definitiones *pertinentibus*. ostendentes enim non idem esse, euertemus definitionem. Sed non conuertitur, quod nunc dixi. non enim sufficit ad confirmandam definitionem, si ostendatur idem esse: sed ad euertendam sufficit, si ostendatur non idem esse.

5 Declarat, quid sit propriū absolute & quid proprium per relationem ad alterum.

5 Proprium vero est, quod non declarat quidditatem, sed soli inest, & cum re reciprocatur: vt proprium hominis *est*, grammaticæ susceptiuum esse: quia si homo est, grammaticæ susceptiuus est: & *retro* si grammaticæ susceptiuus est, homo est. Nemo enim propriū appellat id quod potest alii inesse, vt dormire homini, ne quidem si accidat aliquo tempore, vt soli insit. Si quis itaque etiam tale quidpiam vocauerit proprium: non simpliciter, sed aliquando, aut *per relationem* ad aliquid, appellabitur proprium. Nam esse à dextra aliquando

proprium

proprium est, bipes autem *per relationem* ad aliquid, vocatur proprium: vt homini *per relationem* ad equum & canem. Quod autem nihil eorum quæ & alii possunt inesse reciproce attribuatur, manifestũ est. non enim necesse est, si quid dormit, id hominem esse. 6 Genus autem est, quod pluribus & differentibus specie attribuitur in *quæstione* quid est: In *quæstione* quid est, ea dicuntur attribui, quæ apte respondentur, cum rogatur, quid sit res proposita, vt ad interrogationem, quid sit homo, apte respõdetur, esse animal. 7 Generale est hoc quoque, vtrum aliquid in eodem in quo aliud genere sit, an in diuerso. hoc enim sub eandem methodum cadit, sub quam genus. cum enim disserendo probauerimus animal esse genus hominis, & similiter bouis: hæc in eodem genere *collocari* probauerimus. at si alterius esse genus, alterius non esse ostenderimus: non esse hæc in eodem genere probauerimus.

6 Docet quid sit genus, & quid sit attribui in quæstione quid est. Hinc Porphyrius sumpsit generis definitionem, cap. 2. part. 8.

7 Ad problema generis refertur etiam quæstio, vtrum sit in eodem, an in diuerso genere.

8 Accidens autem est quod nihil horum est, *id est*, nec definitio, nec proprium, nec genus: inest autem rei. & quod cuiuis *rei* vni & eidem potest inesse, & nõ inesse. Vt sedere potest eidem alicui inesse, & non inesse. similiterque album. nihil enim prohibet quo minus idem modo sit album, modo non album. 9 Harum autem accidentis definitionum secunda est melior. nam prima *definitione* allata, necesse *est*, si quis est *eam* intellecturus, vt prius cognoscat, quidnam sit definitio, & genus, & proprium. secunda verò per se perfecta est & sufficiens ad notificandum quidnam sit id quod dicitur.

8 Accidentis duas definitiones affert. Confer. cap. 5. Porphyrii.

9 Secunda definitio primæ præfertur.

10 Adiungantur autem accidenti etiam mutuæ rerum collationes, quomodocumque ab accidente ductæ. veluti, vtrum bonum an vtile sit magis eligendum: &, vtrum iucundior *sit* vita quæ *est* se-

10 Problema accidentis, vel est absolutum, vel comparatũ.

cundum virtutem, an *qua* secundum fruitionem: & si quid aliud consimiliter dicitur. in his enim omnibus quæritur, vtri magis attributum accidit.

11 Accidens potest esse proprium per relationem non absolute.

11 Ex his autem patet, nihil prohibere quo minus accidens interdum & *per relationem* ad aliquid, propriũ fiat. veluti sedere, quod est accidens, cum quis solus sedet, tunc temporis propriũ *eius* erit. cum autem solus sedet, *relatione habita* ad non sedentes, proprium *est*. Quocirca nihil vetat, quo minus accidens per relationem ad aliquid & interdum efficiatur propriũ. simpliciter autem non erit proprium.

CAP. V.

Obiectionis solutio. CAP. VI.

1 Omnes quæstiones aliquo modo reduci possunt ad problema definitionis.

NOs autem *hoc* non lateat, *ea* omnia quæ ad proprium, & *quæ ad* genus, & *quæ ad* accidens referuntur, etiam definitionibus aptari posse. nam si ostenderimus non *ei* soli inesse, quod *est* sub definitione, vt & in proprio *fit*: vel *id* quod in definitiones assignatum est, non esse genus: vel eorum quidpiam quę in definitione continentur, non inesse. quemadmodum etiam in accidente dici posset: definitionem euerterimus. Quare secundum rationem paulo ante adductam, ea omnia quæ enumerauimus, aliquo modo erunt definitiua.

2 Nisi problematum genera distinguantur, vt supra distinximus, mentationis dialecticæ methodus nulla erit nisi obscura & difficilis

3 Ex dictis patet non esse strenendum vnũ definiti omnis generis, sed quatuor genera, vt supra fuerunt exposita.

2 Sed non propterea vna in omnibus vniuersalis methodus quærenda *est*. neque enim hoc facile est inuentu. & si fuerit inuentum, *talis methodus* esset omnino obscura, & inutilis ad propositam tractationem. atqui propria singulorum definitorum generum methodus explicabitur, facile erit, ex iis quæ cuiusque rei propria sunt, de re proposita differere.

3 Quocirca vniuersaliter *ac* typo (vt antea dictum fuit) diuidendum *est*: cæterorum autem, quæ ma-

xime singulis propria *sunt*, eis adiungi, & definitiua, aut generalia appellari debent. Fere autem hæc quæ nunc dixi, singulis adiuncta fuerunt.

Idem quot modis dicatur.

CAP. VII.

PRimum autem omnium, definiendum est quot modis idem dicatur.

2 Videri autem possit idem (vt typo *a* explicem) tripertito distributum esse. aut enim numero, aut specie; aut genere idem soliti sumus appellare. numero quidem, cum nomina sunt plura, res autē vna: vt indumentum, & vestimentum, specie vero *eadem dicimus*, quę cum plura *b* sint; specie non differunt: vt duos homines, & duos equos. ea namque specie dicuntur eadem quæ sub eadem specie sunt. similiterque genere eadem, quæ sub eodem genere sunt, vt homo & equus.

3 Videri autem possit, aquam quæ ex eodem fonte *manat*, alio modo dici eandem, quam superiora.

4 Verumtamen in iis numeranda est, quæ sub eadem specie quoquo modo *esse* dicuntur. hæc enim omnia syngenea & cōsimilia inter se videntur esse. Omnis enim aqua dicitur specie eadem cum omni aqua, quoniam habent *inter se* similitudinem quandam. aqua autem ex eodem fonte manans, nulla alia *ratione* differt *ab aliis aquis quæ eadem dicuntur*, nisi quod vehementior est similitudo. Proinde non seiungimus ab iis quæ quoquo modo secundum vnam speciem dicuntur.

5 Maxime autem (*vt in confesso est*) *quod est* vnum numero, videtur ab omnibus idem dici.

6 Solet autē & hoc dici multis modis. sed maxime

CAP. VI.

1 Videndum est quot modis idem dicatur.

2 Idem dicitur tribus modis, genere, specie, numero.

a Pingui Minerua Additur idem analogia Metaphys. δ. c. 6.

b Diuerso numero.

3 Quæritur, quomodo dicatur eadem aqua, quæ est ex eodem fonte.

4 Respondetur, esse eadem specie: identitas autem fontis auget aquæ similitudinem.

5 Maxime idē est, quod est vnum numero.

6 Idem numero dicitur multis modis Primopolyonyma; item definitio & definitum.

proprie & primum, quando nomine, aut definitione eadem dicuntur; vt indumentum & vestimentum: necnon animal pedestre bipes, & homo.

7 Secundo subiectum & eius proprium.

7 Secundo *loco* cum proprio *eadem dicuntur*: vt scientiæ susceptiuum, & homo: item quod natura sursum fertur & ignis.

8 Tertio subiectum & eius accidens.

8 Tertio *loco*, cum ratione accidentium, vt sedens, vel musicum, & Socrates: hęc enim omnia vnum numero significant. Quod nunc dixi, verum esse, ex iis qui appellationes cōmutant; maxime potest aliquis discere. sæpe enim iubentes nominatim vocari sedentium aliquem, commutamus *appellationem*, cum non intelligit is cui iubemus, quasi facilius ex accidente sit intellecturus: ac iubemus sedentem, aut disputantem ad nos vocari, perspicue pro eodem accipientes, siue nomine, siue accidente significetur.

9 Epilogus.

9 Idem igitur, vt dictum fuit, tripertito diuisum esto.

Nec plura, nec pauciora esse attributa, quam quatuor suprà exposita.

CAP. VIII.

CAP. VII.

1 Exposita propositionum & problematum diuisio quadripertita probatur primo per inductionem.

Quod autem ex supradictis & per ea disputationes conficiantur & ad ea *pertineant*, prima fides est per inductionem. si quis enim consideret singulas propositiones & problemata: videbuntur vtique aut ex definitione, aut ex proprio, aut ex genere, aut ex accidente sumpta esse.

2 Secundo per syllogismum diuisionis.

2 Altera fides *est* per syllogismum. necesse *est* enim vt quicquid alicui attribuitur, vel reciprocetur cum re, vel non *reciprocetur*. & si quidem reciprocetur, erit definitio, aut proprium. nam si significet quidditatem, definitio: si vero id nō significet, pro-

prium *erit*,id enim erat proprium, quod reciprocatur quidem, non tamen significat quidditatem. quod si non reciprocetur cum re: aut est aliquid ex iis quæ dicuntur in definitione subiecti, aut non. & si *quid est* ex iis quæ dicuntur in definitione, aut erit genus, aut differentia: quoniam definitio ex genere & differentiis constat, si vero non est ex iis quæ dicuntur in definitione: profecto erit accidens. nam accidens vocabatur, quod neque definitio, neque genus, neque proprium est, inest autem rei.

De categoriis CAP. IX.

POst hæc igitur oportet definire genera categoriarum in quibus insunt dictæ quatuor differentiæ.

1 Nunc dicendum de categoriis.

2 Hæc autem sunt numero decem, quid est, quantum, quale, ad aliquid, vbi, quando situm esse, habere, facere, pati. semper enim accidens, & genus, & proprium, & definitio in vna harum categoriarum, reperientur. Omnes enim propositiones ab his *sumptæ*, vel quid est, vel quale, vel quantum, vel aliquam aliam categoriam significant.

2 Attributiones sunt decem, quid est, &c.

3 Ex his autem constat eum qui significat quid est, modo significare substantiam, modo quale, modo aliquam aliam categoriam, cum enim homine proposito ait id quod est propositum, esse hominem, aut animal: dicit quid est, & significat substantiam. cum autem colore albo proposito ait id quod est propositum, esse album, vel colorem: & dicit quid est, & significat quale: similiterque si proposita magnitudine vnius cubiti, dicat id quod propositum est, esse magnitudinem vnius cubiti: & dicit quid est, & significat quantum. Similiter autem

3 Attributio quid est. locum habet in omnibus categoriis.

dicendum est etiam in aliis. horum enim vnumquodque, siue ipsum de se ipso dicatur, siue de eo genus *dicatur*, significat quid est. Cum autem de alio dicitur, non significat quid est, sed vel quantum, vel quale, ad aliquam aliam categoriam.

4 Transitio.

4 Quare de quibus rationes, & ex quibus *constant*, hæc & tot sunt. Quomodo autem *hæc* sumemus, & per quæ nobis copia suppetet, post hæc dicendum est.

De propositione dialectica.

CA. VIII.

CAP. X.

1 Non omnis propositio est dialectica, nec omne problema est dialecticum.

PRimum igitur definiatur quid sit propositio dialectica, & quid *sit* problema dialecticum, nec enim omnis propositio, nec omne problema haberi debet pro dialectico. nemo enim mentis compos pro principio sumet, quod nemini videtur: nec pro quæstione ponet, quod videtur omnibus, aut plerisque: quoniam hæc dubitatione carent, illa vero nemo concesserit.

2 Propositio dialectica est Primo interrogatio probabilis.

3 Secundo quæ est similis probabili Tertio quæ est contraria probabili, per contradictionem prolata. Adde, vel de contrario. Quarto opinio secundũ artem.

2 Est autem propositio dialectica, interrogatio probabilis aut omnibus, aut plerisque, aut sapientibus: atqui his vel omnibus vel plurimis, vel nobilissimis, à communioni opinione non abhorrens: concesserit enim quispiam: quod videtur sapientibus, nisi contrarium sit opinionibus multorum.

3 Sunt autem Propositiones dialecticæ etiam *ea quæ sunt* probabilibus similia: nec non contraria iis quæ probabilia videntur per contradictionem proposita: & quæcumque opiniones sunt secundum artes inuentas.

6 Exempla pri-

4 Nam si probabile sit, eandem esse contrariorum

scientiam: hoc quoque videbitur probabile, sensum eundem esse contrariorum & si vnam numero grammaticam esse; tibiarum quoque artem vnam *esse probabile erit*. sin plures grammaticas, etiam tibiarum artes plures. hæc enim omnia, similia & eiusdem generis videntur esse.

mi & secundi generis.

5 Similiter etiam quę probabilibus sunt contraria, per contradictionem proposita, videbuntur probabilia. nam si probabile *est*, oportere de amicis bene mereri: probabile etiam *erit*, non oportere male mereri. est autem contrarium, oportere male mereri de amicis: per contradictionem vero, non oportere malè mereri. Similiterque si oportet de amicis bene mereri, de inimicis non oportet. est autem hoc quoque per contradictionem contrariorum. contrarium enim est, oportere de inimicis bene mereri. Itidem *dicendum est* etiam in aliis.

5 Exempla primi & tertii generis: in quibus cōtraria eidem attribuuntur contradictorie, id est, alterum affirmatur, alterum negatur de eodem subiecto.

6 Probabile autem in comparatione videbitur etiam contrarium de contrario, veluti si de amicis oportet bene mereri, etiam de inimicis oportet male mereri. Videri autem possit hoc, de amicis bene mereri, *esse* illi contrarium, de inimicis male *mereri*. vtrum autem re vera ita habeat, necne, in iis, quæ de contrariis dicentur, explicabitur.

6 Exempla primi & tertii generis: in quibus contraria contrariis attribuuntur.

7 Constat autem, & opiniones, quæcumque sunt secundum artes, esse dialecticas propositiones. concesserit enim quispiam, quæ iis videntur, qui in hisce *rebus, de quibus agitur*, versati sunt: veluti de rebus medicis *ita sentiendum esse admittet*, vt medicus *docet*: de geometricis, vt geometra. similis *est* aliorum ratio.

7 Exempla quarti generis.

De problemate dialectico, & thesi.

CAP. IX.

CAP. XI.

1 Problematis dialectici descriptio duas eiusdem diuisiones suggerit.

PRoblema verò dialecticum est contemplatio pertinens vel ad electionem & fugam, vel ad veritatem & cognitionem: idque vel per se, vel quia adiumentum affert ad aliud quidpiam eiusmodi: de quo aut neutram in partem sentiunt, aut multi contra ac sapientes, aut sapientes contra ac multi, aut vtrique dissentiunt ipsi inter se.

2 Exemplis declarat primam dialectic problematis diuisionem.

2 Quorundam enim problematum cognitio vtilis *est*, ad eligendum, aut fugiendum: veluti vtrum voluptas *sit* bonum, necne. Quorundam vero ad cognoscendum dumtaxat: veluti, vtrum mundus *sit* æternus, an non. Quædam autem per se ad neutrum horum *valent*; ad eorum tamen aliqua conferunt. multa enim *sunt*, *quæ* nolumus sui ipsorum causa nota facere, sed aliorum causa, vt per hæc aliud quidpiam notum faciamus.

3 Tertia diuisio.

3 Sunt autem problemata & *ea* quorum sunt syllogismi contrarii, (quia dubitationem continent, vtrũ sic *se* habeat, an secus, propterea quod in vtramque partem sunt rationes probabiles) & *ea* de quibus rationem non habemus, cum magna sint *& ardua*, putantes difficile esse; vt afferatũr *ratio* quãobrem *ita sit*: veluti, vtrum mundus sit æternus an non: nam & quæ eiusmodi sunt, quærere aliquis potest. 4 Problemata igitur, & propositiones, ita, vt dictũ est, definita sunto. 5 Thesis autẽ est præter *omnium* opinionẽ sententia alicuius nobilis philosophi. veluti, non posse contradici, vt dicebat Antisthenes: aut omnia moueri, secundum Heraclitum, aut quod*cumque*

4 Epilogus.

5 Thesis propriè sumpta, est sententia admirabilis Cuius duo sunt genera Primum est quod nititur

est, *esse* vnum, vt ait Melissus. nam cuiusuis contraria opinionibns pronunciantis rationem habere, amentia est. *auctoritate alicuius nobilis philosophi.*

6 Vel *thesis est sententia de his* quorum rationem habemus, cum sint opinionibus contraria; veluti non omne quod est, aut esse factum aut æternum, sicut sophistæ inquiunt. nam qui est musicus, est grammaticus, cum nec factus, nec æternus sit. hoc enim etsi alicui nõ videtur, *tamen* videri possit, quia rationem habet ad persuadendum idoneam. *6 Secundum quod nititur ratione.*

7 Ergo & thesis est problema: non omne autẽ problema *est* thesis. nam quædam problemata sunt eiusmodi, vt de eis in neutram partem sentiamus. Quod autem thesis quoque sit problema, manifestum *est*. necesse enim *est* ex iis quæ dicta fuerunt aut multos cum sapientibus de thesi contendere, aut vtrosuis inter se: quoniam thesis est sententia quædã præter opinionem. *7 Thesis est species problematis.*

8 Sed fere nunc omnia dialectica problemata vocantur theses. Cõcedatur autem, nihil referre quocũque modo dicatur. nõ enim quia velimus nomina condere, *ideo* hæc ita diuisimus: sed ne nos lateat, quæ sint horum differentiæ. *8 Thesis late accipitur pro quouis problemate.*

9 Nec vero oportet omne problema aut omnem thesim in questionem reuocare: sed *eam* de qua dubitare quispiam possit egens rationis, nõ pœnæ, aut sensus. nam qui ambigunt, vtrum oporteat, Deos colere, & parentes diligere, necne; pœna: qui vero *dubitant*, vtrum nix sit alba, necne: sensu indigent. *9 De iis non est dialectico dubitandum, vel disputandum, quæ sunt sensui vel pietati contraria.*

10 Nec igitur *de his disceptare oportet*, quorũ in promptu est demõstratio, nec quorum *est* nimis remota: quoniam illa non habent dubitationem: hæc vero maiorem habent, quam gymnasticæ conueniat. *10 Nec de iis quæ sunt admodum faciliæ vel admodum difficili[a].*

De speciebus ratiocinationum.

CAP. XII.

CAP. X.
1 Explicanda sunt genera dialecticarum ration. m.
2 Genera duo sunt, inductio, & syllogismus
3 Syllogismus supra definitus fuit cap. 1 par. 3.
4 Inductionis definitio. Adde Prior. lib. 2. cap. 23
5 Inductio est euidentior syllogismo, sed minus efficax.

HIs autem definitis, distinguere oportet & explicare quot sint rationum dialecticarum species.

2 Est autem vnum inductio: alterum, syllogismus. 3 Ac syllogismus quidem quid sit, dictum antea fuit.

4 Inductio vero *est* progressio à singularibus ad vniuersale, veluti si sciens gubernator est optimus, nec non auriga: omnino etiam *&* *vniuersaliter* sciens in quaque re est optimus. 5 Est autem inductio *instrumentum* aptius ad persuadendum, & apertius, & secundũ sẽsum notius. & multis cõmune. syllogismus vero *instrumentum* maiori vi vrgens, & aduersus eos, qui sunt ad contradicendum apti, efficacius.

De instrumentis inuentionis.

CAP. XIII.

1 Inuentionis instrumenta quatuor sunt: ponere, distinguere, differentias, & similitudines nosse.
CAP. XI.

2 Etiam ex distinctionibus, differentiis, & similitudinibus propositiones sumuntur.

GEnera igitur de quibus & ex quibus rationes fiũt, vt paulo ante dictum fuit, definita sunto. *1* Instrumenta vero, per quæ nobis copia suppetet syllogismorum & inductionum, quatuor sunt. vnũ *est*, propositiones sumere. secũdum, quot modis quidque dicatur, posse distinguere. tertium, differentias inuenire. quartũ, similitudinis cõsideratio. 2 Sed & horũ tria sunt quodã modo propositiones. licet enim secundum vnumquodq; eorum facere propositionem. veluti, eligendum esse, quod *est* ho-

nestum, vel quod *est* iucundum, vel quod *est* vtile, & differre sensum à scientia: quod qui hanc amisit, potest iterum accipere: illum vero non potest. itẽ, quam rationem habet salubre ad sanitatem; eandẽ habere quod firmam corporis constitutionem, efficit, ad firmam constitutionem. Est autem prima propositio ducta ab iis quæ multis modis dicuntur: secunda à differentiis: tertia à similibus.

De propositionibus sumendis.

CAP. XIV.

Cap. XII.

1 Sumantur propositiones, cuiuscumque generis probabiles sint.

PRopositiones igitur *tot modis sunt* eligendę, quot modi positi sunt in definitione propositionis: *adeo vt* vel omnium opiniones seligamus, vel plurimorum, vel sapientum: atque horum vel omnium, vel plurimorum, vel nobilissimorum, vel etiam cõtrarias his quæ videntur: & opiniones *illas* quæ secundum artem *quampiam* sunt. Oportet autem contrarias his quæ videntur, proponere secundum contradictionem, vt supra dictum fuit.

2 Propositiones probabilibus similes cum probabilibus coniungantur.

2 Vtile etiam *est* eas efficere eligendo, non solum eas quæ sunt probabiles, sed etiam eas quæ *sunt* his similes: veluti contrariorum eundem esse sensum quia *est* eadem scientia: & nos videre recipientes quidpiam, non emittentes: quia in aliis quoque sensibus itidem *res se habet.* audimus enim recipientes quidpiam, non emittentes: atque eodem modo gustamus, & olfacimus. Similis est aliorum ratio.

3 Sumantur etiam quæ videntur in plerisque vera.

3 Præterea quæcumque in omnibus aut plurimis apparent, sumenda *sunt* quasi principia, &

4 Eliguntur etiam ex libris scriptis.

a Vel rationibus, vel disputationibus

probabiles theses, *hæc* enim concedunt, qui non vident aliqua in re non ita habere.

4 Eligere etiam oportet ex sermonibus *a* scriptis.

5 Diuersa rerū genera separatim ponantur: in singulis autē initio ponatur quæstio quid est & annotentur bonorū autorum sententiæ.

5 Descriptiones autem faciendæ sunt de quoquo genere separatim supposito, veluti de bono, vel de animali. De bono (*inquam*) omni, incipiendo à *quæstione* quid est. Annotandæ autem *sunt* & singulorū opiniones, veluti Empedoclem dicere, quatuor esse corporum elementa, *facile* enim quispiam concesserit, quod à claro aliquo *Philosopho* dictum est.

6 Tria fere sūt propositionū & problematum summa genera: ethicum, physicum logicum. Coniunge cap. 11. par. 1. & 2.

6 Sunt autem (vt typo complectar) propositionum & problematum partes tres. nam aliæ propositiones sunt ethicæ, aliæ physicæ, aliæ logicæ. Ethicæ *sunt* eiusmodi, veluti, vtrum oporteat parētibus parere potius quam legibus, si discrepent. Logicæ autem, veluti vtrum contrariorum *sit* eadem scientia, an non. Physicæ vero, veluti, sitne mundus æternus, necne. Similis est ratio problematum. Quales autē sint singulæ quas dixi, definitione explicare non facile *est*. sed ea quæ *est* per inductionem consuetudine nitendum *est*, vt earum quæque notæ fiant ad prædicta exempla respiciendo.

7 In Philosophia spectatur veritas: in dialecticis disputationibus probabilitas.

7 Quod igitur ad philosopham *attinet*. secundum veritatem de his tractandum *est*: dialectice vero ad opinionem *& probabilitatem omnis disputatio dirigi debet*.

8 Sumendæ sunt propositiones vniuersales, & diuidendæ in speciales.

8 Omnes porro propositiones sumendæ *sunt* quam maxime vniuersales: & ex vna multæ fieri debent. veluti oppositorum eandem esse scientiam: deinde esse *eandem* contrariorum, & *eandem* relatorum. Eodem modo & hæ rursus diuidi debent, quandiu possunt diuidi: veluti *eādem esse scientiam* boni & mali, nec non albi & nigri, item frigidi & calidi. Similiter *fieri debet* etiam in aliis.

9 De propositionibus igitur sufficiant, quæ iam dicta sunt. *9 Epilogus.*

De iis, quæ multifariam dicuntur, distinguendis.

CAP. XIIII.

CAP. XV.

QVot modis autem *quidque dicatur*, *ita* tractandum est, *vt* non solum, quæ alio *atque alio* modo dicuntur, sed etiam rationes eorum explicare conemur. exempli gratia, non solum *explicari debet*, alio modo bonum dici iustitiam, & fortitudinem; alio modo, quod ad firmam corporis constitutionem, & quod ad sanitatem efficiendam valet: sed etiã ea *dici bona*, quia cuiuidam modi sunt; hæc vero, quia sunt alicuius effectiua, non quod ipsa cuiusdammodi sint. Itidemque in aliis *intelligi debet*. *1 Non solum ambiguitas proponatur, sed etiam explicetur.*

2 Vtrum autem specie multis modis, an vno modo quidpiam dicatur, ex his videndũ *est*. 3 Primum considerare oportet, an contrarium multis modis dicatur, siue specie, siue etiam nomine distinguatur. quædam enim illico etiam nominibus differunt. Veluti acuto in voce contrarium est graue, in magnitudine obtusum. Constat igitur contrarium acuto multis modis dici. quod si hoc, etiam acutũ *dicetur multis modis*: contrarium enim horum vtrique *oppositum*, aliud *atque aliud* erit; quia non idem acutũ, erit obtuso & graui contrarium: atqui vtrique acutum *est* contrarium. Rursum graui, in voce contrarium *est* acutum, in magnitudine leue. quocirca graue multis modis dicitur, quandoquidem etiam contrarium. Similiter pulchro quod *est* in animali, *contrarium est* turpe: ei vero quod *est* in domo, vitiosum. quare pulchrum *est* *verbum* homonymum. *2 Exsequentib. locis cognoscitur an aliquid multis modis dicatur.* *3 Quod habet multa contraria re & nomine distincta, est multiplex.*

4 Quod habet contrarium homonymum est homonymum.

4 In quibusdam autem *contrariis* nulla est nominum differētia, sed specie statim apparet in eis differentia: vt in candido & fusco. vox enim candida & fusca dicitur, similiter & color. nominibus igitur non differunt, sed specie statim apparet in eis differentia. non enim simili ratione color candidus dicitur, & vox candida. hoc autem patet etiam ex sensus, eorū enim quæ *sunt* eadem specie, idem *est* sensu: candidū vero, quod in voce, & *quod* in colore *est*, non eodem sensu iudicamus, sed alterum visu, alterum auditu. Similiter autem & acutum & obtusum in saporibus & in magnitudinibus, *non eodem sensu iudicantur*: sed alterum tactu, alterū gustu. hæc enim nominibus non discrepant: *quia* nec in ipsis *est hæc differentia*, nec in contrariis. obtusum enim dicitur, quod *est* contrarium vtrique.

5 Cuius significata partim habent, partim non habent cōtrarium, id est, multiplex.

5 Præterea *videndum est*, sitne alteri aliquid contrarium, alteri nihil omnino. Veluti voluptati quæ ex potu *percipitur* cōtrarius *est* dolor, qui ex siti oritur: ei vero *voluptati, quam* ex eo *capimus* quod intelligimus non esse communem mensuram dimetientis & lateris, nihil *est contrarium*, quare multis modis voluptas dicitur. Item *verbo* Amare, secundum animum accepto, contrarium *est* Odisse: at secundum corporalem actionē *accepto*, nihil *est contrarium*: vnde constat, *verbum* Amare, esse homonymum.

6 Quæ partim habent partim nō habent medium, item quæ habent media diversa, multiplicia sunt.

6 Præterea *spectari debent etiam* media *nempe* an quorūdam sit aliquod mediū, aliorum vero nihil, vel, an sit quidem amborū mediū, non tamen idem, vt inter candidum & fuscum in coloribus pallidū, in voce vero nihil est *interiectū*: nisi forte raucum *sit interiectum*, sicut quidam aiunt raucam vocem mediam esse. quare homonyma sunt candidum & fuscum.

7 Quæ alias vnum habent medium, alias plura sunt multiplicia.

7 Præterea *videndum est*, an aliorum plura media *sint*, aliorum vnum: vt in

candido & fusco *intelligere licet.* in coloribus enim multa sunt media: in voce vero vnum, *nempe* raucũ.

8 Quod mul- tiplici contra- dicit, est multi- plex.

8 Item in eo quod secundum contradictionem opponitur, considerandum est, an multis modis dicatur. etenim si hoc multis modis dicatur, etiam ei oppositum multis modis dicetur: veluti non cernere, multis modis dicitur: vno, non habere facultatem videndi: altero non vti facultate videndi. quod si hoc multis modis dicitur: necesse *est* vt etiam cernere, multis modis dicatur, vtrique enim *significationi verbi* non cernere opponitur aliquid: veluti illi, non habere facultatem videndi, *opponitur* habere: huic verò, non vti facultate videndi, *opponitur* vti.

9 Priuatio & habitus toti- dem modis ac- cipiuntur.

9 Præterea in iis quæ secundum priuationem & habitum dicuntur, considerare *oportet.* nam si vnum multis modis dicitur, etiam alterum, veluti si sentire multis modis dicitur, *id est*, secundum animam, & secundum corpus: etiam sensu carere, dicetur multis modis, *id est*, & secundum animam & secundum corpus. Secundum priuationem autem & habitum opponi ea quæ nunc dixi, manifestum *est*: quia natura comparatum est, vt animalia vtrumque sensum habeant, *id est* & secundum animam, & secundum corpus. 10 Præterea in casibus hoc considerandum *est*. Nam si iuste multas modis dicitur, etiã iustum multis modis dicetur: quia secundum vtrũque eorum *quæ* iuste fiunt, iustum est veluti si iuste dicitur, & ex sententia sua iudicare, & vt oportet: similiter etiam iustum *his duob. modis dicetur.* Itidemque si salubre multis modis dicitur, etiam salubriter multis modis dicetur. veluti si salubre dicitur, quod sanitatis efficiendæ, quod conseruandæ, quod indicandæ vim habet: etiam salubriter dicetur, vel accommodato ad efficiendam,

10 Coniugata totidem modis dicuntur.

vel ad conseruandam, vel ad indicandam sanitatem. Ac similiter in ceteris, quando ipsum *nomen* multis modis dicitur, etiam casus ab eo *ductus*, multis modis dicetur: & *retro* si casus *multis modis dicatur*, etiam ipsum *nomen multis modis dicetur.* 11 Spectare etiam oportet genera categoriarum, quæ nomini conueniunt, an eadem sint in omnibus, nisi enim *sint* eadem: patet homonymum esse id quod dicitur. Veluti bonum in cibis *est*, quod est effectiuum voluptatis: in medicina, quod est effectiuum sanitatis. in anima, qualem esse, vt temperantem, vel fortem, vel iustum: similiterque in homine, interdum vero Quando, vt bonum quod *positum est* in occasione: bonum enim dicitur, quod in tempore fit. sæpe autem *bonum dicitur quod est* quãtum, vt moderatum: nam & *quod* moderatum *est*, bonum dicitur. quocirca bonum est *verbum* homonymum. Itidem candidum in corpore *est* color: in voce, quod facile exaudiri potest. Eadem *est* ratio acuti: quia non eodem modo in omnibus idem dicitur. vox enim *dicitur* acuta quæ *est* cita, vt aiunt musici qui circa numeros versantur: angulus vero acutus, qui *est* minor recto: machæra autem, quæ acutum angulum habet.

11 Quod ad diuersas categorias reduci tur, est multiplex.

12 Considerare autem oportet genera eorum quæ sub eodem nomine *continentur*, an sint diuersa nec subalterna, vt ὄνος dicitur & animal & vas: diuersa enim *est* horum definitio ad illud nomen *accommodata.* alterum enim, tale quoddã animal dicetur: alterum, tale quoddam vas. Quod si genera sint subalterna, non est necesse diuersas definitiones esse vt corui & animal & auis genus est. cum igitur dicimus coruum esse, auem dicimus quoque eum esse tale quoddam animal: quapropter ambo genera

12 Cuius significata feruntur ad diuersa genera nõ sub alterna, illud est multiplex.

genera ei attribuuntur. ſimiliter etiam cum dicimus coruum *eſſe* animal alatum bipes, dicimus eum eſſe auem: ergo ſic quoque ambo genera coruo attribuuntur, nec non eorum definitio. in generibus autem non ſubalternis hoc non contingit. neque enim cum vas dicimus, animal dicimus: neque cum animal, vas. 13 Conſiderare autem *oportet* non ſolum an eius quod propoſitum eſt, diuerſa, nec ſubalterna genera ſint, ſed etiam in contrario, nam ſi contrarium multis modis dicitur: manifeſtum *eſt*, etiam *id quod* propoſitum *fuit, multis modis dici.*

13 Id quoque eſt multiplex, cuius contrarium refertur ad diuerſa genera non ſubalterna.

14 Vtile *eſt* etiam ad compoſiti definitionem reſpicere: veluti candidi corporis, & candidæ vocis. ſublato enim eo quod eſt proprium, oportet eandem definitionem manere. hoc vero non accidit in homonymis, vt in iis quæ nunc dixi. illud enim, *ſi definiatur*, erit corpus talem colorem habens: hoc autem, vox quæ facile exauditur. ſublato igitur corpore & voce, non idem *eſt* in vtraque *definitione* quod relinquitur. atqui oportebat, ſi candidum erat verbum ſynonymum, idem eſſe quod in vtraque *definitione* dicitur.

14 Quod cum alio coniunctũ, aliter definitur eſt multiplex.

15 Sæpe etiam in ipſis definitionibus latet conſequens homonymia. idcirco definitiones quoque conſiderandæ ſunt, veluti ſi quis ſignificatiuum & effectiuum ſanitatis eſſe dicat, quod ſymmetr*o*s affectum eſt ad ſanitatem, non *eſt* deſiſtendum, ſed conſiderandum, quid in vtroque vocauerit ſymmetr*o*s: veluti ſi alterum *ita vocauerit*, quia tale eſt, vt efficiat ſanitatem: alterum vero, quia tale eſt vt indicet qualis ſit habitus.

15 Cuius definitio homonymiam continet, id eſt, homonymum.

16 Præterea *videndum eſt*, an conferri nequeant ex maiori, vel ſimilitudine: vt vox candida & candidum veſtimentum: item acutus ſapor, & acuta

16 Cuius ſignificata inter ſe conferri non poſſunt id multiplex eſt.

vox. hæc enim nec ſimiliter dicuntur candida, vel acuta, neque alterum magis *altero*. quapropter & acutum & candidum *eſt verbum* homonymum. omne enim ſynonymum *eſt* comparabile: quia vel ſimiliter dicetur, vel alterum magis altero.

17 Quod ſignificat differentias diuerſorum generum, eſt multiplex.

17 Quia vero diuerſorum generum, quorum alterum ſub altero non collocatur, diuerſæ ſpecie differentiæ *ſunt*: (veluti animalis, & ſcientiæ. diuerſæ enim ſunt horum differentiæ) conſiderare *oportet*, an ea, quæ ſub eodem nomine *continentur*, diuerſorum generum non ſubalternorum differentiæ ſint, vt acutum *eſt differentia* vocis, & magnitudinis. differt enim vox à voce, quod acuta ſit. ac ſimiliter magnitudo à magnitudine. quare acutum *eſt verbum* homonymum: quia ſunt hæ differentiæ diuerſorum generum, non ſubalternorum.

18 Id, cuius ſignificata aliis atque aliis differentiis diuiduntur. eſt multiplex.

18 Rurſus *videndum eſt* an eorum quæ ſub eodem nomine *continentur* diuerſæ *ſint* differentiæ: vt chromatis quod eſt in corporibus, & quod eſt in melodiis. eius enim quod *eſt* in corporibus *differentiæ ſunt* ſegregatiuum & congregatiuum aſpectus. eius vero quod eſt in melodiis, non *ſunt* eædem differentiæ: quare chroma *eſt verbum* homonymum: quoniam earumdem rerũ eædem *ſunt* differentiæ.

19 Quod modo ſignificat ſpeciem modo differentiam, eſt multiplex.

19 Præterea quia ſpecies nulli eſt differentia: (homo enim & bos non eſt differentia, ſed vtrumque *eſt* ſpecies) conſiderare oportet an eorum quæ ſub eodem nomine *continentur*, alterum ſit ſpecies, alterum differentia, vt candidum quod *eſt* in corpore, *eſt* ſpecies coloris: quod vero *eſt* in voce, *eſt* differentia: differt enim vox à voce, quod candida ſit.

20 Quæ igitur multis modis dicuntur, ex his & talibus conſideranda ſunt.

De differentiis inueniendis. CAP. XVI.

CA. XVI.

MVtuas vero in eisdem generibus differentias contemplari oportet: veluti quid inter. sit inter iustitiam & fortitudinem, & inter prudentiam & temperantiam. hæc enim omnia sunt ex eodem genere, *nempe* virtute. *1 Quærendæ sunt differentiæ rerum homogenearum.*

2 Item in diuersis generibus inter quæ non est permagna distantia, veluti quid intersit inter sensum & scientiam. *2 Et rerum similium.*

3 Nam in iis quæ longe *à se inuicem* distant, differentiæ sunt omnino conspicuæ. *3 Non rerum maxime dissimilium.*

De similitudine consideranda.

CAP. XVII.

SImilitudo vero consideranda est & in iis quæ *sunt* in diuersis generibus, *hoc* modo: vt alterum ad alterum quidpiam, sic aliud ad aliud: veluti, vt *se habet* scientia ad scibile, ita sensus ad sensibile. *1 In diuersis generibus primo spectatur analogia per particulam, Ad*

2 Item vt alterum in altero quopiam, sic aliud in alio. veluti vt visus *est* in oculo, ita mens in anima: & vt tranquillitas in mari, *ita* serenitas in aere: vtrumque enim *est* quies. *2 Secundo per particulam In.*

3 Maxime autem in iis quæ longe *inter se* distant, exerceri oportet. facile enim in reliquis poterimus similitudines perspicere. *3 Quærendæ sunt similitudines primo eorũ quę longè inter se distant.*

4 Consideranda autem sunt etiam ea quę sunt in eodem genere, an idem quidpiam omnibus insit: vt homini & equo, & cani. nam quatenus in eis idem quidpiam inest, eatenus sunt similia. *4 Secundo eorum quæ sunt in eodem genere.*

De vtilitate dictorum instrumentorum.

Cap. XVIII.

1 Homonymia distinctio primo valet ad perspicuitatem.

Considerare autem quot modis quidque dicatur, vtile *est* ad perspicuitatem. facilius enim intelliget quispiam quid ponit, si explanatum fuerit, quot modis dicatur.

2 Secundo ad hoc vt syllogismi fiant de re proposita non de nomine.

2 Ad id etiam *conducit*, vt syllogismi fiant aduersus rem *propositam*, non aduersus nomen. Cum enim incertum est quot modis dicatur, accidit vt non eodem cogitationem dirigat, qui respondet, & qui interrogat. cum autem explanatum fuerit, quot modis dicatur, & quo respiciat qui ponit: ridiculus videbitur, qui interrogat, nisi aduersus id argumentetur.

3 Tertio ad soluendos paralogismos. Quarto ad decipiendum paralogismo.

3 Vtile etiam est, ne paralogismo capiamur, & vt alium paralogismo fallamus. nam si intelligamus quot modis *quidque* dicatur, non decipiemur paralogismo, sed intelligemus si *forte* non aduersus idem argumentetur is qui interrogat: ipsi vero interrogantes poterimus paralogismo fallere, nisi respondens sciat, quot modis dicatur.

4 Tum demum paralog. smo propter homonymiam fallere possumus, cum homonymia latet.

4 Hoc autem non in omnibus semper fieri potest: sed quando eorum quæ multis modis dicuntur alia sunt vera, alia falsa.

5 Homonymia fallere est potius sophistæ quã dialectici.

5 Sed hic modus non est proprius dialecticæ. itaque omnino hoc vitare dialectici debent, ne aduersus nomen disserant, nisi quis aliter nequeat, de re proposita disputare.

6 Differentiarum duplex est vtilitas.

6 Differentias autem inuenire, vtile est & ad syllogismos de eodem ac diuerso *extruendos*, & ad cognoscendum quid quæque res sit.

7 Ad syllogismos quidem de eodem ac diuerso *conficiendos* vtile esse, constat. cum enim rerum propositarum quamlibet differentiam inuenerimus, ostenderimus non idem esse.

7 Primo valent ad syllogismos de eodem ac diuerso conficiendos.

8 Ad cognoscendum autem quid sit: quia propriam cuiusque rei definitionem propriis cuiusque rei differentiis secernere solemus.

8 Secundo ad cognoscendum quid sit.

9 Similitudinis autem contemplatio vtilis *est* & ad inductiuas rationes, & ad syllogismos hypotheticos, & ad afferendas definitiones.

9 Similitudinum vtilitas triplex est.

10 Ad inductiuas rationes; quia similium particularium inductione, vniuersale concludi censemus. non enim facile possunt inducere, qui similitudines ignorant.

10 Primo valent ad inductiones conficiendas.

11 Ad syllogismos vero hypotheticos: quia probabile est, vt in vno eorum quæ similia sunt, *res* habet, sic etiam in reliquis *habere*. Quocirca de quouis eorum differendi copia nobis suppetat, prius ex confesso accipiemus, vt in illis *se res* habet, sic & in eo quod propositum est, habere. cum autem illud probauerimus, etiam propositum ex hypothesi probauerimus. cum enim supposuerimus vt in illis *se res* habet, ita etiam in eo quod propositum est, habere: demonstrationem confecimus.

11 Secundo ad syllogismos hypotheticos extruendos.

12 Ad definitiones vero afferendas, quia si possimus perspicere, quid in quaque re idem *sit*; non dubitabimus, ad quod genus propositam rem, quam definiemus, referre debeamus. eorum enim quæ communia sunt, id quod maxime in *quæstione* quid est attribuitur, genus vtique est.

12 Tertio ad definitiones afferendas. Primo earum rerum quæ continentur sub eodem genere synonyma.

13 Similiter autem & in iis quæ longe *inter se* distant, vtilis *est* ad definitiones *explicandas* similitudinis contemplatio. vt idem *esse* tranquillitatem in mari, &, serenitatem in aere: quoniam vtrumque

13 Secundo eorum quæ sunt analoga.

est quies. & *idem esse* punctum in linea, atque vnitatem in numero: quoniam vtrumque est principium. Quare commune omnium genus afferentes, videbimur non alienis verbis definire. Fere autem & qui definiunt, ita solent explicare: nam & vnitatem aiunt esse principium numeri: & punctum, principium lineæ. constat igitur eos ad commune vtriusque genus referre.

14 *Epilogus.* a Qui sũ hoc capite expositi Sic ego interpretor, aliter Alexander.

14 Instrumenta igitur per quæ syllogismi extruuntur, hæc sunt. Loci vero ad quos conferunt ea quæ diximus, hi sunt. *a.*

ARISTOTELIS
TOPICORVM
LIBER II.

IVL. PACIO interprete.

CAP. I.

Protheoria CAP. I.

1 Problematũ alia sunt vniuersalia, alia particularia.

PROBLEMATVM autem alia sunt vniuersalia, alia particularia. Vniuersalia *sunt*, vt, Omnis voluptas *est* bonum, &, Nulla voluptas *est* bonum. Particularia vero, vt, Quædam voluptas *est* bonum, &, Quædam voluptas non *est* bonum.

2 Probatio vniuersalis pertinet etiam ad problemata particularia.

2 Sunt autem vtrique problematum generi communia ea quæ vniuersaliter adstruendi, vel euertendi vim habent. cum enim probauerimus omni inesse, etiam cuidam inesse probauerimus. similiterque si nulli inesse ostendemus, etiam non omni inesse ostendemus. 3 Primum igitur de his quæ vniuersaliter euertendi vim habent, dicendum *est*: cum quia quæ sunt eiusmodi, sunt communia vniuersalibus & particularibus *problematis*: tum etiam quia theses afferunt potius aientes, quam negantes: quas, qui differunt, refellunt.

3 Primo loco explicandi sunt loci euertentes vniuersaliter.

4 Difficillime autẽ cõuertitur propria appellatio ab

4 Appellationis conuersio nõ

est necessaria in accidentibus, ut in ceteris: quia sol accidentia possunt inesse vel ex parte, vel simpliciter & in universum.

accidente *ducta*. ex parte enim, & non vniuersaliter *inesse* in solis accidentibus reperitur. nam à proprio, & à definitione, & à genere *ductam appellationem* conuerti necesse *est*. Veluti si cui inest, esse animal pedestre bipes: conuersione facta, vere dicetur, est animal pedestre bipes Similis *est* ratio *appellationis* à genere sumptæ. nam si cui inest, esse animal; est animal. Eadem etiã in proprio locum habent. etenim si cui inest, esse susceptiuum grammaticæ, erit susceptiuum grammaticæ. nihil enim horum potest ex parte inesse, aut non inesse: sed simpliciter vel inest, vel non inest. Accidentia vero ex parte inesse, nihil vetat: veluti alborem, aut iustitiam. Quare non satis est probare inesse alborem, aut iustitiam, vt probetur esse albus vel iustus. habet enim dubitationem; quia *fortasse* ex parte albus, vel iustus est. Quapropter non *est* necessaria in accidentibus conuersio.

5 Duo sunt problematum vitia, falsitas, & inusitata locutio;

5 Definire etiam oportet peccata, quæ in problematis *reperiuntur*: quæ nimirum duo sunt. *peccat enim quispiam*, vel quia mentitur, vel quia discedit à posita & *vsitata* dictione. mentientes enim, & quod non inest, inesse alicui dicentes, peccant. item qui alienis nominibus res appellant, veluti qui platanum, hominem *appellant*, à positis & receptis nominibus discedunt.

Varij loci problematum de accidente.

CAP. II.

CAP. II.

1 Sequuntur loci accidentis absolute considerati I. Quod

VNus igitur locus *est*, vt videamus, an quod alio quopiam modo inest, pro accidẽte acceperit. Maxime autẽ hoc peccatũ admittitur circa genera,

veluti si quis dixerit albo accidere vt sit color. non enim accidit albo, vt sit color: sed color est eius genus. Accidit igitur, vt is qui thesim constituit, nominatim definiat *id esse accidens*, veluti iustitiæ accidere vt sit virtus. sed sæpenumero sine *hac* definitione manifestum *est*, genus pro accidente sumptum esse: veluti si quis alborem esse coloratum dixerit, aut incessum moueri. quoniam à nullo genere denominatiue attributio de specie dicitur, sed synonymos omnia genera speciebus attribuuntur. etenim species & nomen & definitionem generum suscipiunt. Qui igitur dixit album *esse* coloratum: nec vt genus accipit quia denominatiue dixit: nec vt proprium, vel vt definitionẽ, quia definitio & proprium nulli alii *rei* insunt, multæ autem aliæ *res* sunt coloratæ, vt lignum, lapis, homo, equus. Patet igitur, acceptum esse vt accidens. 2 Alius locus *est*, respicere *ad ea*, quibus omnibus vel multis inesse dictum est. Considerare autem singulas species, non infinita: *sic* enim magis via *progredietur*, & in paucioribus *consistet* consideratio. Oportet autem considerare & incipere à primis: postea deinceps *progredi* vsque ad indiuidua.

vt genus, vel vt proprium, vel vel definitio attribuitur, non est accidens.

Veluti si oppositorum eandẽ scientiã esse dixerit: considerandum *est*, an relatorum, & contrariorum, & eorum quæ secundum priuationem, & habitum, & eorum quę secundum contradictionem *opposita* dicuntur, *sit* eadem scientia. & si in his nondum appareat, rursus hæc *sunt* diuidenda vsque ad indiuidua: veluti an iustorum & iniustorum, vel dupli & dimidii, vel cæcitatis & visus, vel ipsius esse & non esse, *eadem sit scientia*. nam si cuius non eandem esse probatum fuerit, confutatum erit problema.

2 II Quod omnibus speciebus inest, de toto genere vere negatur Quod in plerisque speciebus inesse constat de toto genere est concedendum nisi afferatur obiectio Quod nul i speciei attribuitur, de toto genere est negandum Quod plerisque specebus non attribuitur, de toto genere est negandum, nisi afferatur obiectio.

Similis ratio *est*, & si nulli insit. Hic autem locus conuertitur, *id est*, & ad confirmandum & ad refutandum *valet*. Si enim prolata diuisione, in omnibus videatur, aut in plerisque postulandum *est*, vt *aduersarius* vniuersaliter concedat, vel obiiciat *&* *doceat*, in quo non ita *sit*. nam si neutrum horum faciat, ineptus videbitur qui non concedat.

3 Alius locus *est* definire accidens, & *id* cui accidit, vel vtrumque per se, vel alterum *tantum*: deinde considerare, an sumptum quidpiam sit quasi verum, quod in definitionibus non *reperiatur* verum. Veluti si problema *sit*, Deus iniuria potest affici: *videndum est*, quid sit iniuria afficere. nam si *sit*, nocere sponte: patet, non posse Deum affici iniuria: quia Deo noceri non potest. item si ponatur vir bonus *esse* inuidus: *videndum est*, quis sit inuidus, & quid inuidia nam: si inuidia est dolor *ex eo perceptus*, quod bene cum aliquo *viro* probo agitur: manifestum *est*, *virum* bonum non *esse* inuidum: quoniam esset improbus. Et si is qui ad indignandum propensus est *ponatur esse* inuidus: *definitione explicandum est*, quis sit eorum vterque. sic enim perspicuũ erit, vtrum verum, an falsum sit quod dictum est. veluti si inuidus *est*, qui dolet rebus bonorum virorum secundis, ad indignandum autem propensus *est*, qui dolet rebus malorum hominum secundis: patet eum, qui propensus est ad indignandum, non esse inuidum. *Oportet* etiam sumere definitiones pro nominibus *positis* in definitionibus: nec desistere donec ad notum perueniatur. sæpe enim tota definitione tradita, non apparet quod quæritur, sed si pro aliquo nomine *posito* in definitione, definitio dicta fuerit, perspicuum fit.

3 III. Quod non conuenit definitioni non conuenit definito. Cui non conuenit definitio, ei non cõuenit definitũ.

4 Præterea ex problemate propositione sibi facta, obiiciendum est: quoniam obiectio erit argumentum contra thesim. Hic autem modus fere *est* idem atque ille, respicere *ad ea* quibus omnibus vel nullis inesse dictum est: sed modo differt.

5 Præterea definire *oportet*, qualia vocanda sint, vt multi vocant, qualia non. Hoc autem vtile *est* & ad confirmandum, & ad refellendum. Veluti, quod iis nominibus res sunt appellandę, quib. multi *vtuntur*, *cum* autem *quæritur* quales res, sint eiusmodi vel non eiusmodi, non *est* amplius sequenda multitudo. exempli gratia. salubre vocandum est, quod valet ad sanitatem efficiendam: vt multi vocant: an autem quod propositum est, ad sanitatem efficiendam valeat, necne: non *est* amplius dicendum, vt multi *dicunt*, sed vt medicus.

4 IV. Quod est obiectio contra propositionem id est, argumentum contra thesim. Quare si ex problemate fiat proposit o & contra hanc inueniatur obiectio, hinc habebitur argumentum contra problemata.

5 V. L quendum, vt multi: sentiendum, vt sapientes.

De locis pertinentibus ad ea, quæ multis modis dicuntur.

Cap. III.

PRæterea si quid multis modis dicatur, positum autem sit inesse vel non inesse, probare *oportet* alterum eorum quæ multipliciter dicuntur, si ambo *probari* nequeant. *Hoc* autem *loco* vtendum *est* in iis quæ latent quia si multis modis dici non lateat, obiiciet non esse disputatum de eo quod ipse in dubium vocauit, sed de altero. Hic autem modus cōuertitur, *id est*, & ad confirmandum & ad infirmandum *valet*, confirmare enim volentes, ostendemus alterum inesse, si ambo non possimus, infirmantes autem probabimus alterum non inesse, si ambo non possimus. Verum infirmanti non opus est ex confessione differere, nec si omni, nec si nulli inesse dictum fuerit. nam si ostendemus

1 VI Si homonymia lateat, cum thesis non p ßit in qua vis significat one impugnari, impugnetur in ea significatione in qua argumentū assumpenitū.

non inesse cuiuis, refutatũ erit *problema asserens* omni inesse. ac similiter si vni ostendemus inesse, euertemus *problema asserens* nulli inesse. Cõfirmantes autem, prius ex confesso accipere debent, si cuiuis insit omni inesse, si verisimile sit hoc postulatum. non enim satis est ad probandum omni inesse, de vno differere: veluti, si hominis anima *sit* immortalis, omnem quoque animam *esse* immortalem. quocirca prius ex confesso sumere oportet, si quæuis anima *sit* immortalis, omnem quoque *esse* immortalem. Hoc vero non semper faciendum *est*; sed quando non est nobis facultas afferendi communem vnam rationem de omnibus, quemadmodũ geometra *vna communi ratione probat* triangulum habere tres angulos æquales duobus rectis.

2 Si homonymia sit manifesta, impugnetur thesis secundum omnem significationem: aut si hoc fieri ne quit, arguatur contra eam significationem contra quam argumenta suppetunt, & indicatur alterius significationis, vel aliarum significationum (si plures sint significationes) rationem diuersam esse.

2 Si vero multis modis dici non lateat: cum distinctum fuerit, quot modis dicatur, & refellere, & confirmare oportet. Veluti si quod decet, est vtile, vel honestum: conandum *est* ambo confirmare vel refellere de eo quod propositum est: velut *id esse* honestum & vtile, aut nec honestum nec vtile. Quod si nequeunt ambo *probari*, alterum probandum *est*, cum ante iudicatum fuerit, alterum *tale esse*, alterũ minime. Eadem ratio *est*, si plura sint, in quæ *verbũ multiplex* diuidatur. 3 Rursus *consideranda sunt*, quæ multifariam dicuntur, non vt homonyma, sed alio modo. Veluti scientia vna *est* multarum rerũ, vel vt finis, & eius quod ad finem *refertur*: sicut medicina *est sciẽtia* efficiendi sanitatẽ: & præscribendi rationẽ victus: vel vt duorũ finium, vt contrariorũ eadem sciẽtia dicitur: alterũ enim altero non est magis finis: vel vt eius quod *est* per se, & eius quod est per accidens: vt per se *scimus* triangulum duobus rectis æquales habere tres angulos: per

3 VII. Respondere etiam oportet ad ea quæ multis modis non homonymus dicuntur & simul tiplicitas lateat eatenus distinguendum quatenus nobis vtilis est, atque ea membra omittenda, aduersus quæ non suppetunt argumenta

accidens autem æquilaterum. nam quia triangulo æquilatero accidit, vt triangulum sit, secundum hoc cognoscimus, quod duobus rectis æquales habet *angulos* internos, si igitur nullo modo contingit eandem esse multarum rerum scientiam, manifestum *est* omnino non contingere vt sit: aut si quo modo contingit, manifestum *est* contingere. Diuidere autem *oportet*, quotupliciter vtile *est*, vt si confirmare velimus, ea proferenda *sunt*, quæ contingit *talia esse, qualia probare volumus*. atque *hæc* diuidenda *sunt* in ea tantum quæ vtilia *sunt* ad confirmandum. at si refutare *velimus*, ea *sunt* proferenda, quæ non contingit *talia esse*; reliqua vero prætermittenda. Et in his quoque hoc faciendum *est*, cum latet quot modis dicantur. Quinetiam hoc huius esse, vel non esse, ex iisdem locis confirmandum *est*. veluti scientiam hanc huius *esse*, vel vt finis, vel vt eorum quæ *pertinent* ad finem, vel vt eorum quæ *sciuntur* per accidens: aut contra non esse quidpiam vllo modo eorum quos dixi. Eadem ratio *est* & cupiditatis, & ceterorum omnium quæ dicuntur *esse* multarum rerum. est enim cupiditas huius, vel vt finis, veluti sanitatis: vel vt eorum quæ *referuntur* ad finem, veluti sumendi pharmaci: vel vt eius quod *desideratur* per accidens. quemadmodum is qui dulcedine delectatur, vinum *expetit*, non quia vinum, sed quia dulce est. dulcedinem enim per se concupiscit. vinum autem per accidens: quia si austerum sit, non concupiscit amplius: per accidens igitur concupiscit *vinum*. Vtilis autem *est* hic locus in iis quæ ad aliquid *referuntur*. fere enim quæ sunt eiusmodi, in *numero* sunt eorum quæ ad aliquid *referuntur*.

Varii loci. CAP. IV.

1 VIII Nomina obscura mutentur in notiora.

PRæterea vtilis commutatio in notius nomen: veluti *si* pro exquisito in existimatione *dicatur* perspicuum : & pro curiositate, rerum studium & cura. Cum enim notius sit quod dictum est, facilius contra thesim argumentari possumus. Est autem hic quoque locus communis, & ad ambo *valet, id est*, & ad refutandum & *ad* confirmandum. 2 Vt autem probetur contraria eidem inesse, respicere *oportet* ad genus. vt puta si probare velimus, in sensu esse rectitudinem & peccatum : quia sentire est iudicare: iudicare autem licet recte, & non recte: etiam in sensu erit rectitudo, & peccatum. Nunc igitur ex genere demonstratio *facta est* de specie : nam iudicare *est* genus sentiendi. qui enim sentit, iudicat aliquo modo. Contra etiam ex specie *probari potest inesse* generi. Quæcumque enim speciei insunt, etiam generi insunt. Veluti si scientia est mala & bona, etiam affectio *est* mala & bona : quoniam affectio *est* genus scientiæ. Ac prior quidem locus falsus *est, si* ad confirmandum *adhibeatur.* posterior autem *est* verus. non enim necesse *est*, vt quæcumque generi insunt, etiam speciei insint : etenim animal est alatum & quadrupes, homo non item. quæcumque vero speciei insunt, necessario etiam generi *insunt* : nam si est homo probus, etiam animal est probum. At si *adhibeantur* ad refutandum : prior *locus est* verus, posterior *est* falsus. nam quæcumque generi non insunt, nec speciei *insunt*. quæ vero speciei non insunt, vt generi non insint necesse non est.

2 IX. Quod non accidit generi, non accidit speciei X. Quod accidit speciei, accidit generi.

3 XI Cuige nus attribu-

3 Quia vero necesse *est*, quibus genus attribuitur,

etiam speciem aliquam attribui : & quæcumque habēt genus, vel denominatiue à genere dicuntur, etiam speciem aliquam habere necesse *est*, vel denominatiue ab aliqua specie dici : (veluti si cui sciētia attribuitur: etiam grammatica vel musica, vel aliqua alia scientia attribuetur: & si quis habet scientiam, vel denominatiue à scientia dicitur : etiam grammaticam habebit, vel musicam, vel aliquam aliam scientiam : vel denominatiue ab aliqua earum dicetur, puta grammaticus, vel musicus) si quid igitur positum fuerit, quod dicatur à genere quomodocumque ; vt animam moueri: considerare *oportet*, an secundum aliquam speciem motus accidat animam moueri : veluti *an accidat* augeri, vel minui, vel corrumpi, vel fieri, vel alia motionis specie *cieri*. si enim secundum nullam *speciem id accidit*, patet, *animam* non moueri. Hic autem locus *est* communis. & ad ambo, *id est* & ad confirmandum, & ad infirmandum *valet*. nam si secundum aliquam speciem mouetur, procul dubio mouetur: & si secundum nullam speciem mouetur, procul dubio non mouetur. 4 Cui vero non suppetit argumentorum copia ad thesim *pertinentium*, *is* considerare *& argumenta petere debet* ex definitionibus, quæ sunt, vel esse videntur rei propositæ. & si ab vna non *poßit*, à pluribus *petat*. iis enim qui *rem* definierint, facilius erit argumentari : quippe cum aduersus definitiones facilior sit argumentatio.

tur, ei aliqua species attribuitur, & quod habet genus, habet al quam speciem, & quod denominatur à genere, denominatur ab aliqua specie.

4 XII. Facilius est argumentari cōtra rei definitionem, quam cōtra rem ipsam.

5 Considerare autem *oportet* in eo quod propositum est, cui rei consequens sit quod est propositum : vel quid necessario sit, si sit id quod est propositum. Confirmare igitur volenti, *considerandum est*, cui rei necessario consequens sit, quod est propositum. nam si id probatum fuerit esse : id quoque,

5 XIII. Si verum est antecedens verum est etiam consequens.

XIV. Si falsū est consequens, falsum est etiā antecedens.

quod est propositum, probatum erit.

* Refellere autem volenti, *considerandum est*, quid sit; si quod est propositum, sit. si enim ostendimus id, quod est proposito consequens, non esse, sublatum erit, quod est propositum. 6 Præterea ad tempus respicere *oportet*, an alicubi discrepet. Veluti si quis dixerit id quod alitur, necessario augeri. nam animalia semper aluntur, non tamen semper augentur. Itemque si quis dixerit scire *nihil aliud esse quam* meminisse: hoc enim est præteriti temporis: illud vero etiam præsentis, & futuri quandoquidem scire dicimur præsentia, & futura, veluti Solis defectionem fore. meminisse autem non possumus, nisi quod præteritum est.

6 XV. Quod aliquando non inest, id nec necessario nec simpliciter inest.

Loci à translatione disputationis.

Cap. V.

Est præterea Sophisticus modus, quo *aduersarium* ducimus ad id, de quo argumentorum copia nobis suppetet. Hoc autem interdum necessarium est: interdum videtur necessarium: interdum nec videtur, nec *est* necessarium. Necessarium *est*, cum negante eo qui respondet, aliquid eorum quę ad thesim pertinent, ad id rationes diriguntur: accidit autem, vt id sit eiusmodi, ad quod argumentorum copia suppetat.

1 XVI. Si aduersus thesim argumenta non suppetant ad propositionem disputatio trãsferatur. Hæc trãslatio modo necessaria est, modo esse videtur, modo nec est, nec esse videtur. cum autem nec est nec videtur esse necessaria, vitanda est à dialectico.

Similiter etiam *fit*, cum *quis* ab eo quod positum est, ad aliquid abductione facta *id* euertere tentat. eo namque euerso, etiam propositum euertitur. Videtur autem necessarium, cum ad thesim pertinere videtur, nec tamen pertinet, *id* ad quod rationes referuntur: siue negante eo qui disputationem sustinet

ſuſtinet, ſiue abductione probabili à theſi ad illud facta, id euertere conetur. Reliquum *eſt*, cum *id* ad quod rationes diriguntur, nec eſt neceſſarium, nec eſſe videtur, ſed aliter accidit vt parelencho reſpondens redarguatur. *Horum*, quos dixi, modorum vltimum vitare oportet: quoniam omnino remotus & alienus videtur eſſe à dialectica. Quocirca debet etiam is, qui reſpondet, non difficilem & moroſum ſe præbere, ſed concedere, quæ non pertinent ad theſim, ſignificans, quænam *ſibi* non videantur, licet *ea* concedat, plerumque enim accidit, vt magis argumentorum inopia laborent ii qui interrogant, cum omnia eis conceduntur, *quæ ſunt* eiuſmodi, ſi non concludant.

2 Præterea quicumque quoduis dixit, quodammodo multa dixit: quia multa cuique rei neceſſario conſequentia ſunt: veluti qui dixit hominem eſſe, etiam animal eſſe dixit, & animatum, & bipedem, & intelligentiæ ſcientięque capacem. Quare quouis eorum, quæ conſequuntur, ſublato, tollitur etiam *problema* ab initio *propoſitum*. Sed cauere oportet, ne ad id, quod ſit difficilius, tranſlatio fiat. interdum enim facilius eſt, conſequens euertere: interdum vero ipſum *problema* propoſitum.

2 XVII. Transferatur disputatio à propoſito problemate ad id quod eſt problematis cōſequens ſi facilius de hoc conſequente diſputari poteſt.

Alii loci. CAP. VI.

QVibus autem *rebus* neceſſe *eſt* alterum ſolum ineſſe, vel non ineſſe: vt homini *neceſſe eſt ineſſe* vel morbum, vel ſanitatem: ſi de altero abundemus argumentis, *quibus probemus* ineſſe, vel non ineſſe, etiam de altero abundabimus. Hoc autem conuertitur *&* ad ambo *valet*. nam ſi probauerimus alterum ineſſe: probatum erit. reliquum non

1 XVIII. Duorum oppoſitorum medio carentium alterū ineſt, alterum non ineſt Potes hoc axioma diuidere in duo, nempe ſi vnum ineſt, alterum non ineſt: & ſi vnum nō ineſt, alterum ineſt

2 XIX. Vocabuli significatio debet etymologiæ conuenire.

inesse. si vero probauimus non inesse: probatum erit reliquum inesse. patet igitur, ad ambo vtilem *esse hunc* locum. 2 Insuper *oportet* argumentari, translato nomine ad notationem quasi *sit* magis consentaneum *sic* accipere, quam vt positum est nomen. veluti, εὔψυχον (*id est bene animatum*) non *esse virum* fortem. quemadmodum positum est, sed eum qui εὖ τὴν ψυχὴν habet, *id est bene est animo affectus*. sicut εὔελπιν (*id est bene, bonæ spei plenum*) eum qui bona expectat: similiterque εὐδαίμονα (*id est beatum*) *eum* cuius dæmon est bonus: quemadmodum Xenocrates ait, εὐδαίμονα esse cuius animus sit bonus: hunc enim cuique esse dæmonem.

3 XX. Cum alia necessario accidant, alia sæpius, vno quam altero modo, alia vtrolibet modo: quod vno ex his tribus modis accidit, alio modo non accidit: puta, quod est plerumque, non est necessarium & quod plerumque accidit, non simpliciter accidit, &c.

3 Quoniam autem rerum aliæ necessario sunt, aliæ plerumque, aliæ vtrolibet modo: si id, quod necessario *est*, plerumque *accidere* ponatur: vel id quod plerumque est, eive contrarium *ponatur esse* necessario: semper locum præbet argumento. nam si necessarium, vt plerumque *accidens* posuerit; manifestum *est*, *eum* dicere, non omni inesse, cum omni insit. quare peccauit. necnon si id, quod plerumque dicitur necessario *esse* dixerit. omni.n. inesse ait, cum non insit omni, similiterque si contrarium ei quod plerumque *accidit* necessario *esse* dixerit. semper enim in paucioribus dicitur, *quod est* plerumque *accidenti* contrarium, veluti si homines plerumque *sunt* improbi, raro *sunt* boni. quapropter adhuc magis peccauit si bonos necessário esse dixerit. Itidem & si id quod vtrolibet modo æque accidit, necessario, vel plerumque *esse* dixerit. Quod enim vtrolibet modo accidit, nec necessario *est*, nec plerumque. Sed & si *quis* non definierit, vtrum plerumque, an necessario esse dicat, res autem plerumque sit: disputari potest, quasi ille ex necessi-

tate *esse* dixerit. vt si exheredes dixerit prauos esse, nec definierit; disputari *contra eum potest*, quasi dixerit necessario prauos esse.

4 Præterea *videndum est*, an eandem rem sibi accidere posuerit, quasi diuersam, propterea quod nomen diuersum sit quemadmodum Prodicus diuisit voluptates in gaudium, & iucunditatem, & lætitiam: hæc enim omnia eiusdem *rei, id est*, voluptatis nomina sunt. Si quis igitur gaudium lætitiæ dicat accidere, idem sibi accidere dicet.

4 XXI. Falso dicitur idem sibi ipsi accidere, licet nomina sint diuersa.

Loci à contrariis. CAP. VII.

CAP. III.

QVoniam autem contraria sex modis inter se coniunguntur, contrarietatem autem efficiunt quatuor modis coniuncta: oportet accipere contraria, prout expedit euertenti, & adstruenti. Sex igitur modis *ea* coniungi, manifestum *est*. aut enim vtrumque vtrique contrariorum iungitur: atque hoc bifariam: vt de amicis bene mereri, & de inimicis male: vel contra, de amicis male, & de inimicis bene. aut ambo de vno: & hoc quoque bifariam, vt de amicis bene mereri, & de amicis male, vel de inimicis bene mereri, & de inimicis male. aut vnum de ambobus: & hoc quoque bifariam; vt de amicis bene, & de inimicis bene; vel de amicis male & de inimicis male. Primæ igitur duæ coniunctiones, quas dixi, non faciunt contrarietatem: de amicis enim bene mereri, & de inimicis male, non sunt contraria; cum ambo *sint* optabilia, & eorũdem morum *effectus*. neque item *contraria sunt*, de amicis male, & de inimicis bene *mereri*: nam & hæc *sunt* ambo fugienda, & eorundem morum *effectus*. non videtur autem fugiendum

1 XXI. Contrariorum contrariæ coniugationes non sunt simul vera.

fugiendo contrarium esse: nisi alterum exsuperantiæ, alterum defectus rationem habeat. nam & exsuperantia, *in* rerum fugiendarum *numero* esse videtur: & similiter defectus. Reliqua autem quatuor omnia efficiunt contrarietatem. nam de amicis bene mereri, & de amicis male *mereri*, contraria *sunt*: quia ex contrariis moribus proficiscuntur: & alterum *est* eligendum, alterum fugiendum. Itidem etiam in aliis *se res habet*: quoniam in singulis coniunctionibus alterum est eligendum, alterum fugiendum: & alterum ex bonis moribus *proficiscitur*, alterum ex malis.

de amicis bene merendum.	*de amicis male merendum.*	*de inimicis bene merendum.*	*de inimicis male merendum.*



Constat igitur ex iis quæ dicta sunt, accidere vt eidem plura contraria sint. huic enim, de amicis bene mereri, illud contrarium *est*, de inimicis bene mereri: necnon illud *est* contrarium, de amicis male *mereri*. Similiter etiam aliorum cuique, si quis *ea* consideraret eodem modo, videbuntur duo contraria *esse*. Vtrumuis igitur contrariorum vtile sit ad thesim, *illud* sumi *debet*.

2 XXIII. *Contraria non possunt simul esse in eodem subiecto.*

2 Præterea si quid contrarium sit accidenti: considerandum est, an insit *ei* cui accidens inesse di-

ctum est. si enim hoc insit, illud non potest inesse: quoniam fieri nequit, vt contraria simul eidem *subiecto* insint.

3 Aut an tale quidpiam dictum sit de aliquo: quod si sit, necesse *sit* contraria *in eodem subiecto* inesse. vt si *quis* ideas in nobis esse dixerit: eas enim moueri, & quiescere accidit: itemque sensibiles, & intelligibiles esse. videntur enim ideæ quiescere, & immobiles, & intelligibiles esse; *vt placet* iis qui ideas esse ponunt. si vero in nobis sint, immobiles esse nequeunt: quia cum nos mouemur, necesse *est*, vt & quæ in nobis *sunt*, omnia simul moueantur. constat etiam *eas* esse sensibiles, si quidem in nobis sint: quia per oculorum sensum formam quæ in quaque re *est*, cognoscimus.

3 XXIV. Id falsum est, quo posito cōtraria simul erunt in eodem subiecto.

4 Rursus si positum est accidens, cui sit aliquid contrarium: considerate *oportet*, an contrarii quoque sit susceptiuum, quod est accidentis *susceptiuum*. idem enim contrariorum *est* susceptiuum. Veluti si odium iræ consequens esse dixerit: certe odiū erit in *parte animæ* irascibili, quoniam ibi est ira. vidēdum igitur *est*, an & contrarium sit in irascibili, *nempe* amicitia. si enim amicitia non sit *in irascibili*, sed in concupiscibili: non potest odium iræ consequens esse. Similis ratio *est*; si *partem animæ* concupiscibilem ignorare dixerit. nam erit apta ad suscipiēdam sciētiam, siquidem *apta est* ad *suscipiendam* ignorantiam. quod quidem non videtur *verum esse*, *nempe* concupiscibilem *animæ partem* esse aptam ad suscipiendam scientiam. Qui igitur refellit, *hoc loco*, quemadmodū dictum est, vti debet. confirmanti autem, *ad probandum* inesse accidens, non *est* vtilis hic locus: sed *ad probandum* posse inesse vtilis *est*. cum enim probauerimus non esse susceptiuum contrarii: probatum

4 XXV. Subiectum aut non est vtrumque contrarium suscipere, aut neutrum.

erit, neque inesse accidens, neque posse inesse. at si probabimus contrarium inesse, vel contrarii susceptiuum esse: nondum probatum erit etiam accidens inesse, sed posse inesse tantummodo probatum erit.

Loci ab oppositorum consecutione.

CAP. VIII.

1 XXVI. Si vera est affirmatio, vera est etiam negatio inuersa. Si vera est negatio, vera est etiam affirmatio inuersa.

1 QVoniam autem oppositiones quatuor sunt: considerandum *est*, *an argumentum duci possit* ex contradictionibus inuersa consecutione, & in refellẽdo, & in confirmãdo. Accipere autẽ *hoc oportet* per inductionem. veluti, si homo *est* animal: *quod* non *est* animal, non *est* homo. Similiterque in aliis *res se habet*. hic enim inuersa *est* consecutio: quoniam homini animal est consequens. Non homini autem non *est consequens* non animal: sed conuerso ordine, non animali *consequens est* non homo. in omnibus igitur, eiusmodi axiomate vtendum *est*. veluti si honestum *est* iucundum, etiam non iucundum non est honestum. quod si hoc non *est*, ne illud quidem *erit*. Similiterque si non iucundum non *est* honestum, honestum est iucundum. Patet igitur, ad ambo valere consecutionem, quæ in contradictione fit ordine commutato.

2 XXVII. Si accidens subiecto inest, in contrariis terminis est consecutio vel directe, vel inuersa, & retro si in contrariis terminis est

2 In contrariis autem tam euertenti quam adstruenti considerandum *est*, an contrarium contrario sit consequens, vel directo, vel ordine inuerso. Accipere autem & hæc oportet per inductionem quatenus vtile *est*. Directo fit consecutio: vt fortitudini, & ignauiæ: illi enim

virtus consequens est, huic vero vitium: & illi quidem consequens est eligendum, huic vero fugiendum, directa igitur est & horum consecutio: quoniam eligendum, *est* contrarium fugiendo. Similiterque *fit* in cæteris. Inuerso autem ordine fit consecutio: vt bonæ corporis habitudini sanitas consequens est, male autem habitudini morbus non *est consequens*, sed morbo mala habitudo. Patet igitur, mutato ordine in his fieri consecutionem. Raro autem hæc ordinis commutatio in contrariis accidit: sed *in* plurimis directa *est* consecutio. Quod si nec directo contrarium contrario consequens sit, nec ordine inuerso, manifestum *est* ne quidem in iis quæ dicta sunt, alterum alteri consequens esse. Si vero in contrariis: etiam in iis quæ dicta sunt, necesse *est* alterum alteri consequens esse.

directa vel inuersa consecutio, accidens inest subiecto.

3 Vt autem in contrariis, sic in priuationibus & habitibus considerandum *est*, præterquam quod in priuationibus non est ordinis inuersio, sed necesse *est*, vt directo semper consecutio fiat, quemadmodum aspectum sensus, cæcitatem priuatio sensus *sequitur*. sensus enim opponitur priuationi sensus, vt habitus & priuatio: alterum enim eorum habitus, alterum priuatio est.

3 XXVIII. Priuantibus priuantia directo consequentia sunt.

4 Vt autem habitu & priuatione, sic etiam relatis vtendum *est*. directa enim est etiam horum consecutio. Veluti si triplum est multiplex, etiam subtriplum est submultiplex: refertur enim triplum ad subtriplum, & multiplex ad submultiplex. Rursus si scientia *est* existimatio, etiam scibile *est* existimabile. Et si visio *est* sensus, etiam visibile *est* sẽsibile. Obiectio *proponi* potest nõ necesse esse, vt in relatis cõsecutio fiat, sicut dictum est; quia sensile est

4 XXIX Relatis relata sũt directo consequentia.

scibile, sensus autem non *est* scientia. Non tamen hæc obiectio videtur vera esse. multi enim negant sensibilium scientiam esse. Præterea ad contrarium probandum, non minus vtile *est* quod dixi: veluti sensibile non esse scibile, quia nec sensus *est* scientia.

Loci à coniugatis, & ab ortu, vel interitu, vel efficiente, vel interimente.

Cap. IX.

a XXX. Cõiugata attributa coniugatis subiectis casu insunt, vel simul non insunt.

ITem *consideranda sunt* coniugata & casus, & euertendo, & adstruendo. Dicuntur autẽ coniugata, quæ sunt eiusmodi: vt iusta, & iustus, cum iustitia: & fortia, & fortis, cum fortitudine. Similiter etiam, quæ vim habent efficiendi, vel conseruandi, coniugata eorum sunt, quorum sunt conseruantia, vel efficientia: vt sanitatis, salubria: & firmæ corporis constitutionis, ea quæ firmam corporis constitutionem efficiunt vel conseruant. Eodemque modo in ceteris *se res habet*. Coniugata igitur dici solent, quæ eiusmodi *sunt*. Casus autem, vt iuste, & fortiter, & salubriter, & apte ad firmam corporis constitutionem, & quæcumque hoc modo dicuntur. Videntur autem & quæ secundum casus *dicuntur*, esse coniugata. vt iuste cum iustitia, & fortiter cum fortitudine. Cõiugata autem dicuntur omnia, quæ *sunt* in eadem coniugatione *seu classe*, vt iustitia, iustus, iustum, iuste. Patet igitur, si quid eorum quæ *sunt* in eadem clase, probatum fuerit bonum *esse*, aut laudabile, etiam reliqua omnia probata fore. veluti si iustitia *sit in numero rerum* laudabilium: etiam iustus, & iustum, & iuste,

erit in eodem rerum laudabilium *numero.* Dicetur autem quod *est* iustè, *esse* etiam laudabiliter eodem casu: *dicitur* enim *laudabiliter* à laudabili, vt iuste à iustitia.

2 Considerare autem *oportet*, non solum in eoquod dictum est, sed etiam in cõtrario contrarium. veluti bonum non esse necessario iucundum, quia nec malum *necessario est* molestum: aut si hoc, etiam illud. & si iustitia *sit* scientia, etiam iniustitiam *esse* ignorantiam. & si quod *fit* iuste, fit scienter & perite; id *quod fit* iniuste, *fieri* inscite & imperitè: aut si hæc non *ita fiunt*, ne illa quidem: vt in eo quod modo dictum est. potius enim videtur quod iniuste *fit*, perite *fieri*, quam imperite. Hic autem locus antea dictus fuit in contrariorum consecutionibus. Nihil enim aliud in præsentia constituimus, quam contrario contrarium consequens esse.

2 Locus à contrariis coniugatis traditus est in 2. part. superioris capitis.

3 Præterea *ducenda sunt argumenta* ab ortu, & interitu, iis quæ faciendi, vel corrumpendi vim habent, siue quis refellat, siue confirmet. Quorum enim ortus *sunt in numero* bonorũ, etiam ipsa *sunt* bona, & si ipsa sunt bona, etiam ortus *in bonis numerantur*: at si ortus *in* malorũ *numero sunt*, ipsa quoq; *sunt in* malorũ *numero.* In corruptionibus autem è contrario arguendum est. nam si corruptiones *sunt in numero* bonorum, ipsa *sunt in numero* malorum. si vero corruptiones *sunt in numero* malorum, ipsa *sunt in numero* bonorum. Eadem ratio *est* & in iis quæ efficiendi vel corrumpendi vim habent. quorum enim efficientia sunt bona, etiam ipsa sunt in bonis. & quorum corruptiua sunt bona, ipsa sunt in malorum *numero.*

3 XXXI. Res, ortus ipsius, & efficiens sunt simul bona, aut simul mala. Contraria ratio est rei & interitus, vel rei vt rem interimentis.

Loci à proportione & à comparatione.

CAP. X.

CAP. IV.
1. *XXXII.*
Quorum eadem est ratio, his proportione idē attribuitur.

ITem in similibus videndum *est*, an similiter *se* habeant. veluti si scientia vna est multarum rerum, etiam vna *est* opinio. & si visum habere, est videre: etiam auditum habere, est audire. Similis est & ceterorum ratio, tam quæ sunt, quam quæ esse videntur. Vtilis autem est hic locus in vtramque partem. nam si in simili quopiam ita *res* habet, etiam in aliis similibus *ita habet*. si vero in aliquo *simili* non *ita*, nec in ceteris similibus. Considerare etiam oportet, an in vno & in multis similiter *res se* habeat: quoniam interdum discrepat. velut, si scire est cogitare: etiam multa scire est multa cogitare: hoc autem non est verum: multa enim sciri possunt, non item cogitari. Si igitur hoc non est, ne illud quidem est, quod in vno *dictum fuit*, *nempe* scire, esse cogitare.

2 XXXIII.
Locus ab eo quod est magis vel minus, diuiditur in quatuor partes.
3 *Primo si subiectum intenditur, etiam eius subiecti accidēs intenditur.*
4 *Secundo, Si cui magis videtur inesse, nō inest: ne alteri quidem, cui minus videtur inesse, inerit. Si cui minus videtur inesse, inest: etiam ei, cui magis inesse videtur, inerit.*

2 Præterea *sumenda sunt argumenta* ex eo quod *est* magis vel minus. Sunt autem eius, quod magis vel minus est, loci quatuor.

3 Vnus est, si quod magis est, consequens est ei quod magis est. veluti, si voluptas est bonum, etiam magis voluptas *est* magis bonum. si iniuriam facere est malum: etiam magis iniuriam facere *est* magis malum. Vtilis autem in vtramque partem *est* hic locus. nam si subiecti intentioni consequens sit accidentis intentio, sicut dictum est, manifestum *est* accidere, si vero consequens non sit, non accidere. Hoc autem in-

ductione sumendum *est.*

4 Alius *locus*: Cum vnum de duob. dicatur: si cui magis verisimile *est* inesse, non inest: ne *illi* quidem, cui minus, & si cui minus verisimile *est* inesse, inest etiam ei, cui magis.

5 Item cum duo de vno dicuntur: si quod magis videtur inesse, non inest: ne *id* quidem, quod minus. sin quod minus videtur inesse, inest: etiam id quod magis.

6 Præterea cum duo de duobus dicantur si quod alteri magis videtur inesse non inest: ne reliquum quidem reliquo *inerit.* si vero quod minus videtur alteri inesse, inest: etiam reliquum reliquo *inerit.*

7 Præterea *ducendum est argumentum* ex eo, quod similiter inest, aut videtur inesse, tribus modis, quemadmodum dicebatur in eo quod magis *est, seu videtur esse*, in postremis *scilicet* tribus modis expositis.

8 Cum enim vnum quidpiam duobus similiter inest, aut videtur inesse: si alteri non insit, ne alteri quidem *inerit.* quod si alteri insit, etiam reliquo inerit.

9 Cumque duo eidem similiter *insunt, aut videntur inesse*: si alterum non insit, ne reliquum quidem inerit. at si alterum, etiam reliquum.

10 Eodem modo *arguendum est*, & si duo duobus similiter insint. si enim alterum alteri non insit, ne reliquum quidem reliquo *inerit.* si vero insit alterum alteri, *inerit* etiam reliquum reliquo.

11 Ex eo igitur, quod magis, vel minus, vel similiter *est, aut esse videtur*, tot modis licet argumentari.

5 Tertio, Si quod magis videtur inesse, non inest: ne alterũ quidem quod minus inesse videtur, inerit. Si quod minus videtur inesse, inest, etiam alterũ, quod magis inesse videtur inerit.

6 Quarto, Si alterum alteri, cui magis videtur inesse, non inest: etiam reliquũ reliquo cui minus videtur inesse, nõ inerit. Si alterum alteri, cui minus videtur inesse inest: etiã reliquum reliquo cui magis inesse videtur, inerit.

7 XXXIV. *Locus à comparatione simuliũ est tripertitus.*

8 Primo Quod duobus æque inest, vel inesse videtur: id vtrique aut neutro inest.

9 Secundo Si duo eidem similiter insunt, aut aut inesse videntur: et vel vtrũque, vel neutrũ inest.

10 Tertio. Si duo duob. similiter insint, aut inesse videantur, si vnum vni non insit, alterum alteri non inerit, & si illud illi insit, etiam hoc huic inerit. 11 Epilogus.

Loci ab adiectione, & ab eo quod est quoquo modo, ad id quod est simpliciter.

CAP. XI.

1 XXXV. Locus ab adiectione duabus partib. constat. Primo, Quod rei adiectum facit eam talē, qualis ante non erat, ipsum quoque est tale. Hoc axioma non habet locū in quantitate. 2 Secundo, Quod rei tali adiectum facit eam magis talem, ipsum quoque est tale.

PRæterea *sumpto argumento* ab adiectione. si alterum alteri adiectum, faciat bonum aut album esse, cum antea non esset album, aut bonum: *certe* quod est adiectum, erit album, aut bonum, quale etiam totum fecit.

2 Præterea si ad id quod tale est, aliquid adiectum, magis tale faciat, quam *ante* erat: id quoque, *quod est adiectum*, tale erit. Similiter etiam in ceteris *se res habet*. Non *est* autem in omnibus *rebus* vtilis hic locus, sed in *iis tantum* quæ intentionem suscipiunt. Hic vero locus non conuertitur *vt valeat etiam* ad refellendum. nam si quod est adiectum non facit bonum, nondum constat, an ipsum non *sit* bonum: quia bonum malo adiectum, non facit necessario *vt* totum *sit* bonum: nec album nigro *adiectum, necessario facit vt totum sit album*: nec dulce amaro *adiectum, facit vt totum sit dulce*.

3 XXXVI. Quod dicitur magis vel minus tale, etiam simpliciter est tale.

3 Rursus, si quid magis & minus dicitur, etiam simpliciter est. quod enim non est bonum, aut album, non dicetur magis vel minus bonum, aut album. quod enim malum est nulla re magis vel minus bonum, sed magis, vel minus malum dicetur. Sed neque hic locus conuertitur: *vt valeat* ad refellendum. multa enim, quæ non dicuntur magis *esse* simpliciter sunt. nam homo non dicitur magis, & minus, non tamen propterea non est homo.

4 Eodem modo considerandum *est* in *eo quod est* quadã ex parte, aut aliquando, aut alicubi. nam si quadamtenus accidit, etiam simpliciter accidit. Similiterque quod aliquando aut alicubi *est*, *etiam simpliciter est. quod* enim simpliciter *est* impossibile, nec ex parte, nec alicubi, nec aliquando accidit. Obiectio *est*: quia quadamtenus sunt natura probi, ut liberales, aut temperati, simpliciter autem non sunt natura probi: quippe cum nemo *sit* natura prudens. Similiter aliquando potest aliquid corruptibile non corrumpi: simpliciter autem non potest non corrumpi. Eodem modo etiam alicubi prodest tali victus ratione uti, ut in locis insalubribus: simpliciter autem non prodest. Insuper, ut alicubi unus tantum sit, fieri potest: simpliciter autem fieri nequit ut unus tantum sit. Eodem modo etiam alicubi honestum *est* patrem immolare, ut apud Tribalos: simpliciter vero non *est* honestum. An hoc non alicubi significat, sed quibusdam? nihil enim refert, ubi sint: quoniam ubique *id* eis erit honestum, cum sint Tribali. Rursus aliquando prodest sumptio pharmaci, ut cum *quis* ægrotat, simpliciter autem non *prodest*. An nec hoc significat aliquãdo, sed ei qui certo modo affectus est? nihil enim refert, quãdo *id fiat*, si modo ita sit affectus. Id autem simpliciter est, quod nulla re adiecta, *recte* dices esse honestum, vel contrarium. ut patrem immolare, non dices honestum esse, sed quibusdam honestum esse. Non *est* igitur simpliciter honestum. At deos colere, dices honestum *esse*, nulla re adiecta: simpliciter enim honestum est. Quare quodcumque nulla re adiecta videtur esse honestum, vel turpe, vel aliud quidpiam tale, simpliciter dicetur *esse tale*.

4 XXXVII. Quod ex parte, aut aliquando, aut alicubi accidit, simpliciter quoque dici potest accidere Hoc axioma patitur multas exceptiones.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER III.

IVL. PACIO Interprete.

DE QVÆSTIONE, VTRVM SIT melius vel optabilius.

TRACTATVS I.

Loci ex quibus probatur melius esse, vel optabilius.

CAP. I.

CAP. I.
1 *Nunc considerandum est problema, vtrũ sit melius & optabilius.*
2 *Hæc quæstio in iis tractatur quæ parum inter se differunt & in his sequentes loci vim habent*

DVORVM autem pluriumve vtrum *seu quodnam sit* optabilius & melius, ex his considerandum *est*. 2 Sed *illud* primum definiatur, nos sermonem instituere, non de iis quæ longe *inter se* distant, & magnam inter se differentiam habent (nemo enim dubitat, vtrum beatitudo, an diuitiæ *sint* magis eligendæ) sed de iis quæ vicina *sunt*, ac de quibus dubitamus, vtri oporteat adiungi *articulum* MAGIS: propterea quod nihil videmus, quo alterum alteri antecellat.

3 1 *Quod est diuturnius & constantius, est eligendũ.*

Patet igitur, in iis probata præstantia vna, vel pluribus, fore, vt animus assentiatur & concedat hoc esse magis eligendum, vtrumuis eorũ sit quod excellat. 3 Primum igitur quod *est* diuturnius &

constantius, magis *est* eligendum, quam quod est minus tale. 4 Et quod potius eligat vir prudens, aut bonus: aut lex recta: aut cuiusque rei studiosi, qui in eius electione versantur, qua tales sunt, aut ii qui in vnoquoque genere scientes sunt: aut quæcumque plures, omnesve eligant, vt in *arte* medica, aut fabrili, quæ plures medici, vel omnes eligant. aut quæcumque omnino plures, vel omnes eligant, aut omnia, vt bonum: omnia namque bonum appetunt.

4 II. Illud est magis eligendum quod pot s el gat vir prudens, aut bonus, aut lex recta, aut rei studiosus, aut sciens aut plures, aut omnes. Quod est secundum meliorem scientiam, est simpliciter melius & optabilius sed vnicuique est optabilius, quod est secundum propriam scientiã.

Oportet autem quod dictum erit, ad id ducere quod vtile sit. Est autem simpliciter melius & optabilius, quod *est* secundum meliorem scientiam. veluti si melior scientia *est* philosophica, quam *ars* fabrilis: etiam simpliciter ea sunt optabiliora quæ sunt secundum philosophiam, iis quæ sunt secundum artem fabrilem. at *vni* alicui optabilius est, quod est secundum propriam scientiam.

5 Præterea optabilius est, quod est in genere, eo quod non est in genere: vt iustitia *homine* iusto, illa enim est in genere, *nempe* bono: hic vero non *item*. & illa quidem est id quod bonum: hic vero minime. nihil enim quod in genere non sit, dicitur esse id quod genus: vt albus homo non est id quod color. similiterque dicendum est de aliis. 6 Et quod propter se *est* optabile, optabilius *est* eo quod *est* optabile propter alterum: vt bene valere est *optabilius* quam exerceri. illud enim est optabile propter se, hoc vero propter alterum.

5 III. Quod est in genere oni, pr æstat ei quod in genere non est.

6 IV. Quod est optabile propter se, optabilius est eo quod est optabile propter alterum.

7 Et quod est per se, *potius eligendum est*, quam quod *est* per accidens: vt amicos iustos esse, *potius* quam inimicos: illud enim per se est optabile, hoc vero, per accidẽs. nã inimicos iustos esse, per accidẽs

7 V. Quod est per se optabile est optabilius quam optabile per accidens.

optamus, ne nobis noceant. Hoc autem est idem fere, ac præcedens, sed modo differt. amicos enim iustos esse, propter se optamus, & si nihil nobis futurum sit, & si apud Indos sint. inimicos autem *iustos esse optamus* propter aliud, id est, ne nobis noceant.

8 VI. Quod per se est causa boni, est optabilius eo quod est causa per accidens.

8 Et quod per se est causa boni, *optabilius est* eo quod est causa per accidens: vt virtus, fortuna. illa enim per se, hæc vero per accidens est causa bonorum, & si quid aliud est eiusmodi. Similiter etiam in contrario *se res habet*. quod enim per se *est* mali causa, magis est fugiendum, quam id quod est *causa* per accidens: vt vitium, quam fortuna. illud enim per se est malum, fortuna vero per accidens.

9 VII. Quod est bonum simpliciter est optabilius quam bonum alicuius.

10 VIII. Natura bonum præstat ei quod est bonum adscititie.

11 IX. Quod præst meliori subiecto, id optabilius est.

12 X Quod est melioris subiecti proprium, est melius.

9 Et quod est simpliciter bonum, optabilius est, quam alicui bonum: vt valere, quam secari. illud enim est simpliciter bonum: hoc vero, alicui, qui egeat sectione. 10 Et quod natura est *bonum*, *melius* est non naturali: vt iustitia *viro* iusto: illa enim est natura *bonum*: hic vero adscititiè. 11 Et quod rei meliori ac maiori honore dignæ inest, magis est eligendum: vt *quod inest* Deo, *magis* quam *quod inest* homini: & *quod inest* animo, *magis quam quod inest* corpori. 12 Et quod est melioris proprium, *est* melius quam quod deterioris: vt Dei proprium, *melius est*, quam proprium hominis. nam ratione eorum quæ sunt ambobus communia, nihil inter se differunt: iis vero quæ propria sunt, alterum ab altero differt.

13 Quod est in melioribus, vel prioribus vel maiori honore dignis, melius est.

13 Et quod est in melioribus, vel prioribus, vel maiori honore dignis: melius est: vt sanitas robore & pulchritudine. illa enim est in humidis & siccis, & calidis & frigidis, & (vt simpliciter dicam) *in iis* ex quibus primis animal constat: hæc vero, in posterioribus

sterioribus. Nam robur in neruis, & ossibus consistit: pulchritudo autem videtur esse membrorum symmetria quædam. 14 Et finis iis quæ ad finem *diriguntur*, videtur esse optabilius. 15 Ex duobus autē id quod ad finem propius *accedit*. 16 Et omnino quod ad vitæ finem *refertur*; optabilius *est* eo, quod ad alium quempiam *finem*. vt quod ad beatitarem confert, eo quod ad prudentiam: quod enim ad beatitatem confert, optabilius *est*. 17 Et possibile, impossibili. 18 Præterea cum sint duo effectiua: cuius finis *est* melior, ipsum quoque melius *est*.

19 *Cum* autem alterum *sit* effectiuum, alterum finis, ex proportione *iudicandum est*: cum pluribus partibus finis finem superat, quam is causam suam efficientem: veluti, si beatitudo pluribus partibus superat sanitatem, quam sanitas salubre: *efficitur*, vt quod habet vim efficiendi beatitudinem, *sit* melius sanitate. quanto enim beatitudo sanitati præstat, tanto etiam quod habet vim efficiendi beatitudinem, salubri præstat. sanitas autem salubri minus præstabat, quam beatitudo sanitati: quocirca pluribus partibus salubri præstat, quod habet vim efficiendi beatitudinem, quam sanitas salubri. Patet igitur sanitatē optabilius esse, quod habet vim efficiendi beatitudinem: quippe quod eidem pluribus partibus præstat. 20 Præterea optabilius est quod est pulchrius per se, & maiori honore ac laude dignum: vt amicitia *est anteponenda* diuitiis: & iustitia sanitati, ac viribus corporis. illa enim *sunt* per se in rebus honorabilibus, & laudabilibus. hæc vero non per se, sed propter aliud. nemo enim diuitias propter se honore dignas censet, sed propter aliud. amicitiam vero per se *colimus*, etiamsi inde nihil ad nos peruenturum sit.

14 XII Finis est optabilius iis quæ in finem diriguntur.

15 Quod est fini propinquius est optabilius.

16 Quod ad vitæ finem refertur, optabilius est eo quod ad alium finem pertinet.

17 XIII. Possibilius impossibili.

18 XIV. Quod efficit meliorem finem, est melius.

19 Efficiens, cuius finis magis præstat alteri fini, quā alter finis suo efficienti: est altero fine optabilius.

20 XV. Quod est per se pulchrum, honestum, laudabile, præstat eo quod tale est propter aliud.

Alii loci. CAP. II.

1 XVI. Id magis est eligendũ, cui maius bonum, vel minus malum est consequens.

PRæterea cum duo quædam sunt valde inter se similia, nec possumus vllam excellentiam perspicere, qua alterum alteri præstet: videre oportet, an ex consequentibus *intelligi poßit.* Cui enim consequens est maius bonum, id est magis eligendum. At si consequentia mala *sint*, cui minus malum est consequens, id est magis eligendum. cum enim ambo sint eligenda, nihil prohibet, quo minus aliquid molestum consequens sit.

Bifariam autem ex consecutione consideratur. nam & prius, & posterius consequitur: vt discenti ignorantia prius, scientia posterius. Melius autem plerumque *est*, quod posterius consequitur.

2 XVII. Plura bona paucioribus sunt anteponenda. Excipitur, nisi sumatur bonum solum, & idem bonum vna cũ eo cuius est finis. Item excipitur, nisi pauciora bona sint longe præstantiora illis pluribus.

3 XVIII. Bonum est potius eligendum cum voluptate, quã sine voluptate.

4 XIX. Bonũ est potius eligendũ, cum indolentia, quam sine indolentia.

5 XX. Vnumquodque quo tempore magis valet eo tempore est magis eligendum.

Consequentium igitur vtrumuis vtile sit, accipi *debet.* 2 Præterea plura bona paucioribus *anteponenda sunt*, aut simpliciter, aut quando altera in alteris insunt, *nimirum* pauciora in pluribus. Obiectio *est*, sicubi alterum alterius gratia *sit*: non *sunt* enim ambo vno optabiliora: vt sanari & sanitas sanitate: quia sanari, sanitatis causa eligimus. Nihil etiam vetat, quo minus non bona, *si vna* cum bonis *accipiantur* sint *bonis* anteponenda: vt beatitudo & aliud quidpiam quod non sit bonum, iustitiæ & fortitudini.

3 Et eadem cum voluptate magis *eligenda sunt*, quam sine voluptate. 4 Et eadem cum indolentia magis quam cum dolore. 5 Et vnumquodque quo tempore magis valet, eo *tempore est* magis eligendum vt sine molestia in senectute *viuere*, magis quam in iuuentute: quia magis in senectute valet. secundum hæc & prudentia in senectue *est*

magis eligenda. nemo enim adolescentes duces eligit, propterea quod pro prudentibus non habentur. fortitudo vero contra *habet*. quoniam in iuuentute magis necessaria est operatio secundum fortitudinem. similis *est* ratio temperantiæ: magis enim adolescentes, quam senes, cupiditatibus afficiuntur.

6 Et, quod omni tempore, vel plerisque *temporibus est vtile, id* vtilius est: vt iustitia, & temperantia, quam fortitudo. illæ enim semper: hæc vero aliquando vtilis *est*.

7 Et id, quod si omnes habeant, altero non egemus, *magis est eligendum*, quam *id*, quod si *omnes* habeant, indigemus reliquo: vt in iustitia & fortitudine *videre licet*. nam si iusti omnes sint, nihil prodest fortitudo: at si omnes sint fortes, iustitia *est* vtilis. 8 Præterea *ducenda sunt argumenta* ex corruptionibus, & abiectionibus, & generationibus, & acceptionibus, & contrariis.

Quorum enim corruptiones *sunt* magis fugiendæ, ea *sunt* magis eligenda. similiter etiam in abiectionibus, & contrariis *accidit*. cuius enim abiectio, vel contrarium *est* magis fugiendum, id *est* magis eligendum. Contra fit in generationibus & acceptionibus. quorum enim generationes & acceptiones *sunt* magis eligendæ, ipsa *sunt* magis eligenda. 9 Alius locus: Quod *est* propinquius bono, *est* melius & optabilius.

10 Et quod *est* similius bono: vt iustitia *similior est bono*, quam *homo* iustus. 11 Et quod vtroque meliori similius est. quemadmodum aiunt nonnulli Aiacem Vlysse meliorem esse, quod similior sit Achilli.

Obiicitur hoc non esse verum: quia nihil prohibet Aiacem, non qua Achilles optimus *est*, ei simi-

6 Vtilius est, quod est semper, vel sæpius vtile, quã quod aliquando.

7 XXI. Quod si omnes habeãt, altero non egemus, magis est eligendum, quam id, quod si omnes habeant, nihilominus egemus reliquo.

8 XXII Illud est magis eligendum cuius corruptio vel amissio est magis fugienda, aut generatio vel adeptio est optabilior.

9 XXIII. Quod est bono propinquius, est melius & optabilius.

10 XXIV. Quod est bono similius, præstat minus simili.

11 Quod est meliori similius, præstat ei quod est minus simile. Excipitur nisi in iis sit similius, in quibus illud nõ est melius, puta in vitiis.

liorem esse: cum alter sit quidem bonus, non tamen similis. Considerare etiam oportet, an in iis, quæ *sunt* magis ridicula, simile sit: quemadmodum simia *est* homini *similis*, cum equus non sit similis: non enim simia *est* pulchrior, licet *sit* homini similior. 12 Rursus, cum duo sunt, si alterum meliori, alterum deteriori *sit* similius: melius erit, quod est meliori similius. Sed & aduersus hoc est obiectio, nihil enim prohibet, quominus alterum meliori parum simile sit, alterum vero deteriori valde *simile*. veluti si Aiax Achilli parum, Vlysses autem Nestori valde *similis sit*. Et si quod est meliori simile quantum ad deteriora similis sit: quod autem deteriori quantum ad meliora: quemadmodum equus asino, & simia homini.

13 Alius *locus*: *Quod est* magis insigne, *optabilius est* eo quod *est* minus tale.

14 Et *quod est* difficilius. charior enim nobis est eorum possessio, quæ non facile acquiri possunt.

15 Et magis proprium *anteponitur* magis communi.

16 Et *quod* magis à malis segregatum *est*. magis enim eligendum *est id*, cui nulla est molestia consequens, quam *id* cui est consequens.

17 Præterea si hoc simpliciter illo *est* melius, etiam simpliciter horum optimum *est* melius illorum optimo. veluti si homo *est* melior equo, etiam optimus homo *est* melior optimo equo.

18 Etsi optimum optimo *est* melius, etiam simpliciter hoc *est* melius. vt si optimus homo optimo equo est melior, etiam simpliciter homo *est* simpliciter equo melior.

19 Præterea quæ licet communicare cum amicis *sunt* magis eligenda, quam *ea* quæ *non licet*.

12 Quod est meliori similius, præstat ei quod est deteriori similius Excipitur primo, ni si illud sit meliori parum simile hoc vero deteriori valde simile Secūdo, nisi illud sit simile in deterioribus, hoc in melioribus.

13 xxv. Quod est magis insigne, est melius.

14 xxvi. Quod est difficilius est præstantius.

15 xxvii. Magis propriū præfertur magis communi.

16 xxviii. Quod est magis à malis segregatum, est optabilius.

17 xxix. Optimum in meliori genere, præstat optimo in deteriori genere.

18 xxx. Si optimum in uno genere, præstat optimo in altero genere: etiam bonum in illo genere, præstat bono in hoc genere.

19 xxxi. Quod potest communicari cum amicis, est magis eligendum, quam quod non potest communicari.

20 Et quæ erga amicum agere malumus, hæc *ſunt* magis eligenda, *quam* quæ erga quemuis. vt iuſte agere, & bene facere, magis *eligenda ſunt*, quam videri: amicis enim bene facere malumus, quam videri: quibuslibet autem è contrario. 21 Et quæ *ſunt* ex abundāti, neceſſariis *ſunt* meliora, interdum autem & magis eligenda. Melius enim, quam viuere *eſt* bene viuere, bene autem viuere eſt ex abundanti: at ipſum viuere, *eſt* neceſſarium. Interdum vero quę ſunt meliora, non ſunt etiam magis eligenda. non enim ſi ſunt meliora *ideirco* neceſſe *eſt vt ſunt* magis eligenda. nam philoſophari, melius *eſt*, quam quæſtum facere: ſed ei non *eſt* magis eligendum, qui indiget *rebus* neceſſariis. Ex abundanti vero eſt, cum res neceſſariæ ſuppetunt, & aliæ præterea quædam honeſtæ parantur.

Ac fere eſt fortaſſe magis eligendum, quod eſt neceſſarium: melius autem, quod *eſt* ex abundanti.

22 Et quod ab alio ſuppeditari non poteſt, *melius eſt* eo quod poteſt etiam ab alio *ſuppeditari*: quomodo affecta eſt iuſtitia ad fortitudinem.

23 Et ſi hoc ſine illo *eſt* eligendum, illud vero ſine hoc non *item*, vt vis ſine prudentia non *eſt* eligenda, prudentia vero ſine vi *eſt* eligenda.

24 Et ſi duorum alterum negamus, vt reliquum videatur nobis ineſſe: illud *eſt* optabilius, quod videri volumus ineſse. vt puta laborioſos *nos* eſſe negamus, vt valere ingenio videamur.

25 Præterea ea cuius abſentiam qui moleſte ferunt, minus reprehendendi ſunt, id eſt optabilius.

26 Et cuius abſentiam qui non ægre ferunt, magis reprehendendi ſunt, id *item eſt* optabilius.

20 Quod erga amicum agere malumus eſt magis eligendũ quam quod erga quemuis.

21 XXXII. Quod eſt ex abundanti, eſt melius neceſſario. Neceſſariũ eſt optabilius eo quod eſt ex abundanti.

22 XXXIII. Quod ab alio ſuppeditari nõ poteſt, melius eſt eo quod ſuppeditari poteſt.

23 XXXIV. Quod ſine altero eſt eligendum, praſtat alteri, quod ſine ipſo non eſt eligendum.

24 XXXV. Si alterũ negamus, vt alterũ videatur nobis ineſse, hoc eſt illo optabilius.

25 XXXVI. Id cuius abſentiã moleſte ferentes minus reprehenduntur, eſt optabilius.

26 Id cuius abſentiam qui nõ ægre ferunt, magis reprehenduntur, eſt optabilius.

Alii loci. CAP. III.

CA. III.
1 xxxvii. Indiuiduum propria virtute preditum præstat indiuiduo eiusdem speciei quod virtute caret.
2 Similiter quod magis habet propriam virtutem, præstat ei quod minus habet.
3 xxxviii. Efficiens rem bonam, est optabilius non efficiente.
4 Quod rem meliorem efficit est optabilius. Quod rei præstantiori bonitatem tribuit, melius est.
5 xxxix Illud est melius cuius coniugatum, vel vsus, vel actio, vel opus est melius.
6 XL. Si eodem alterum sit maius bonum, alterum minus, illud est optabilius quod est maius.
7 Quod præstat maiori bono est optabilius eo quod præstat minori bono.
8 Quod eidem magis præstat, optabilius est eo quod minus præstat
9 XLI Cuius exsuperantia est optabilior, ipsum quoque est optabilius.

PRæterea eorum quæ sub eadem specie *continentur*, quod habet propriam virtutem, eo quod non habet, optabilius *est*.

2 Cum autem ambo habent; *id est optabilius*, quod magis habet.

3 Præterea si alterum bonum efficit rem cui adest, alterum, non efficit: id quod efficit, *est* optabilius: quemadmodum calidius *est*, quod calefacit, eo quod non *calefacit*.

4 Si vero ambo efficiunt: *id est optabilius* quod magis efficit. Aut quod rem, quæ melior & magis præcipua est, bonam facit: veluti si alterum animam *bonam efficiat*: alterum, corpus.

5 Præterea *singula confirmanda sunt* à casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus, atque hæc ab illis à *quibus orta sunt*. nam sese mutuo consequuntur. veluti si iuste, *est* optabilius, quam fortiter: etiam iustitia est optabilior fortitudine, & *retro*, si iustitia est optabilior fortitudine: etiam iuste *est optabilius* quam fortiter. Similis est aliorum ratio.

6 Præterea si eodem alterum sit maius bonum, alterum minus: id est optabilius, quod est maius.

7 Aut si alterum *sit* maiori maius. 8 Sed & si duo quædam sint aliqua re optabiliora: quod magis est ea re optabilius, eo quod est minus *eadem re* optabilius, optabilius *est*.

9 Præterea cuius exsuperantia *est* optabilior, quam alterius exuperantia, id quoque *est* optabilius. vt amicitia, quam diuitiæ: quoniam optabilior est exsuperantia amicitiæ, quam diuitiarum.

10 Et quod sibi quisque mauult per se parare quã quod per alium, *illud est anteponendum*, vt amici diuitiis. 11 Præterea ex adiunctione *arguendum est*, si eidem *rei* quidpiam adiunctũ faciat, vt totum sit optabilius. Sed cauere oportet ne proponantur *ea*, in quibus altero eorũ quæ adiunguntur, vtatur *id quod* commune *est*, aut aliquo alio modo *ab eo* adiuuetur; reliquo autem nec vtatur, nec *ab eo* adiuuetur. veluti *si coniungas* serram & falcem cum fabrica: optabilior *est* serra. coniunctim accepta, simpliciter autem non est optabilior. 12 Præterea si minori adiunctũ quidpiam efficiat vt totum sit maius.

13 Similiter etiam *arguendum erit* ex detractione. quo enim ab eadem re ablato, quod relinquitur, est minus: illud est maius: quandoquidẽ ablatum efficit, *vt* id quod relinquitur, minus *sit*. 14 Et si alterum propter se, alterũ, propter gloriam sit eligendum: vt sanitas *est optabilior* pulchritudine. Definitio autem eius quod ad gloriam *dirigitur, hæc est*, Quod nemine conscio non damus operam vt insit. 15 Et si alterum propter se & propter gloriam *sit* eligendum, alterũ vero propter *eorum* alterutrũ dũtaxat. 16 Et quod est magis propter se honorabile, hoc & melius & optabilius *est*. Honore autem dignius est per se, quod cũ futurum non sit vt vlla alia res insit, per se eligimus potius. 17 Præterea distinguere *oportet*, quot modis eligendum dicatur, & quorum gratia: vt vtilitatis, vel honestatis, vel iucunditatis *causa*. quod enim ad omnia, vel ad plura vtile est, eo *est* optabilius, quod non similiter *est vtile*.

18 Cum autem eadem ambobus insunt, vtri magis insint, videndum est: veluti vtrum sit iucundius, aut honestius, aut vtilius.

10 XLII. Quod sibi quisque mauult per se parare, optabilius est eo quod mauult parare per aliũ. 11 XLIII. Quod eidem rei adiunctũ facit totum optabilius præstat eo quod facit minus optabile. Excipitur, nisi adiungantur rei, quæ altero adiecto vtitur, altero non vtitur 12 Si tertium sit melius quarto, & primum cum quarto sit melius secũdo, cum tertio primũ est melius secundo. 13 XLIV. Quo ab eadem re ablato relinquitur minus bonum, illud est maius bonum 14 XLV. Quod propter se est eligendum, præstat ei quod gloriæ causa est eligendum. id est quod si nemo sit conscius negligimus. 15 Quod propter se & propter gloriam est eligendum. ei antecellit quod ob alterutram causam est eligendum. 16 Quod est magis propter se honorabile, præstat ei quod est minus propter se honorabile. 17 Quod ad omnia vel plura est vtile, optabilius est eo quod ad aliqua vel pauciora confert. 18 [illegible] *confert, optabilius est.*

CA. III.

Alii loci. CAP. III.

1 xxxvii. Indiuiduum propria virtute preditum præstat indiuiduo eiusdem speciei quod virtute caret.

PRæterea eorum quæ sub eadem specie *continentur*, quod habet propriam virtutem, eo quod non habet, optabilius *est*.

2 Similiter quod magis habet propriam virtutem, præstat ei quod minus habet.

2 Cum autem ambo habent: *id est optabilius*, quod magis habet.

3 xxxviii. Efficiens rem bonam, est optabilius non efficiente.

3 Præterea si alterum bonum efficit rem cui adest, alterum, non efficit: id quod efficit, *est* optabilius: quemadmodum calidius *est*, quod calefacit, eo quod non *calefacit*.

4 Quod rem meliorem efficit est optabilius. Quod rei præstantiori bonitatem tribuit, melius est.

4 Si vero ambo efficiunt: *id est optabilius* quod magis efficit. Aut quod rem, quæ melior & magis præcipua est, bonam facit: veluti si alterum animam *bonam efficiat*: alterum, corpus.

5 xxxix Illud est melius cuius coniugatum, vel usus, vel actio, vel opus est melius.

5 Præterea *singula confirmanda sunt* a casibus, & vsibus, & actionibus, & operibus, atque hæc ab illis à *quibus orta sunt*. nam sese mutuo consequuntur. veluti si iuste, *est* optabilius, quam fortiter: etiam iustitia est optabilior fortitudine, & *retro*, si iustitia est optabilior fortitudine: etiam iuste *est optabilius* quam fortiter. Similis est aliorum ratio.

6 XL. Si eodem alterum sit maius bonum, alterum minus, illud est optabilius quod est maius.

6 Præterea si eodem alterum sit maius bonum, alterum minus: id est optabilius, quod est maius.

7 Quod præstat maiori bono est optabilius eo quod præstat minori bono.

7 Aut si alterum *sit* maiori maius. 8 Sed & si duo quædam sint aliqua re optabiliora: quod magis est ea re optabilius, eo quod est minus *eadem re* optabilius, optabilius *est*.

8 Quod eidem magis præstat, optabilius est eo quod minus præstat.

9 Præterea cuius exsuperantia *est* optabilior, quam alterius exuperantia, id quoque *est* optabilius. vt amicitia, quam diuitiæ: quoniam optabilior est exsuperantia amicitiæ, quam diuitiarum.

9 XLI Cuius exsuperantia est optabilior, ipsum quoque est optabilius.

10 Et quod sibi quisque mauult per se parare quã quod per alium, *illud est anteponendum*, vt amici diuitiis. 11 Præterea ex adiunctione *arguendum est*, si eidem *rei* quidpiam adiunctũ faciat, vt totum sit optabilius. Sed cauere oportet ne proponantur *ea*, in quibus altero eorũ quæ adiunguntur, vtatur *id quod* commune *est*, aut aliquo alio modo *ab eo* adiuuetur; reliquo autem nec vtatur, nec *ab eo* adiuuetur. veluti *si coniungas* serram & falcem cum fabrica: optabilior *est* serra. coniunctim accepta, simpliciter autem non est optabilior. 12 Præterea si minori adiunctũ quidpiam efficiat vt totum sit maius.

13 Similiter etiam *arguendum erit* ex detractione. quo enim ab eadem re ablato, quod relinquitur, est minus: illud est maius: quandoquidẽ ablatum efficit, vt id quod relinquitur, minus *sit*. 14 Et si alterum propter se, alterũ, propter gloriam sit eligendum: vt sanitas *est optabilior* pulchritudine. Definitio autem eius quod ad gloriam *dirigitur, hæc est*, Quod nemine conscio non damus operam vt insit. 15 Et si alterum propter se & propter gloriam *sit* eligendum, alterũ vero propter *eorum* alterutrũ dũtaxat. 16 Et quod est magis propter se honorabile, hoc & melius & optabilius *est*. Honore autem dignius est per se, quod cũ futurum non sit vt vlla alia res insit, per se eligimus potius. 17 Præterea distinguere *oportet*, quot modis eligendum dicatur, & quorum gratia: vt vtilitatis, vel honestatis, vel iucunditatis *causa*. quod enim ad omnia, vel ad plura vtile est, eo *est* optabilius, quod non similiter *est* vtile.

18 Cum autem eadem ambobus insunt, vtri magis insint, videndum est: veluti vtrum sit iucundius, aut honestius, aut vtilius.

10 XLII. Quod sibi quisque mauult per se parare, optabilius est eo quod mauult parare per aliũ. 11 XLIII. Quod eidem rei adiunctũ facit totum optabilius præstat eo quod facit minus optabile. Excipitur, nisi adiungantur res, quæ altero adiecto vtitur, altero non vtitur. 12 Si tertium sit melius quarto, & primum cum quarto sit melius secũdo, cum tertio primũ est melius secundo. 13 XLIV. Quo ab eadem re ablato relinquitur minus bonum, illud est maius bonum. 14 XLV. Quod propter se est eligendum, præstat ei quod gloriæ causa est eligendum, id est quod si nemo sit conscius negligimus. 15 Quod propter se & propter gloriam est eligendum, ei antecellit quod ob alterutram causam est eligendum. 16 Quod est magis propter se honorabile, præstat ei quod est minus propter se honorabile. 17 Quod ad omnia vel plura est vtile, optabilius est eo quod ad aliqua vel pauciora confert. 18 [illegible] confert, optabilius est.

19 Quod melior is rei causa eligitur est optabilius. Quod magis impedit res eligendas, est deterius.

19 Rursus quod *est* melioris causa, *est* optabilius: veluti quod *est* virtutis causa, *est optabilius* quam *id* quod est voluptatis *causa*. Similis *est* ratio fugiendorum. magis enim fugiendum est, quod magis impedit res eligendas vt morbus deformitate: quia magis & voluptati & probitati morbus obstat.

20 XLVI. Quod tantum modo est eligendum, præstat ei quod aliquis æque eligat ac fugiat.

20 Præterea potest ex eo *argui*, quod æque probare *liceat id quod est* propositum, esse fugiendum & eligendum. quod enim est eiusmodi vt æque aliquis eligat ac fugiat, minus *est* eligendum, quam alterum quod est tantum modo eligendum.

21 Epilogus.

21 *Rerum* igitur inter se comparationes, quemadmodum dictum est, fieri debent.

Cap. IV.

1 Locis supra expositis ad problema absolutum. Vtrum aliquid sit bonū producuntur duobus modis. Primo à locis, qui sumuntur à comparatiuo, detrahitur excellentia, ita vt ex comparatiuo fit positiuū: veluti si vtile us est optabilius, vtile est optabile.

2 Secundo in locis sumptis à positiuo nulla fit detractio: veluti si natura bonum est optabilius eo quod est bonum ad scitiue, natura bonum est optabile.

DE ABSOLVTE ELIGENDIS, AVT FVGIENDIS.

Tractatus II.

Cap. IV.

Idem loci vtiles *sunt* etiam ad probandum quamuis rem *esse* eligendam, aut fugiendam. detrahere enim solum oportet excellentiam, qua alterum alteri præstat, nam si *id quod est* honore dignius, *est* optabilius: etiam *quod* honore *est* dignū, *est* optabile, & si *id quod est* vtilius, *est* optabilius: etiā *id quod est* vtile, est optabile Similis *est* ratio aliorum, quæ ita comparantur. 2 In quorundam autem inter se comparatione statim vtrumque aut alterum dicimus esse eligendum: veluti cum dicimus alterū natura bonum esse, alterum non natura *quod* enim *est* natura bonum, proculdubio est eligendum.

DE QVORVMCVMQVE ACCIDENTIVM COMPARATIONE loci generales.

TRACTATVS III.

CAP. V.

SVmendi autem *sunt* loci de eo quod magis, vel maius, *est*, quam maxime vniuersales. sic enim sumpti, ad plura *problemata* vtiles erunt.

2 Licet etiam nonnullos eorum quos diximus, efficere magis vniuersales, paulum immutata appellatione.

3 Veluti *quod est* natura tale, eo quod non natura *est* tale, *est* magis tale.

4 Et si alterum efficit, alterum non efficit rem quæ *illud* habet, talem, seu cui *illud* inest magis tale *est id* quod interdum efficit, quam quod non efficit.

5 Si vero ambo efficiunt: *id* quod magis efficit talẽ.

6 Prætęrea si eadem re alterum *sit* magis, alterum minus tale: & si alterum tali *re sit* magis tale, alterum non *sit* tali *re magis* tale: manifestum *est* primũ *esse* magis tale.

7 Præterea *ducendum est argumentum* ab adiunctione, si quid eidem rei adiunctum, efficiat totum magis tale.

8 Aut si minus tali adiunctum, efficiat totum magis tale.

9 Similiter ex detractione. quo enim ablato, reli-

1 Sumendi sũt loci quam maxime vniuersales Exemplum proponetur in vlt. part.

2 Loci suprà expositi de problemate vtrum sit melius & optabilius, possunt fieri magis vniuersales, vt pertineat ad quæstionem, Vtrum sit magis tale Exempla subiicientur in sequentib. particulis

3 I Quod est natura tale, est magis tale, quã quod est adscititiè tale supra erat locus VIII.

4 II. Quod efficit rem talem, magis est tale, quam quod non efficit talem sup loc. XXXVIII.

5 Quod magis efficit rem talem, est magis tale, quam quod minus efficit talẽ sup XXXVIII.

6 III Quod aliquã rem superat, eo quod ab ea re superatur vel saltem eam non superat magis tale est sup. XL

7 IV. Quod eidem rei adiunctum, efficit magis talem, eo quod minus efficit talem, est magis tale sup. loc. XL II. 8 Si tertium sit magis tale quam quartum, & primum cum quarto sit magis tale quam secundum cum tertio, primum est magis tale quam secundum. sup. XLIII. 9 V. Illud est ma-

tale, quo ablato relinquitur minus tale quam altero ablato relinquatur supra. XLIV.

quum est minus tale, id est, magis tale.

10 VI. Quod est contrario minus mixtum, est magis tale supra. XXXVIII.

10 Et quæ sunt contrariis minus mixta, *sunt* magis talia: vt albius est, quod nigro est minus mixtum.

11 VII. Quod magis suscipit definitionem, est magis tale. Hic locus non fuit supra allatus.

11 Insuper præter supra dicta quod magis suscipit propriam rei propositæ definitionem, veluti si albi definitio est, color habens vim dispertiendi visũ: *id est* albius, quod magis est color habens vim dispertiendi visum.

DE PROBLEMATE ACCIDENTIS PARTICVLARI.

Tractatus IV.

CAP. VI.

1 Loci problematis vniuersalis pertinent etiam ad problema particulare.

SI vero problema non vniuersale, sed in parte pósitum fuerit: primũ loci omnes vniuersales, quos diximus valere ad confirmandum vel refellendum, vtiles *sunt*. cum enim vniuersaliter euertimus aut confirmamus, etiam in parte ostendimus. Nam si omni insit, etiam alicui inest: & si nulli *insit*; ne alicui quidem inest.

2 1 Ab oppositis. Vide lib. 2. cap 7. 11. á coniugatis & casibus. Vide lib. 2. cap. 9.

2 Maxime autem apti & communes *sunt* loci, qui *sumuntur* ab oppositis, & coniugatis, & casibus. æque enim probabiliter postulatur, si omnis voluptas *est* in bonis, etiam omnem dolorem esse in malis: & si qua voluptas *est* in bonis, etiam dolorem quendam esse in malis. Præterea si quis sensus non *est* vis *&* *facultas*, etiam sensus priuatio quædam non est imbecillitas, & si quid existimabile *est* scibile, etiam existima-

tio quædam *est* ſcientia. Rurſum ſi quid iniuſtum *est* bonum, etiamiuſtum quidpiam *est* malum: & ſi quid iniuſte *factum*, *est* malum: etiam aliquid iuſte *factum est* bonum; & ſi quid voluptuoſum *est* fugiendum, etiam voluptas quædam eſt fugienda. Secundum hæc & ſi quid voluptuoſum ſit vtile, etiam voluptas quædam eſt in bonis.

3 Et in iis quæ corrumpendi vim habent, nec non in generationibus & corruptionibus itidem *se res* habet. Nam ſi quid cum vim habeat corrumpendi voluptatem vel ſcientiam, eſt in bonis: certe quędam voluptas vel ſcientia erit in malis. Similiterque, ſi corruptio quædam ſcientiæ eſt in bonis, aut generatio *quædam est* in malis: erit ſcientia quædam in malis, veluti ſi obliuio eorum quæ turpiter egit, eſt in bonis, aut reminiſcentia eſt in malis; certe ſcientia eorum quæ turpiter egit, erit in malis. Eadem eſt ratio aliorum. in omnibus enim ſimiliter *est* probabilitas. *3 iii. A generante, interimente, generatione, interitu, lib. 2. cap. 9. part. 3.*

4 Præterea ex eo quod magis, & minus, & ſimiliter *inest*. Nam ſi quid eorum quæ *sunt* ex alio genere, *sit* magis tale, nullum tamen eorum *sit tale*: ne id quidem quod dictum eſt, erit tale. veluti ſi magis ſcientia quædam eſt in bonis quam voluptas; nulla autem ſcientia *est* in bonis: ne voluptas quidem *in bonis* erit. Atque ex eo quod *est* ſimiliter, & *ex eo quod* minus itidem *arguitur*. licebit enim & infirmare, & confirmare. *4 iv. Ab eo quod est magis vel minus, vel similiter lib. 2. cap. 10.*

Verum ex eo quod *est* ſimiliter, ambo *facere licet*: ex eo autem quod minus eſt, confirmare tantum *licet*, non infirmare. Nam ſi ſimiliter facultas quædã *est* in bonis & ſciẽtia, eſt autem facultas quædam in bonis, etiam ſcientia eſt in bonis. at ſi nulla facultas,

ne scientia quidem. Si vero minus facultas quædā *est* in bonis quam scientia, est autem quædam facultas in bonis, *est* etiam scientia. at si nulla facultas *est* in bonis, non necesse *est* etiam scientiam nullam esse in bonis. Patet igitur, confirmari tantum posse, ex eo quod minus est.

5 Non solum autem ex alio genere licet infirmare, sed etiam ex eodem, si sumatur quod est maxime tale. veluti si positum sit, scientiam quandam *esse* in bonis, ostendatur autem prudentiam non *esse* in bonis: ne alia quidem scientia erit *in bonis*, cum ea non *sit*, quæ maxime videtur *esse*. 6 Præterea ex hypothesi *idem efficitur*, cum sit postulatum, si vni *insit vel non insit*, etiam omnibus similiter inesse vel non inesse: veluti si hominis anima *sit* immortalis, etiam alias *esse immortales*. at si hæc non *sit*, ne alias quidem *esse*. Si igitur cuidam inesse positum sit; probandum *est* cuidam non inesse: consequetur enim propter hypothesim, vt nulli insit. At si cuidam non inesse positum sit: probandum *est*, cuidam inesse: sic enim consequens erit, vt omnibus insit. Manifestum autem *est*, eum qui *ita* supponit, efficere problema vniuersale, quod positum fuerat in parte. nam æquum censet & postulat, vt qui in parte concedit, vniuersaliter concedat: quia si vni *insit*, etiam omnibus similiter inesse censet.

7 Cum igitur problema est indefinitum, vno modo infirmari potest: veluti si dixit voluptatem esse in bonis, aut non *esse* in bonis: nec aliud quicquam definiendi causa adiecit. nam si quandam voluptatem dixit esse in bonis, probandum *est* vniuersaliter nullam *esse in bonis*, si futurum est vt euertatur quod propositum fuit. Similiter autem, & si quandam voluptatem dixerit non esse in bonis:

5 Si quod maxime videtur esse tale, non est tale: ne aliud quidem tale erit

6 V. Ab hypothesi. Si vni inest, omnibus inest, vel Si vni non inest, nulli inest. Hoc modo problema ex particulari fit vniuersale

7 Cum problematum particularium quatuor sint genera: indefinitū, vt quandā voluptatem esse bonā, vel, quādā voluptatem nō esse bonam; definitum, vt quādam voluptatem esse bonam, quandam non esse bonam: magis definitū, vt vnam tantū voluptatem esse bonam, & maxime definitū, vt solam inter virtutes prudentiam esse bonā, indefinitum euertitur vno modo, id est, probata contradictione vniuersali, confirmatur duobus modis, id est, probato vniuersali vel particulari subalternis.

probandum est vniuersaliter omnem *esse* in bonis. Aliter autem euerti non potest. nam si ostenderimus esse quandam voluptatem non in bonis; aut *esse* in bonis: nondum euertitur, quod propositum fuit. Patet igitur, vno quidem modo refelli posse. Confirmari autem bifariam: siue enim vniuersaliter ostenderimus omnem voluptatem *esse* in bonis, siue esse quandam voluptatem in bonis: probatum erit, quod fuit propositum. Similiterque si differendo probare oporteat esse quandam voluptatem non in bonis, si ostenderimus nullam *esse* in bonis, vel quandam non *esse* in bonis: probatum erit vtroque modo tam vniuersaliter, quam in parte esse quandam voluptatem non in bonis.

8 Cum autem thesis est definita, bifariam euertere licebit. veluti si positum fuerit cuidam voluptati bonum inesse cuidam non inesse. siue enim probatum fuerit omnem voluptatem *esse* in bonis, siue nullam: infirmatum erit, quod fuit propositum.

9 At si vnam tantum voluptatem posuit esse in bonis, tribus modis infirmari potest. nam si ostenderimus omnem, vel nullam, vel plures vna *esse* in bonis; infirmatum erit, quod fuit propositum.

10 Cum autem thesis *adhuc* magis definita est, veluti prudentiam solam ex virtutibus *esse* scientiam: quatuor modis licet infirmare. nam si ostẽderimus omnem virtutem, aut nullam, aut etiam aliam quãdam, veluti iustitiam *esse* scientiam: aut hanc, id est, prudentiam, non *esse* scientiam: infirmatum erit, quod propositum fuit. 11 Prodest etiam respicere ad singularia; quibus inesse quidpiam, vel non inesse dictum fuit, quemadmodum in vniuersalibus problematis. 12 Praeterea genera sunt inspicienda, ac diuidenda secundum species vsque ad

8 Definitum euertitur duobus modis, id est, probata vniuersali affirmatione, vel vniuersali negatione.

9 Magis definitum conuertitur tribus modis, id est, probata vniuersali affirmatione, vel vniuersali negatione, vel multis particularibus.

10 Maxime definitum refutatur quatuor modis, hoc est, si probetur vniuersalis affirmatio vel vniuersalis negatio, vel aliud particulare, vel reprobetur hoc particulare.

11 VI. A singularibus subiecto contentis. Vide lib. 2. cap 2 par-

indiuidua,quemadmodum antea dictum fuit.siue enim omni visum fuerit inesse,siue nulli,cum multa prolata fuerint,postulandum est, vt vniuersaliter concedatur,aut obiiciatur qua in re non ita *sit*.

13 VII. A speciebus attributi Vide li.2.c.4.part.3.

13 Præterea in quibus licet vel specie vel numero distribuere accidens considerandum est,an nullum horum insit. veluti *si probare velimus* tempus non moueri,nec esse motum: enumeratione *docendum est*, quot sint species motionis. nam si harum nulla insit tempori:manifestum *est*,tempus nec moueri, nec esse motum. Similiter etiam *probabimus* animam non esse numerum,facta diuisione,omnem numerum *esse* aut imparem,aut parem. si enim anima neque sit impar, neque par: patet *eam* non esse numerum.

14 Epilogus.

14 Ad *confirmandum* igitur *vel refellendum* accidens,ex huiusmodi *locis*,& ita arguendum *est*.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER IV.

IVL. PACIO interprete.

Loci pertinentes ad problema generis.

CAP. I.

POST hæc de his quæ ad genus & proprium *pertinent*, videndum *est*. Hæc autem sunt elementa eorum quę *pertinent* ad definitiones. de his autem ipsis raro quærunt, qui disputant. 2 Si igitur positum fuerit *esse* alicuius rei genus, primum respicere *oportet* ad *ea* omnia quæ sunt eiusdem generis, cuius ea res est: *vt videamus*, an alicui non attribuatur: quemadmodum in accidente *fit*. veluti si bonum ponatur esse genus voluptatis, *videndum est*, an aliqua voluptas non *sit* in bonis. nam si hoc *dici possit*: manifestum *est*, bonum non esse genus voluptatis; quia genus omnibus speciebus sub se *contentis* attribuitur. 3 Deinde *videndum est*, an non attribuatur in quæstione quid est, sed vt accidēs: quemadmodū *attribuitur* niui albū, vel animę id quodā se mouetur. neque enim nix *est* id quod albū: proinde albū non *est* genus niuis: nec anima *est* id quod mouetur: sed ei accidit vt moueatur, quemadmodum animali sæpe accidit vt ambulet & ambulans sit. Præterea *genus*

CAP. I.

1 Scopus & nexus.

2 I. Genus attribuitur omnibus speciebus sub se contentis.

3 II. Genus attribuitur in quæstione quid est.

illud, Quod mouetur: nō quid est, sed aliquid faciēs vel patiēs significare videtur. similis *est* ratio albi: nō enim quid sit nix, sed qualis sit, declarat. quare neutrum eorum attribuitur in *quæstione* quid est. 4 Maxime autem *oportet* ad accidentis definitionem respicere, *ac videre*, an aptetur ad id quod dictum est *esse* genus: vt *aptatur* ad ea quæ nūc dixi. accidit enim vt aliquid seipsum moueat, & non *moueat*. similiterque vt album sit, & non sit. quare neutrum eorum *est* genus, sed accidens: quoniam accidens vocabamus, quod potest inesse alicui, & non *inesse*.

4 III. *Quod potest inesse & non inesse, non est genus.*

5 IV. *Genus & species sunt in eadem categoria.*

5 Præterea *videndum est*, an non in eadem diuisione sint genus & species: sed alterum *sit* substantia; alterum quale: vel alterum *sit* ad aliquid; alterum, quale. veluti nix & cygnus, *est* substantia: album verò non est substantia, sed quale. quapropter album non est genus niuis, nec cygni. Rursus scientia *est in* eorum *numero* quæ ad aliquid referuntur: bonum autem & honestum, *est* quale. quare honestum, vel bonum, non *est* genus scientiæ: quandoquidem relatorum genera, ipsa quoque relata esse oportet: quemadmodum in duplo *perspicere licet*. etenim multiplum, cum sit genus dupli, ipsum quoque *in* relatorum *numero* est. Et, vt vniuersaliter dicam, sub eandem diuisionem oportet & genus & speciem cadere. siue enim species sit substantia, etiam genus *est substantia*: siue species *sit* quale quidpiam, etiam genus est quale quidpiam: veluti si album *est* quale quidpiam, etiam color. Similis *est* aliorum ratio.

6 V. *Species est particeps generis, id est, generis definitionem recipit: genus autem non est particeps speciei.*

6 Item *considerandum est*, an necesse sit, vel an contingat, eius quod in genere positum est, genus esse particeps.

Definitio autem participandi *est*, recipere eius quod

quod communicatur definitionem. Patet igitur, ſpecies eſſe generum participes: genera vero ſpecierum non *item*. ſpecies enim recipit generis definitionem: genus autem non *recipit definitionem* ſpeciei. Conſiderandum igitur *eſt*, an ſpeciei particeps ſit, vel particeps eſſe poſſit genus propoſitum. veluti ſi quis ſtatuat, Aliquid, *eſſe* genus entis, aut vnius. accidit enim, vt genus ſit particeps ſpeciei: quoniam omnibus iis quæ ſunt, & ens, & vnum attribuitur: proinde etiam eorum definitio.

7 VI. De quocumque dicitur ſpecies, de eo dicitur etiam genus.

7 Præterea *videndum eſt*, an de aliquo tradita ſpecies vere dicatur, genus autem minime. veluti ſi poſitum fuerit Ens, aut Scibile, *eſſe* opinabilis genus. quoniam ei quod non eſt, opinabile attribuitur: quandoquidem multa eorum quæ non ſunt, opinabilia *ſunt*. ens vero, aut ſcibile, non attribui ei quod non eſt, manifeſtum *eſt*. quapropter neque Ens, neque Scibile, *eſt* genus opinabilis. quibus enim ſpecies attribuitur, *iis* genus quoque attribui oportet.

8 VII. Quod in genere ponitur vel eſt prima ſpecies, vel alicuius primæ ſpeciei particeps.

8. Item *videndum eſt*, an nullius ſpeciei particeps eſſe poſſit id quod poſitum eſt in genere. fieri enim nequit, vt generis ſit particeps, quod nullius ſpeciei eſt particeps: niſi *forte* ſit aliqua *earum* ſpecierum, quæ in prima diuiſione generis *ponuntur*: hæc autem genus tantum participant. Si igitur poſitum fuerit, motum eſſe genus voluptatis; conſiderandum *eſt*, an voluptas nec ſit corruptio, nec variatio, nec vllus ex reliquis qui dicuntur eſſe motus. conſtat enim *eam* nullins ſpeciei participem eſſe: proinde nec generis: quia neceſſe *eſt*, vt *id* quod generis eſt particeps, etiam alicuius ſpeciei ſit particeps. quocirca voluptas non eſt ſpecies motionis, nec *vnum* ex indiuiduis, nec ex iis quæ ſub

ſpecie motionis ſunt: nam indiuidua quoque genus & ſpeciem participant: vt quidam homo & hominis eſt particeps, & animalis.

9 VIII Genus latius patet, quam ſpecies. Hoc axioma in duo diuiditur. Primo genus non eſt anguſtius ſpecie.

9 Præterea *videndum eſt*, an latius quam genus pateat id quod in genere poſitum eſt. vt opinabile *latius patet*, quam ens: quia & quod eſt, & quod non eſt, opinabile *eſt*. quare opinabile non poteſt eſſe ſpecies entis: quia genus ſemper latius patet, quam ſpecies.

10 Secundo genus & ſpecies de totidem non dicuntur. Quæ dicta ſunt de ſpecie producuntur ad differentiam. nam genus etiam quam differentia, latius patet.

10 Rurſus, an de totidem rebus genus & ſpecies dicatur: veluti ſi eorum quæ omnibus conſequentia ſunt, alterum genus, alterum ſpecies poſita fuerit: vtputa ens, & vnum. omni enim *rei* ens & vnum *conſequentia ſunt*. quare neutrum *eſt* alterius genus: quia de totidem *rebus ambo* dicuntur. Similiter fit, ſi primum & principium, alterum ſub altero poſitum fuerit. nam principium *eſt* primum: & primum *eſt* principium. quare vel ambo quæ dixi, idem ſunt, vel neutrum eſt alterius genus. Elementum autem omnium eiuſmodi *locorum eſt*, de pluribus dici genus, quam ſpeciem vel differentiam. nam differentia quoque de paucioribus dicitur, quam genus.

11 IX. Vnum eſt genus eorũ quæ ſpecie non differunt.

11 Videre etiam *oportet* an id quod dictũ eſt, non ſit aut non videatur eſſe genus alicuius eorũ quę ſpecie non differunt. Sed is qui confirmat, *videbit*, an alicuius *eorum ſit genus* idem enim *eſt* eorum omnium quæ ſpecie non differunt, genus. ſi igitur vnius *genus eſſe* probatum fuerit: conſtat eſſe omnium. & ſi vnius non *eſſe probatum fuerit*, conſtat *eſſe* nullius. vt ſi quis indiuiduas lineas ponens dixerit, Inſecabile eſſe earum genus. linearum enim quæ diuidi poſſunt, non eſt genus id quod dictum eſt, cum ſpecie non differant, quandoquidem omnes rectæ lineæ ſpecie inter ſe non diſcrepant.

Alii loci. CAP. II.

CAP. II.

COnſiderare etiam *oportet*, an aliquod aliud genus ſit ſpeciei propoſitæ, quod neque contineat propoſitum genus, neque ſub illo ſit. veluti ſi quis poſuerit ſcientiam *eſſe* genus iuſtitiæ. nam & virtus eſt genus: & neutrum genus continet reliquum: quare ſcientia non poteſt eſſe genus iuſtitiæ. Videtur enim, cum vna ſpecies ſub duobus generibus eſt, alterum ſub altero contineri. Hoc autem in quibuſdam dubitationem habet. nonnullis enim videtur prudentia eſſe & virtus & iuſtitia, & neutrum genus ſub altero contineri.

1 x. Eadem species non continetur sub duobus generibus heterogeneis.

Sed non ab omnibus conceditur, prudentiam eſſe ſcientiam. Quod ſi quis concedat hoc verum eſſe: at certe videtur neceſſe eſſe, vt quæ *ſunt* eiſdem genera, vel *ſint* ſubalterna, vel ambo ſint ſub eodem genere: quemadmodum etiam in virtute & in ſcientia contingit: ambo enim ſunt ſub eodem genere, quia vtrumque eorum eſt habitus & affectio. Conſiderandum igitur *eſt*, an neutrum inſit propoſito generi. Nam ſi nec ſubalterna genera ſint, nec ſub eodem *genere* ambo *collocentur*: id quod propoſitum eſt, non poteſt eſſe genus.

2 Conſiderare etiam *oportet* genus propoſiti generis, atque ita ſemper ſuperiora genera, *nempe* an omnia attribuantur ſpeciei, & an attribuantur in *quæſtione* quid eſt. opus enim eſt, vt omne ſuperius genus attribuatur ſpeciei in *quæſtione* quid eſt. ſicubi igitur diſcrepat, conſtat quod propoſitum eſt, non *eſſe* genus. Rurſus *videndum eſt*, an genus participet ſpeciem, ſiue ipſum, ſiue aliquod ſuperiorũ generum. quod enim eſt ſuperius, nullius

2 xi. Omnia superiora genera attribuuntur speciei in quæstione quid est.

eorum quæ infra ſunt, particeps eſt. Qui igitur refellit, ita vt dixi, *hoc loco* vti debet. Ei vero qui confirmat, ſi concedatur genus propoſitum ineſſe ſpeciei, ac dubitetur an vt genus inſit; ſatis eſt probare aliquod ſuperiorum generum attribui ſpeciei in *quæſtione* quid eſt. nam ſi vnum attribuatur in *quæſtione* quid eſt, omnia quæ ſupra & quæ infra hoc ſunt, ſiquidem attribuantur ſpeciei, attribuentur *in quæſtione* quid eſt. quare etiam propoſitum genus attribuitur in quæſtione quid eſt. Quod autem ſi vnum attribuatur in quæſtione quid eſt, & reliqua omnia, ſi attribuantur, attribuentur in quæſtione quid eſt, per inductionem ſumi debet. At ſi ſimpliciter dubitetur, an propoſitum genus inſit, non ſufficit probare aliquod ſuperiorum generum attribui ſpeciei in quæſtione quid eſt. Veluti ſi quis tradiderit lationem eſſe genus inceſſus: non ſufficit probare inceſſum eſſe motionem, ad probandum eſſe lationem, quia ſunt & aliæ motiones: ſed ſimul demonſtrandum *eſt*, inceſſum nullius eorum, quæ in eadem diuiſione *ponuntur*, eſſe participem, præterquam lationis. neceſſe enim *eſt*; vt id quod generis eſt particeps, etiam alicuius earum ſpecierum, quæ in prima *generis* diuiſione *ponuntur*, particeps ſit. Si igitur inceſſus neque accretionis, neque imminutionis, nec aliarum motionum particeps ſit: patet *eum* lationis eſſe participem. Quocirca latio erit genus inceſſus.

3 XII. Si primum eſt genus ſecundi, tã primum quam primi genera attribuuntur ſpecieb. ſecundi in quæſtione quid eſt.

3 Rurſus in quibus propoſita ſpecies vt genus dicitur, conſiderare *oportet*, an etiam propoſitum genus in quæſtione quid eſt, iis ipſis attribuatur, quibus & ſpecies *attribuitur*. ſimiliterque an quæ ſunt ſupra genus, omnia. Sicubi enim diſcrepat: patet, id quod propoſitum fuit, non eſſe genus: quia ſi eſſet

genus, omnia quæ supra illud sunt, & ipsum illud in *quæstione* quid est attribuetur *iis*, quibus & species in *quæstione* quid est attribuitur. Euertenti igitur vtile *est*, si genus iis non attribuatur in *quæstione* quid est, quibus species attribuitur.

* Confirmanti autem vtile est, si attribuatur in *quæstione* quid est. accidet enim, vt & genus & species eidem in *quæstione* quid est attribuantur. quare idem sub duobus generibus constituitur. necesse *est* igitur, vt genera sint subalterna. Si igitur probatum fuerit *id* quod volumus genus constituere, non esse sub specie: manifestum *est* speciem sub ipso esse. quare probatum erit hoc esse genus. ** Si duo eidem attribuuntur in quæstione quid est, alterum est species alterius.*

4 Considerare etiam *oportet* definitiones generum, an aptentur speciei propositæ, & iis, quæ speciem participant. necesse enim *est*, vt generum definitiones attribuantur speciei, & iis quæ participant speciem. sicubi igitur discrepat; patet id quod propositum fuit, non *esse* genus. *4 Generum definitiones attribuuntur speciei, & iis quæ speciem participant.*

5 Rursus *animaduertendum est*, an differentiam quasi genus adhibuerit: veluti an immortale *posuerit quasi* genus Dei. immortale enim est differentia animalis: quoniam animalium alia mortalia *sunt*, alia immortalia. atet igitur, eum peccasse: quia differentia, nullius *rei* genus est. hoc autem verum *esse* constat: quia nulla differentia significat quid est, sed potius quale quid, quemadmodum terrestre & bipes. *5 XIII. Differentia non est genus, nec attribuitur in quæstione quid est.*

6 Sed & illud videndum est, an differentiam in genere posuerit quasi speciem: veluti *si dixerit*, impar *esse* id quod numerum. impar enim est differentia, non species numeri: nec videtur differentia esse particeps generalis. quicquid enim est generalis particeps, aut est species, aut indiuiduum: differentia vero nec est species, nec indiuiduum: patet *6 Differentia non est species nec particeps generis.*

igitur differentiam non esse generis participem. quamobrem impar non potest esse species, sed differentia, quia non est particeps generis.

7 Genus non subiicitur speciei.

7 Præterea *videndum est*, an genus in specie posuerit: veluti *si* contiguitatem *esse* id quod continuationem *dixerit*: aut mixtionem *esse* id quod temperationem: aut, vt Plato definit, loci mutationem esse lationem. non enim necesse *est* contiguitatem *esse* continuationem, sed contra continuationem *esse* contiguitatem. quia non quicquid aptatur, continuatur: sed quod continuatur, aptatur. similiter *fit* & in cæteris. neque enim omnis mixtio *est* tẽperatio, quia siccorũ mixtio non est tẽperatio. neque omnis loci mutatio *est* latio quoniam incessus non videtur esse latio: fere enim latio dicitur de iis, quæ nõ spõte sua locũ mutãt vt in *rebus* inanimis accidit. Cõstat autem latius patere speciem, quam genus, in iis, quæ adducta fuerunt, cum contra fieri debeat.

8 Differentia non subiicitur speciei.

8 Rursus, *videndum est*, an differentiam in specie posuerit: veluti immortale *esse* id quod Deum: accidet enim de totidem, vel de pluribus speciem dici: semper enim differentia de totidem vel de pluribus dicitur, quam species.

9 Genus non subiicitur differentiæ diuisiuæ.

9 Præterea, an genus in differentia posuerit: veluti colorem *esse* id quod congregatiuum: aut numerum *esse* id quod imparem.

10 Genus non est differentia.

10 Et an genus quasi differentiam dixerit: fieri enim potest, vt aliquis etiam eiusmodi thesim afferat: veluti mixtionem *esse* differentiam temperationis: aut loci mutationem, lationis.

Genus de pluribus dicitur quam differentia, nec participat differentiam.

† Considerandа autem *sunt* quæcunque sunt eiusmodi, ex iisdem *locis seu fundamentis*: (quia communio *quædam* est inter locos) nam & de pluribus genus quam differentia dici, nec differentiam par-

ticipare debet. *Genere* autem ita *ut in superioribus exemplis* allato, neutrum eorum quæ dixi, contingere potest. quoniam & de paucioribus dicatur, & participabit genus differentiam.

11 Item si nullæ ex generis differentiis attribuitur speciei propositæ, ne genus quidem attribuetur: vt animæ nec impar nec par attribuitur: proinde nec numerus.

11 XIV. Cui spec ei attribuitur genus, eidē attribuitur aliqua generis differentia.

12 Præterea, si species sit natura prior, & secum auferat genus (quia contrarium videtur *verum esse*) non potest esse genus.

12 XV Genus est natura prius specie.

13 Præterea si accidit, vt *species* relinquat propositum genus, vel differentiam: vt animam motio, vel opinionem veritas & falsitas: neutrum eorum, quæ dixi, potest esse genus, aut differentia. videtur enim genus & differentia consequens esse, quamdiu species est.

13 XVI. Genus & differentia, non relinquunt speciem.

Alij loci. CAP. III.

CAP. III.

CОnsiderare etiam *oportet*, an id quod in genere positum est, alicuius generi contrarii particeps sit, vel particeps esse possit: idem enim contrariorum simul particeps erit: quia nunquam *species* deserit genus, & particeps quoque est, vel particeps potest esse contrarii.

1 XVII. Idē non est contrariorum particeps seu species.

2 Præterea *videndum est*, an aliquid communicetur cum specie, quod omnino inesse nequeat iis, quæ *sunt* sub genere. veluti, si anima est vitæ particeps, numerorum autem nullus viuere potest: certe anima non est species numeri. 3 Considerandum etiam *est*, an species & genus sint homonyma, vtēdo elementis, quę tradita sunt ad homonymiam *inuestigandam*: quoniam genus & species sunt synonyma.

2 Quod participat rem nulli generis speciei communicabilem nō est eius generis species.

3 XVIII. Genus & spec es non sunt homonyma.

4 XIX. Omne genus continet multas species.

4 Cum autem omnis generis sint plures species: considerare *oportet*, an altera species esse nequeat generis propositi. nam si *altera species* non sit: patet non posse omnino genus esse id quod dictum est.

5 XX. Genus speciei attribuitur proprie non metaphorice.

5 Considerare etiam *oportet*, an id quod per translationem dicitur, quasi genus proposuerit: quale est, si *quis dixerit* temperantiam *esse* concentum, omne enim genus proprie speciebus attribuitur: concentus vero temperantiæ non proprie, sed per translationem *attribuitur*: quandoquidem omnis concẽtus *est* in sonis.

6 XXI. Locus à contrariis & contrariorum mediis, multis partib. constat.

6 Præterea considerandum *est*, an contrarium quidpiam speciei sit. est autem multiplex *hæc* consideratio.

7 Si generi nihil sit contrarium, species contrariæ sunt in eodem genere Si generi est aliqu d contrarium, spec.es contrariæ sunt in contrariis generibus.

7 Primum *videndum est*, an in eodem genere *sit* etiã contrarium, cum nihil sit generi contrarium, oportet enim contraria esse in eodem genere. si nihil cõtrarium generi sit. At si sit aliquid contrarium generi: considerare *oportet*, an contrarium *sit* in contrario genere. necesse est enim contrarium in contrario esse, si quid sit generi contrarium. Horum autem vnumquodque manifestum *est* per inductionem.

8 Cuius contrarium non est in genere, sed genus ipsum quoque non est species, sed genus.

8 Rursus *videndum est* an omnino in nullo genere *sit* id quod est speciei contrarium, sed ipsum *sit* genus: vt bonum. si enim hoc non *sit* in genere, cõtrarium quidem eius in genere erit, sed ipsum *erit* genus: quemadmodum in bono & malo accidit: neutrum enim eorum *est* in genere, sed vtrumque eorum *est* genus.

9 Genera contraria, & eorũ generum species contrariæ simul med ũ habent, aut medio carent.

9 Præterea *videndum est*, an alicui contrarium sit tam genus quam species, & aliis quidem sit quidpiam interiectum, aliis vero minime. Nam si generibus est aliquid interiectum, etiam speciebus: & si speciebus, etiam generibus: quemadmodũ in virtute, & vitio, nec non iustitia & iniustitia *cõtingit*. vtrisq; enim est aliquid interiectũ. * Huic

* Exceptio.

obiicitur, quod ſanitati & morbo nihil *eſt* interiectum, malo autem & bono *eſt* aliquid interiectum.

10 Præterea *videndum eſt*, an ſit quidem ambobus aliquid interiectum, *nempe* & ſpeciebus & generibus: non tamen ſimiliter: ſed aliorum ſecundum negationem, aliorum vt ſubiectum: probabile enim *eſt* ſimiliter *eſſe* ambobus *medium interiectum*: quemadmodum in virtute, & vitio, necnon iuſtitia & iniuſtitia *perſpici poteſt*: vtriſque enim per negationem medium eſt interiectum.

10 Generibus contrariis, & ſpeciebus contrariis ſi mediũ habent, eodem modo medium eſt interiectum, id eſt, vel vtrobique eſt medium ſecũdum affirmationem, vel vtrobique ſecundum negationem.

11 Præterea, quando non eſt contrarium generi, conſiderare oportet, non ſolum an contrarium, ſed etiam an medium ſit in eodem genere. in quo enim genere *ſunt* extrema, *in eo* & medium *eſt*: vt in albo & nigro *videre licet*. color enim eſt genus & horum, & interiectorum colorum omnium. † Obiectio *eſt*, quod parum & nimium *ſunt* in eodem genere: ambo enim *ſunt* in eo quod malum eſt. mediocre autem, quod eſt medium his interiectum, non *eſt* in eo quod eſt malum, ſed in eo quod eſt bonum.

11 In quo genere ſũt ſpecies contrariæ, in eodem ſunt etiam ſpecies mediæ.

Exceptio.

12 Conſiderare etiam *oportet*, an genus quidem ſit contrarium alicui, ſpecies vero nulli. nam ſi genus *eſt* alicui contrarium, etiam ſpecies: quemadmodum virtus & vitium, necnon iuſtitia & iniuſtitia, ſimiliterque ſi alia conſiderentur, hoc videri poſſit perſpicuum eſſe. † Obiectio *eſt* in ſanitate & morbo. ſimpliciter enim ſanitas *eſt* morbo contraria: quidam autem morbus cum ſit ſpecies morbi, nulli *eſt* contrarium: vt febris & oculorum dolor, & ſinguli alij.

12 Si genus eſt alicui cõtrariũ etiam ſpecies eſt alicui contraria.

Exceptio.

13 Ac ei quidem qui refellit, hęc tot modis cõſideranda *ſunt*: quia niſi inſint *hæc* quæ dicta ſunt, patet id quod eſt propoſitum, non eſſe genus.

13 Hucuſque dictũ eſt de genere per locum vigeſimum primum refellẽdo.

14 Consequenter videndum quomodo per eundem locum genus confirmetur.

15 Si nihil sit contrarium generi in quo est vna ex contrariis speciebus altera quoque species in eodem genere est.

16 In quo genere sunt media, in eodem sunt extrema.

17 Si contraria species est in contrario genere, etiam hæc species est in proposito genere

14 Ei vero qui confirmat, tribus modis consideranda sunt. 15 Primum quidem, an id quod est speciei contrarium, sit in dicto genere, cum nihil sit cōtrarium generi. si enim contrarium *sit* in hoc *genere*, patet *in eodem genere esse* etiam id quod est propositum. 16 Preterea, an medium *sit* in dicto genere. in quo enim sunt media, *in eo sunt* etiam extrema. 17 Rursus, si quid sit contrarium generi, considerare oportet, an etiam contrarium sit in contrario. si enim sit, patet etiam propositam *speciem esse* in proposito *genere*.

Alii loci. CAP. IV.

1 XXII. Coniugatorum genera sunt coniugata.

2 XXIII. Si eadem sit ratio primi erga secundum & tertii erga quartum, primum autem sit genus tertii, etiam secundum est genus quarti. Hoc argumentum valet. Primo in efficientibus & effectis.

3 Secundo in generationibus & corruptionibus.

4 Tertio in iis quæ gignendi, vel interimendi vim habent, in facultatib. & omnino in

ITem in casibus & coniugatis, an similiter consequantur, *videndum est*, siue refellatur, siue confirmetur, simul enim enim vni & omnibus inest, vel non inest. veluti, si iustitia *est* sciētia quædam, etiam iuste *est* scienter, & iustus *est* sciens: at si quid horum non *ita sit*, nec aliorum vllum *est*. 2 Item *consideranda sunt* quæ similiter sunt inter se affecta.

Veluti iucundum eandem rationem habet ad voluptatem, & vtile ad bonum: vtrumque enim vtriusque *est* effectiuum. si igitur voluptas est id quod bonum, etiam iucundum erit id quod vtile. patet enim esse boni efficiens: quandoquidem voluptas *est* bonum. 3 Itidem *fit* etiam in generationibus & corruptionibus. vt si ædificare *est* agere: ædificasse *est* egisse. & si discere est recordari, didicisse est recordatum esse. & si dissolui *est* corrumpi, etiam dissolutum esse *est* corruptum esse, & dissolutio est corruptio quædam.

4 Itidem etiam in iis quæ gignendi, aut corrumpēdi vim habent, & in facultatibus, & vsibus, & omnino secundum quamcumque similitudinem,

considerandum est, siue refellatur, siue confirmetur: quemadmodum in generatione & corruptione dicebamus. Nam si corruptiuum est dissolutiuum, etiam corrumpi *est* dissolui. & si generatiuum *est* effectiuum, etiam gigni *est* effici, & generatio est effectio. Similiter *fit* in potestatibus, & vsibus, & omnino si potestas est affectio, etiam posse *est* affectum esse: & si cuius *rei* vsus est actio, vti est agere, & vsum esse est egisse. 5 Si vero id quod speciei opponitur, sit priuatio, dupliciter licet refellere. Primum quidem si oppositum sit in genere proposito. vel enim simpliciter in nullo genere eodem est priuatio, vel non in *eodem* postremo *genere*. vtputa, si aspectus, vt in extremo genere, est in sensu: cæcitas non erit sensus. Deinde si & generi & speciei opponatur priuatio, non autem oppositum in opposito: ne quidem propositum erit in proposito. Ac is quidem qui refellit, ita vt dictum est, vti debet. Qui vero confirmat, vno modo *argumentabitur*: si enim oppositum *sit* in opposito, etiam propositum erit in proposito. veluti si cæcitas est priuatio quædam sensus, etiam aspectus *est* sensus.

iis, in quibus spectatur analogia.

5 XXIV. Habitus & priuatio non continentur eodem proximo genere, sed contrar. in generibus.

6 Rursus negationes considerandæ sunt ordine commutato, quemadmodum in accidente dicebatur *a*. Vt si quod est iucundum, est id quod bonum: quod non est bonum, non est iucundum. nisi enim ita res habeat: aliquid non bonum poterit esse iucundum, fieri autem nequit, si bonũ sit genus iucundi, vt aliquid non bonum sit iucundum. quibus enim genus non attribuitur, ne specierum quidem vlla *attribuitur*. Et si quis confirmet, itidem considerare debet. si enim quod non est bonum, non est iucundum: quod est iucundum,

6 XXV. Negationem generis sequitur negatio speciei.

a Lib. 1. c. 8.

7 XXVI. Si spec es sit ad aliquid, etiam genus est ad aliquid.

Hoc axioma non reciprocatur.

est bonum: quare bonum *est* genus iucundi. 7 Quod si species sit ad aliquid, considerare *oportet*, an etiam genus *sit* ad aliquid. Nam si species *refertur* ad aliquid, etiam genus: vt in duplo & multiplo *videre licet*: vtrumque enim *refertur* ad aliquid. * Si vero genus ad aliquid *referatur*, nō necesse *est* etiā speciem *referri*. nam scientia quidē *refertur* ad aliquid; grammatica vero non *item*. † An nec id quod prius dictum est, verum esse videri possit? virtus enim *est* id quod bonū, & id quod honestum: & virtus quidem *refertur* ad aliquid: bonum autem, & honestum non *sunt* ad aliquid *relata*, sed qualia.

Exceptio.

8 Species ad idem refertur per se, & ratione generis.

8 Rursus *videndum est*, an non ad idem referatur species per se, & ratione generis. veluti si duplum, dimidii dicitur duplum: etiam multiplum dimidii dici oportet, sin minus, multiplum non potest esse genus dupli. 9 Præterea an non ad idem referatur ratione generis, & ratione omnium generum generis. nam si duplum dimidii, & multiplum est, etiam exsuperare dimidium dicetur, & omnino secundū omnia superiora genera ad dimidium referetur.

9 Species ad idem refertur ratione generis, & ratione omnium superiorum generum.

† Exceptio.

† Obiicitur, quod non necesse sit, per se & ratione generis ad idem referri: quia scientia dicitur *scientia rei* scibilis, habitus autem & affectio non *rei* scibilis, sed animæ. 10 Item, an eodem modo dicantur genus & species, quod ad casus *attinet*: veluti an alicui vel alicuius, vel alio quouis modo dicantur. vt enim species, *ita* etiam genus dicitur. vt *fit* in duplo & superioribus *generibus*, alicuius enim dicitur & duplum, & multiplum. Similiter *fit* etiam in sciētia. alicuius enim dicitur & ipsa *sciētia* & *eius* genera, vt affectio & habitus. † Obiicitur, quod interdum non ita *fiat*: nam præstans, & contrarium

10 Genus & species in eodem casu referūtur.

Exceptio.

alicui dicitur, diuersum autem, cum sit horum genus, non dicitur alicui, sed ab aliquo: diuersum enim ab aliquo dicitur.

11 Item *videndum est*, an ea, quæ similiter, quantum ad casus, dicuntur, non similiter reciprocentur: vt fit in duplo & multiplo. horum enim vtrumque; alicuius dicitur, & ipsum, & secundum reciprocationem. alicuius enim dicitur & dimidium, & submultiplum. itidemque fit in scientia, & in existimatione: hæ namque *dicuntur* esse alicuius: & similiter fit reciprocatio: quoniam aliquo existimabile & scibile *esse dicitur*. Si igitur in aliquo non similiter reciprocatur: patet, alterum non *esse* genus alterius. 12 Item *videndum est*, an non ad totidem genus & species referantur. similiter enim, & ad totidem referri vtrumque videtur: vt fit in donatione & datione. nam & donatio alicuius & alicui dicitur, & datio alicuius & alicui: datio autem est genus donationis: nam donatio est datio non restituenda.

11 In relatione generis & relatione speciei similis est reciprocatio.

12 Genus & species ad totidem referuntur

* Quædam autem non contingit ad totidem referri. nam duplum *est* alicuius duplum. exsuperans autem & excellens, aliquod & aliquo, quicquid enim exsuperat & excellit, aliqua re exsuperat & aliquam rem exsuperat: quocirca hæc quæ dixi, non sunt genera dupli: quia non ad totidem specie referuntur. aut non vniuersaliter verum est ad totidem genus & speciem, referri.

** Exceptio.*

13 Videre etiam *oportet*, an oppositum *sit* oppositi genus, vt si multiplum *est genus* dupli, etiam submultiplum *est genus* dimidij. Oportet enim oppositum esse oppositi genus. Si quis igitur posuerit scientiam *esse* id quod sensum, oportebit etiam scibile esse id quod sensibile. sed non ita est. neque enim omne scibile *est* sensibile: quoniam in rerum

13 Species relatæ sub relatis generibus collocantur.

intelligibilum numero nonnulla ſcibilia *ſunt*. quare ſenſibile non *eſt* genus ſcibilis. quod ſi hoc non *ſit genus*: ne ſenſus quidem *eſt genus* ſcientiæ.

14 Qualer latione eſt genus, tale eſt etiam ſpecies.

14 Quoniam autem eorum quæ ad aliquid referũtur, alia neceſſario in illis aut circa illa ſunt ad quæ referuntur: (vt diſpoſitio & habitus, & ſymmetria: hæc enim in nulla alia re eſſe poſſunt, quam in iis ad quas referuntur) alia vero non neceſſe *eſt* in illis ineſſe, ad quæ referuntur, contingit tamen *ineſſe*: (vt ſi anima *ſit* res ſcibilis. nihil enim vetat, quo minus anima ſui ipſius ſcientiam habeat: non tamen neceſſe *eſt*, quia poteſt & in alio hæc ipſa *ſcientia* ineſse:) alia vero ſimpliciter non poſsunt in illis ineſse ad quæ referuntur; (vt contrarium *non poteſt eſſe* in contrario: nec ſcientia in ſcibili: niſi accidat vt id quod eſt ſcibile, ſit anima vel homo) Conſiderare igitur oportet, an aliquis id quod tale eſt, poſuerit in genere non tali. Cuiuſmodi *eſt*, ſi quis dixerit memoriam eſse manſionem ſcientiæ. omnis enim manſio in eo quod manet, & circa illud *eſt*: quapropter etiam ſcientiæ manſio *debet eſſe* in ſcientia. memoria igitur *eſt* in ſcientia: quia eſt manſio ſcientiæ. hoc autem fieri nequit: quoniam omnis memoria *eſt* in anima. † Hic autem locus etiam ad accidens pertinet. nihil enim refert, vtrum manſio dicatur eſse genus memoriæ, an dicatur ei accidere. nam ſi quouis modo memoria eſt manſio ſcientiæ, hæc eadem de ea ratio conueniet.

† Hoc axioma producitur ad problema accidentis.

Alii loci. CAP. V. CAP. V.

PRæterea ſi habitum ad actum retulerit, vel actum ad habitum: id non eſt genus. veluti ſi *dixerit* ſenſum *eſſe* motum per corpus. nam ſenſus *eſt* habitus, motus vero *eſt* actus. item ſi dixerit memoriam eſſe habitum retinendæ exiſtimationis. Nulla enim memoria *eſt* habitus, ſed potius actus.

1 XXVII. Actus non eſt genus ipſius habitus: nec habitus eſt genus ipſius actus.

2 Peccant etiam, qui habitum ad conſequentem facultatem reducunt; vt *qui dicunt* clementiam *eſſe* continentiam iræ: & fortitudinem ac iuſtitiam *eſſe* continentiam metus & lucri. Fortis enim & clemens dicitur, qui eſt perturbatione vacuus: continens autem, qui à perturbatione in qua eſt, non trahitur. Fortaſſe autem vtrique conſequens eſt talis facultas, vt, ſi in perturbatione eſſet, non traheretur, ſed eam vinceret. non tamen hæc eſt *viri* fortis vel clementis eſſentia, ſed omnino ab his perturbationibus non affici.

2 XXVIII Facultas conſequens habitum non eſt genus ipſius habitus.

3 Interdum vero & quod quoquo modo conſequens eſt, quaſi genus ponunt: vt dolorem *genus* iræ, & exiſtimationem, fidei. ambo enim illa conſequentia ſunt aliquo modo his ſpeciebus, ſed neutrum eorum eſt genus. nam qui iraſcitur, dolet, cum in eo dolor præceſſerit: quandoquidem non ira doloris, ſed dolor iræ cauſa *eſt*. quare ſimpliciter ira non eſt dolor. Secundum hæc nec fides *eſt* exiſtimatio: quia fieri poteſt, vt aliquis fidem non habens, eandem exiſtimationem habeat: quod fieri nequit, ſi fides *eſt* ſpecies exiſtimationis. non poteſt enim quidpiam idem permanere, ſi ex ſpecie omnino mutatum ſit: quemadmodum idem animal non *poteſt* interdum eſſe homo, interdum

3 Conſequens, quod non eſt ſemper cum antecedente, non eſt eius antecedentis genus.

non homo. Quod si quis dixerit necessario eum qui existimat, etiam credere: æqualiter existimatio & opinio dicentur. quocirca ne sic quidem potest esse genus: quoniam oportet genus de pluribus dici.

4 XXIX. *Genus & species sunt in eodem subiecto. Hoc axioma obtinet in categoria accidentium: quoniam accidentia sunt in subiecto.*

4 Videre etiam oportet, an natura comparatum sit, vt in eodem aliquo *subiecto*, ambo insint. In quo enim *inest* genus, *inest* etiam species, vt in quo albor, etiam color: & in quo grammatica, etiam scientia. Si quis igitur dixerit verecundiam *esse* metum, aut iram *esse* dolorem: non accidet, vt in eodem & genus & species insit, nam verecundia *est* in *parte animæ* ratiocinatiua, metus autem in irascibili. ac dolor quidem in concupiscibili, quoniam in hac *est* etiam voluptas: ira autem in concupiscibili. quare ea quæ allata fuerunt, non sunt genera: quia non est natura comparatum, vt insint in eodem *subiecto*, in quo *insunt* species. Similiterque si amicitia *est* in concupiscibili, non potest esse voluntas quædam: omnis enim voluntas *est* in *parte* ratiocinatiua.

† *Hoc axioma producitur ad problema accidentis, hoc modo, In eodem sunt accidens & id cui accidit.*

† Vtilis autem est hic locus etiam ad accidens *examinandum*: quoniam in eodem *sunt* accidens & id cui accidit. quamobrem nisi in eodem *esse* videantur, constat non accidere.

5 XXX. *Species non est generis particeps ex parte.*

5 Præterea *videndum est*, an ex parte species sit eius particeps quod dicitur esse genus: quia non videtur genus communicari ex parte. non enim homo est quadamtenus animal, neque grammatica *est* quadamtenus scientia. similis *est* ceterorum ratio. Considerare igitur *oportet*, an cum quibusdam ex parte genus communicetur. quale *est*, si animal dictum sit *esse* id quod sensibile, aut visibile: quoniam animal *est* ex parte sensibile, & visibile: quandoquidem ratione corporis *est* sensibile, & visibile, ratione autem animæ non *item*, quare visibile & sensibile

ſenſibile non poſſunt eſſe genera animalis.

6 Interdum etiam non animaduertunt, ſe totum ad partem reducere: vt *qui dicunt* animal *eſſe* corpus animatum. atqui nullo modo pars toti attribuitur. quare corpus non poteſt eſſe genus animalis, cum ſit pars. 7 Videre etiam *oportet*, an aliquid vituperandum vel fugiendum, ad facultatem vel ad id quod poteſt, retulerit. quale *eſt ſi dixerit* ſophiſtam eſſe eum, qui poteſt ex ſapientia, qua videtur eſſe præditus, lucrari: aut calumniatorem, eum qui poteſt calumniari, & ex amicis inimicos facere: aut furem, eum qui poteſt aliena clam furari. nullus enim eorum quos dixi, talis eſſe dicitur, quia poſſit aliquid horum facere. poteſt enim & Deus, & *vir* probus, quæ mala ſunt, efficere: non tamen tales sũt: omnes enim improbi ex præelectione nominãtur. Præterea omnes facultates ſunt in rerũ eligendarum numero. nam & improborum facultates *ſunt* eligendæ. idcirco & Deum & *virum* bonum dicimus eas habere: dicimus enim eos poſſe quæ mala ſunt, agere. Quare facultas nullius rei vituperandæ genus eſſe poteſt. alioquin accidet, vt aliquid, quod ſit vituperandum, ſit eligendum: erit enim aliqua facultas vituperanda.

6 XXXI. Pars non eſt genus totius.

7 XXXII. Quod eſt vituperandum ſeu fugiendum, nõ eſt ſpecies facultatis, vel eius quod poteſt.

8 *Videndum etiam eſt*, an aliquid eorum quæ ſunt per ſe honorabilia vel eligenda, ad facultatem, vel ad id quod poteſt, vel ad effectiuum retulerit. omnis enim facultas, & quicquid poteſt, aut efficiendi vim habet, propter aliud *eſt* eligendum.

8 XXXIII. Quod eſt per ſe honorabile vel eligendum, non eſt ſpecies facultatis, vel eius quod poteſt vel effectiuus.

9 Vel an aliquid eorum, quæ in duobus, pluribuſve generibus *collocantur*, ad vnum reduxerit. quædam enim non licet ad vnum genus referre: vt impoſtorem & calumniatorem. etenim nec qui conſilium capit. cùm *efficere* non poſſit, nec qui *efficere*

9 XXXIV. Quod in duob. generibus continetur, male ad vnum genus refertur.

poteſt, niſi conſilium capiat, calumniator *eſt* vel impoſtor, ſed qui ambo hæc habet. quamobrem ea quæ dicta ſunt, non in vno genere, ſed in vtroque poni debent. 10 Præterea interdum vice verſa genus ponunt pro differentia, & differentiam pro genere, vt *qui dicunt* ſtuporem *eſſe* exſuperantiam admirationis, & fidem *eſſe* vehementiam exiſtimationis. nam neque exſuperantia, neque vehementia *eſt* genus: ſed differentia. ſtupor enim videtur *eſſe* admiratio exſuperans: & fides, exiſtimatio vehemens. quare admiratio & exiſtimatio ſunt genera: exſuperantia vero & vehementia, differentiæ. Præterea, ſi quis exſuperantiam & magnitudinem pro genere acceperit, etiam res inanimæ fidem habebunt, & obſtupeſcent. cuiuſque enim rei vehemẽtia & exſuperantia ineſt in ea re, cuius eſt vehementia & exſuperantia. ſi igitur ſtupor eſt exſuperantia admirationis, inerit in admiratione ſtupor: quapropter admiratio obſtupeſcet. Similiterque fides inerit in exiſtimatione: ſi quidem eſt vehementia exiſtimationis: quamobrem exiſtimatio fidem habebit. præterea accidit ei qui ita *genus* accipit, vt vehementiam vehementem dicat, & exſuperantiã exſuperantem. nam quædam fides eſt vehemens: ſi igitur fides ſit vehementia, certe vehementia erit vehemens. Similiter etiam quidam ſtupor eſt exſuperans. ſi igitur ſtupor ſit exſuperantia, certe exſuperantia erit exſuperans. Atqui horum neutrum *eſſe* videtur: quemadmodum nec ſcientia *eſt* res ſcibilis, nec motio *eſt* id quod mouetur.

10 XXXV. Genus & differentia non debent poni vice verſa.

11 Interdum etiam errant, affectionem *quaſi* in genere ponentes *in* eo quod affectum eſt: vt quicũque aiunt immortalitatem eſſe vitam æternã. quoniam immortalitas videtur eſſe affectio quædam,

11 XXXVI. Affectus non eſt ſpecies eius quod eſt affectum.

ſiue accidens vitæ. quod quidem verum eſſe, perſpicuum fieri poſſit, ſi quis conceſſerit, aliquem ex mortali immortalem fieri poſſe. nemo enim dicet eum aliam vitam accipere, ſed accidens quoddam vel affectionem ei *vitæ quam degebat*, acceſſiſſe. quocirca vita non eſt genus immortalitatis. 12 *Errant* etiam, ſi id cuius eſt affectio, dicant eſſe affectionis genus: vt ventum, aërem, motum, nam ventus eſt potius aeris motio: quandoquidem idem aër permanet, & cum mouetur & cum ſtat, quare omnino ventus non eſt aer. alioquin & non moto aere ventus eſſet: ſiquidem aer idem permanet, qui erat ventus. Similiter *dicendum eſt* de huiuſmodi aliis *rebus*. Sed & ſi cõcedere oporteat ventum eſſe aerem motum: non tamen in omnibus hoc admitti debet, *id eſt* non *etiam in iis* de quibus nõ vere dicitur genus propoſitum, ſed in iis *tantum*, quibus vere attribuitur genus. nam in quibuſdam nõ videtur vere dici: vt in niue & *in* luto: niuem enim aiunt eſſe aquam concretam: lutum autem terram humore temperatam. ſed nec lutum eſt terra: nec nix, aqua. quare eo propoſitis generibus neutrum poteſt eſſe genus. oportet enim genus ſemper vere dici de ſpeciebus. Similiter nec vinum eſt aqua putrefacta, vt Empedocles ait *illo loco*.

12 *Id quod eſt affectum, nõ eſt genus affectionis, præſertim ſi de eo non dicatur.*

---- Putrefacta in ligno aqua. ſimpliciter enim *vinum* non eſt aqua.

Alii loci. CAP. VI.

CAP. VI.

I XXXVII. *Quod non communicatur rebus ſpecie differentibus non eſt genus.*

PRæterea *videndum eſt*, an omnino id quod propoſitum eſt, nullius rei ſit genus. manifeſtum enim erit, ne ſpeciei quidem propoſitæ *genus eſſe*. videndum autem eſt ex eo, quod ſpecie *inter ſe* non differunt ea, quæ participant propoſitum genus,

vt alba; hæc enim specie non differunt inter se: omnis autem generis species differunt. quare album nullius *rei* genus esse potest.

2 Transcẽdẽs (i quod omnibus reb. est consequens) nec est genus nec differentia.

2 Rursus *videndum est*, an id quod omnib. rebus est consequens, genus vel differentiam *esse* dixerit. multa enim *sunt* omnibus rebus consequentia, vt ens & vnum *in* eorum *numero* sunt, quæ res omnes consequuntur. si igitur ens pro genere posuerit: procul dubio *rerum* omnium genus futurum est: quoniam eis attribuitur: nulli enim *rei* genus, præterquam speciebus, attribuitur. quare etiam vnum erit species entis. accidit igitur, vt *iis* omnibus, quibus genus attribuitur, etiam species attribuatur, (quandoquidem & ens & vnum omnibus *rebus* simpliciter attribuũtur) cum paucioribus speciem attribui oporteat. Si vero id quod omnibus consequens est, differentiam *esse* dixerit: patet, de totidem aut de pluribus differentiam quam genus dictum iri. si enim & genus *sit in* eorum *numero* quæ omnibus consequentia sunt, de totidem *dicetur*. si vero *genus* non omnibus *rebus* consequens sit, de pluribus differentia dicetur quam ipsum *genus*.

3 XXXVIII. Genus non est in specie tam quam in subiecto.

4 XXXIX. Genus speciebus attribuitur synonymωs. Similis est locus decimus octauus.

5 XL. Melior species in meliori genere: deterior in deteriori est collocanda.

3 Præterea *videndum est*, an in subiecta specie propositum genus *esse* dicatur, vt album in niue. itaque perspicuum *est* non esse genus. de subiecta enim specie tantum genus dicitur. 4 Considerare etiam *oportet* an genus & species non sint synonyma, omnibus enim speciebus synonymωs genus attribuitur. 5 Præterea *peccatur*, cum est & generi & speciei aliquid contrarium: & ex contrariis *speciebus* ea quæ melior est, ad deterius genus refertur. accidet enim, vt reliqua in reliquo sit; quoniam contraria *sunt* in contrariis generibus. quare melior *species* erit in deteriori *genere*: videtur autem melioris melius genus esse.

6 *Peccat* etiam. si cum eadem res ad vtrumque sit eodem modo affecta, ad deterius non ad melius genus retulerit, vt si *dixerit* animam esse id quod motionem. vel rem motam. eadem enim videtur æque habere vim sistendi, ac mouendi. quare si status *est* melior, ad hoc genus referri oportebat.

6 XLI. Quod potest referri ad melius genus non debet referri ad deterius.

7 *Præterea* ab *eo quod est* magis vel minus, ei qui refellit, *arguere licet*, si genus recipiat intentionem, species autem non recipiat, neque ipsa, neque quod ab ea denominatur. vt puta si virtus intentionem capit, etiam iustitia & iustus *capiunt*: dicitur enim alter altero iustior: si igitur propositum genus intentionem recipit, species autem non recipit, nec ipsa, nec quod ab ea denominatur: id quod propositum est, non potest esse genus.

7 XLII Si genus intentionem recipit, etiã species, & quod à specie denominatur, intentionem suscipit.

8 Rursus si id quod magis vel æque *esse* videtur, non est genus: patet, ne id quidem quod propositũ fuit *esse genus*. Vtilis autem *est* hic locus in iis maxime, in quibus plura *esse* videntur, quæ speciei in *quæstione* quid est attribuantur, nec definitum est, nec dicere possumus quodnam eorum *sit* genus: vt puta iræ & dolor & existimatio contemptionis in *quæstione* quid est videtur attribui. nam qui irascitur, dolet, *se*que contemni existimat.

8 Si id quod magis vel æque esse videtur, nõ est genus: ne id quidem quod propositũ fuit, est genus.

9 Si id quod magis vel æque videtur esse species, non sit species, ne ea quidem, quæ est proposita, est species.

9 Eadem consideratio *est* in specie, si cum alia quapiam conferatur. si enim quod magis vel quod æque videtur esse in genere proposito, non est in genere: manifestum *est*, nec propositam omnino speciem in genere esse. 10 Qui igitur refellit, ita vt dictum est, vti *hoc loco* debet. 11 Confirmanti autem non est vtilis locus, si & genus & species intentionem recipiant. nihil enim vetat cum ambo recipiant, non esse alterum alterius genus. nam & album & honestum intentionem suscipit, ac

10 Superiora quadragesimi secũdi loci axiomata valent ad refellendum genus.

11 Si duo intentionem suscipiant, non propterea alterum est alterius genus.

neutrum est alterius genus. 12 Generum autem & specierum inter se collatio vtilis *est*. veluti si æque hoc & illud *est* genus, alterum autem *est* genus, etiam alterum *erit*. Item si id quod minus *est genus*, *est genus* etiam quod magis: veluti si continentiæ potius genus *sit* facultas quam virtus, virtus autem *sit* genus: etiam facultas *est genus*.

13 Eadem de specie dici conueniet. nam si æque hoc & illud *sit* propositi *generis* species, alterum autem *sit* species, etiam reliquum *erit*. & si quod minus videtur, species est: etiam quod magis.

14 Præterea vt confirmetur, considerandum *est*, an *iis*, quibus assignatum est genus, in *quæstione* quid est attribuatur, cum non sit vna data species, sed plures ac differentes: quia procul dubio erit genus.

At si vna sit species data, considerare *oportet*, an etiam aliis speciebus genus in *quæstione* quid est attribuatur: rursus enim efficietur, vt idem pluribus ac differentibus attribuatur, & genus *esse* concedatur.

15 Quoniam autem quibusdam videtur etiam differentia in *quæstione* quid est speciebus attribui, separandum *est* genus à differentia per dicta elementa. Primum, quia genus de pluribus dicitur, quam differentia. deinde quia in responsione ad *quæstionem* quid est, aptius dicitur genus, quam differentia: nam qui dicit hominem *esse* animal, magis declarat quid sit homo quam qui dicit *esse* pedestre. & quia differentia qualitatem generis semper significat, genus autem differentiæ *qualitatem* non *significat*. nam qui ait pedestre, quale quid animal dicit: qui vero inquit animal, non dicit quale quid pedestre. Ac differentia quidem à genere ita separanda est.

16 Quia vero musicum videtur, qua musicum est sciens esse: etiam musica est scietia quædam: & si am-

12 Si quod æque aut minus esse videtur, sit genus: etiam id quod est propositum, est genus.

13 Si quod æque aut minus esse videtur, sit species: etiam id quod est propositum est species.

14 XLIII. Quod attribuitur multis specie differentib. est genus.

15 Aduersus eos qui non admittunt superius axioma. quia differentiã quoque aiũt attribui multis specie differentib. in quæstione quid est. addendum est aliquid quo differentia seiungatur à genere, vt concludatur esse potius genus quam differentiam Nam genus primo de plurib. dicitur, quam differentia secundo aptius respondetur ad quæstionem quid est, cum differẽtia significet qualitatem generis genus autem nõ significat qualitatem differentia.

16 XLIV. Si concretum sit

bulans, propterea quod ambulat, mouetur: ambulatio est motio quædam: hoc *igitur* modo considerandum est, in quo quis velit genere aliquid collocare. vt si *quis probare velit* scientiam *esse* id quod fidem, *videndum est*, an sciens, qua scit credat. *sic* enim manifestum *fiet*, scientiam esse fidem quandam. Eodem modo *fieri debet* in aliis eiusmodi.

concreti genus, etiam abstracti est abstracti genus.

17 Præterea, quoniam quod alicui semper consequens est, nec reciprocatur, difficile *est* separare *à genere, & ostendere* non esse genus: si hoc illi omni consequens sit, illud autem huic non omni: (vt tranquillitati quies, & numero diuiduum: non contra; quia non omne diuiduum *est* numerus, nec omnis quies *est* tranquillitas) ipse quidem *disputans* vti *hoc loco debet*. quasi genus sit id quod semper est consequens, cum alterum non reciprocetur.

17 XLV. Quod alicui semper est consequens, nec reciprocatur, eius genus est.

18 Alio vero *hoc argumentum* proponente non in omnibus admitti debet, sed obiicere, id quod non est, ei omni quod fit, consequens esse, (quod enim fit, non est) nec reciprocari. (non enim quicquid non est, fit) attamen non esse genus id quod non est, eius quod fit, simpliciter enim eius quod non est, non sunt species.

18 Exceptio.

19 De genere igitur exposita methodo disserendum *est*.

19 Epilogus.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER V.

IVL. PACIO interprete.

De proprio, & problemate proprij.

Tractatus I.

CAP. I.

CAP. I.

1 Scopus huius libri.

VTRVM autem proprium sit, necne, id quod est propositum, ex his *locis quos deinceps exponemus*, considerandum est.

2 Proprii diuisio.

2 Proponitur autem proprium vel per se & semper, vel per comparationem cum altero, & interdum vt hominis *proprium est* per se, animal natura mansuetum. *Per comparationem* vero cum altero, vt animæ cum corpore: quoniam illa iubendi, hoc parendi vim habet. Semper autem: vt Dei *proprium est* animal immortale. Interdum autem: vt cuiusdam hominis, deambulare in gymnasio.

3 Propriū quod in comparatione spectatur, modo efficit duo problemata modo quatuor.

3 Proprium autem, quod comparatione alterius explicatur, vel efficit duo problemata, vel quatuor. Nam si de vno affirmauerit, de altero negauerit id ipsum, duo tantum problemata fiunt: vt hominis per collationem cum equo proprium *est* esse bipedem. nam & hominem non bipedem esse,

argumentando concludere quiſpiam poſſit, & equum *eſſe* bipedem. vtroque autem modo propriũ tolli poteſt. Si vero vtrumque de vtroque affirmauerit, & de vtroque negauerit: quatuor problemata erunt. vt hominis proprium *eſt* per collationem cum equo, quod ille eſt bipes, hic quadrupes. nam & hominẽ non bipedẽ eſſe, & natura comparatum eſſe vt quadrupes ſit, argumentando probare licebit. necnon equum *eſſe* bipedem, & non *eſſe* quadrupedem, argumentando concludi poterit. Quouis autem modo probatum fuerit, propoſitum euertitur. 4 Eſt autem per ſe proprium, quod per comparationem cum omnibus affertur, & ab omni re ſeiungit: vt hominis, animal mortale, & diſciplinæ capax. Alterius cõparatione *proprium eſt*, quod non ab omni re, ſed à certa quadam diſtinguit. vt virtutis *proprium eſt*, per comparationem cum ſcientia, quod natura comparatum ſit, illa gignatur in pluribus. hæc vero in ſola rationali *facultate*, & iis quæ rationali *facultate* prædita ſunt.

4 Definit ſingula membra diuiſionis tradita in part. 2.

Semper *proprium eſt*, quod per omne tempus vere attribuitur, nec vmquam amittitur. vt animalis *proprium eſt*, ex anima & corpore compoſitum *eſſe*. Interdum *proprium eſt*, quod ad aliquod tempus vere attribuitur, nec ex neceſſitate ſemper eſt conſequens, vt cuiuſdam hominis *proprium eſt* in foro deambulare.

5 Iam vero alterius comparatione proprium explicare, *nihil aliud* eſt, *quam* differentiam dicere vel in omnibus & ſemper, vel plerumque & in plurimis. Exempli gratia, in omnibus & ſemper: vt hominis cum equo comparati *proprium eſt*, eſſe bipedẽ. homo nãque & omnis & ſemper eſt bipes: at equus nullus vmquam eſt bipes. Plerumque autem & in

5 Proprii comparati duo ſunt genera: aut enim in omnib. & ſemper obtinet, aut in plurimis & plerumque.

plurimis: vt *facultatis* rationalis proprium *est* imperare, per comparationem cum concupiscibili, & irascibili: quoniam altera imperat, altera vero obtemperat. Neque enim rationalis semper imperat, sed interdum etiam paret: neque concupiscibilis & irascibilis semper parent, sed & interdum imperāt, *nempe* cum anima hominis praua est.

6 Excludit à præsenti consideratione id quod est aliquando proprium tāquam minime dialecticum.

6 Propriorum autem ea sunt maxime logica, quæ sunt per se & semper, & quæ in collatione cum altero *cōsistunt*. Quod enim per comparationem cum altero proprium est, plura problemata efficit, vt & antea diximus. vel enim duo, vel quatuor problemata, necessario fiunt: multæ igitur rationes ad hæc *pertinentes* fiunt. Quod vero est per se & semper, ratione multarum rerum in argumentationē venit, & in multis temporibus obseruari potest. quod (*inquam*) est per se, ratione multarum rerum *in argumentationem venit*: quia per comparationem cum quibusque rebus opus est vt proprium ipsi subiecto insit, quare nisi ab omnibus separat, non est scite explicatum proprium. Quod vero semper *proprium esse dicitur*, multis temporibus obseruare *licet*: & siue non insit, siue non inerat, siue non inerit, non erit proprium. Quod autem *est* aliquando *proprium*, non in aliis quam in præsenti tempore spectamus. non sunt igitur multæ rationes quæ ad ipsum pertineāt. Illud autem est problema logicum, de quo crebræ & scitæ rationes efficiuntur.

7 Refert proprium quod in comparatione cernitur, ad problema accidentis: ac quærendos proponit locos eius proprii quod est per se & semper.

7 Quod igitur alterius comparatione proprium vocatur, ex locis accidentis considerandum est *nempe* an alii quidem accidat, alii vero non *accidat*. De iis autem quæ *sunt* semper & per se, ex his locis, *quos deinceps exponemus*, videndum *est*.

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVÆSTIONEM, VTRVM BENE, an male proprium expoſitum ſit.

Tractatus II.

Cap. II.

Cap. II.

1 Sequũtur loci, quib. quæritur, an propriũ ſit recte explicatum necne.

2 Proprium per notiora explicari debet, non per ignotiora.

3 Proprii explicatio per notiora duob. modis eſſe debet. Primo propriũ debet eſſe notius ſubiecto cuius eſt proprium.

AC primum *videndum eſt*: vtrum recte ſit explicatum proprium, an non recte. 2 Huius autem *quæſtionis*, *vtrum ſit* recte an non recte *explicatum*, primus *locus* eſt, ſi non per notiora, vel per notiora ponatur proprium. & confirmatur quidẽ *propriũ*, ſi per notiora *poſitum eſſe oſtendatur*: euertitur autem, ſi per ignotiora. 3 *Sunt autem duo modi, quibus* nõ per notiora *poſitũ eſſe dicitur*. Vnus *modus* eſt, ſi omnino proprium, quod *aliquis* propoſuit, eo ſit ignotius, cuius proprium *eſſe* dixit. nõ recte enim poſitum erit proprium: quandoquidẽ cognitionis cauſa proprium facimus. nã diſcendi cauſa & proprium & definitiones cõficimus. Per notiora igitur explicãdum *eſt proprium*. ſic enim melius intelligere licebit. Exempli gratia, quoniam is qui poſuit ignis proprium eſſe ſimillimum animæ, vſus eſt anima quæ eſt ignotior igne: (magis enim ſcimus, quid ſit ignis, quam *quid ſit* anima) *idcirco* ſimillimum *eſſe* animæ, non recte poſitum *eſt quaſi* propriũ ignis.

4 Secundo notior eſſe debet inhærentia proprii ſubiecto.

4 Alius *modus eſt*, ſi non ſit notius, hoc illi ineſſe. non ſolum enim oportet *proprium* eſſe notius re, ſed etiam notius eſſe quod illi inſit. Nam qui neſcit, an illi inſit: ne quidem an ei ſoli inſit, cognoſcet. Quare vtrumuis horum contigerit, proprium

sit obscurum. Veluti quoniã is qui proprium ignis posuit, id in quo primo vt sit anima, natura comparatum est, eo vsus est quod *est* ignotius igne, *nempe* si in eo inest anima, & si in eo primo inest: *idcirco* id in quo primo vt anima sit, natura comparatum est, non recte positum est *quasi* ignis proprium. Confirmatur autem, si per notiora ponatur proprium, & quidem notiora vtroque modo. *sic* enim, quod ad hoc recte positum erit proprium. (eorum enim locorum, qui ad confirmandum *aliquid* recte *positum esse* valent, alii quod ad hoc tantum, alii simpliciter ostendent recte *positum esse*) veluti quoniam is qui dixit proprium *esse* animalis, habere sensum, ex notioribus, & notius vtroque modo proprium tradidit: recte, quantum ad hoc, traditum est proprium animalis, habere sensum.

5 II Homonymia & amphibolia debet abesse à proprio.

5 Deinde refellitur, si nomen aliquod ex iis quæ in proprio posita sunt, multis modis dicatur, vel omnino oratio multa significet. sic enim proprium non recte positum erit. veluti quia sentire, multa significat, id est, sensum habere, & sensu vti: certe natura aptum ad sentiendum, non recte ponetur esse animalis proprium. Idcirco nomine oratione ve proprium significante, quod quæ ve multis modis dicatur, non est vtendum: quia quod multis modis dicitur, obscurum dictum facit: cum dubitet is qui argumentaturus est, vtrum tandem *alter* dicat ex iis quæ multipliciter dicuntur. propriũ enim, dicendi causa proponitur. Præterea necesse est elenchum quendam fieri aduersus eos qui ita proprium explicant, quando aliquis in ea significatione in qua secus est, conficit syllogismum de eo quod dicitur multis modis. Confirmatur autẽ *proprium*, si nec vllum nomẽ, nec tota ratio plura

ſignificet. proprium enim, quantum ad hoc, recte poſitum erit. veluti quia neque corpus multa declarat, neque quod facillime ſurſum fertur, neque totum id quod ex his componitur: certe corpus quod facillime ſurſũ fertur, recte quãtum ad hoc, poſitum erit ignis proprium.

6 Præterea refellitur, ſi multis modis dicatur, id cuius proprium traditum eſt, neque definitum ſit cuius eorum ponatur proprium. ſic enim proprium non erit recte traditum. quas autem ob cauſas, non obſcurum eſt ex ſupradictis: quoniam eadem contingere neceſſe eſt. veluti quoniam ſcire hoc, multa ſignificat; nempe id ſcientiam habere, vel id ſcientia vti, vel eius ſcientiam eſſe, vel eius ſcientia vti: non recte vllum proprium tradetur ſciendi hoc, niſi definitum fuerit cuius eorum ponatur proprium. Confirmatur autem, ſi non dicatur multis modis id cuius proprium ponitur, ſed ſit vnum & ſimplex, recte enim, quantum ad hoc, poſitum erit propriũ. veluti quoniam homo dicitur ſimpliciter: recte hominis *proprium eſſe* ponetur, animal natura manſuetum. *6 Subiectum proprii non debet eſſe multiplex, ſed vnum ſignificare.*

7 Præterea refellitur, ſi ſæpius idem in proprio dictum ſit. ſæpe enim hoc faciunt non intelligentes ſe id facere, tam in propriis, quam in definitionibus. ſed eiuſmodi proprium non recte poſitum erit. cõturbat enim auditorem, quod ſæpe repetitum eſt. neceſſe eſt igitur, vt obſcurum fiat; & præterea nugari videtur. Duobus autẽ modis accidit, vt idẽ ſepe dicatur vno modo, cũ *quis* ſæpe idẽ nominabit: veluti ſi quis tradiderit propriũ ignis, corpus tenuiſſimum corporum: hic enim ſæpius dixit corpus. altero, ſi quis accipiat definitiones pro nominibus: veluti ſi quis tradiderit proprium terræ, *eſſe* *7 III. In proprio vitãda eſt tautologia.*

substantiam quæ maxime inter corpora deorsum fertur: deinde pro *verbo* corpora, accipiat substantias tales. vnum enim & idem est, corpus & substantia talis. itaque sæpius vsus est verbo substantia. Quare neutrum proprium recte positum est. Confirmatur autem, si nullo eodem nomine sæpe vtatur. erit enim, quod ad hoc, proprium recte traditum. Veluti quoniam is qui dixit, hominis proprium *esse* animal scientiæ capax, non est vsus eodem nomine sæpius: erit, quod ad hoc, recte traditum hominis proprium.

8 IV. Transcendentia à propriis exulant.

8 Præterea refellitur, si in proprio explicando tale quoddam nomen adhibuerit, quod omnibus insit. inutile enim erit quod à nullis rebus separat. quod vero in propriis *explicandis* dicitur, parare debet, vt & ea quæ *sunt* in definitionibus. non recte igitur positum erit proprium. veluti quoniam is qui scientiæ proprium posuit existimationem, quæ ratione mutari nequit, cum vna sit, eiusmodi aliquo quod omnibus inest, *nempe* vno, vsus est in proprio *explicando*: non recte positum est scientiæ proprium. Confirmatur autem, si nullo communi *verbo* vsus sit, sed eo *tantum* quod ab aliqua re separat. erit enim proprium, quantum ad hoc, recte positum. veluti, quoniam is qui dixit animalis proprium *esse*, animam habere, nullo communi *verbo* vsus est: erit, quantum ad hoc, recte positum animalis proprium, animam habere.

9 V. Plura propria non sunt accipienda pro vno.

9 Præterea refellitur, si *quis* plura propria eiusdem rei tradiderit, non explicans se plura ponere. non recte enim positum erit proprium. vt enim in definitionibus non oportet præter sermonẽ quo essentia declaratur, aliquid amplius addere: sic in

propriis, præter ſermonẽ quo efficitur proprium, id quod dictum eſt, nihil adiungi debet. quod enim eſt eiuſmodi, inutile eſt. veluti quoniam is qui dixit proprium ignis *eſſe* corpus tenuiſſimum & leuiſſimum, plura propria tradidit: vtrumque enim de ſolo igne vere dicitur: non recte poſitum eſt ignis proprium *eſſe* corpus tenuiſſimum & leuiſſimum. Confirmatur autem, ſi non plura eiuſdem *rei* propria tradidit, ſed vnum, erit enim quantum ad hoc, recte poſitum proprium. veluti, quoniam is qui dixit humoris proprium *eſſe*, corpus quod in omnem formam ducitur, vnum proprium tradidit, non plura erit quod ad hoc, recte poſitum humoris proprium.

Alii loci. CAP. III.

VI Subiectū, vel ſpecies ſubiecti non debet poni in proprio explicando.

PRæterea reprehenditur, ſi eo vtatur, cuius proprium tradit, aut eorum aliquo quæ ei *ſubiecta ſunt*, nõ recte enim poſitum erit proprium: quia diſcendi cauſa proprium traditur. idem igitur æque eſt ignotum atque ipſummet: quod vero *eſt* alicui *ſubiectum*, eo *eſt* poſterius. proinde non eſt notius. quare per hæc non fit vt aliquid magis diſcatur. Veluti quoniam is qui dixit animalis proprium *eſſe* ſubſtantiam, cuius ſpecies eſt homo, vſus eſt aliquo eorum quæ animali *ſubiecta ſunt*: non recte poſitum eſt proprium. Confirmatur autem, ſi nec eo *cuius proprium explicat*, nec aliquo eorum quæ ei *ſubiecta ſunt*, vtatur. erit enim, quantum ad hoc, recte poſitum proprium. veluti quoniam is qui poſuit animalis proprium *eſſe*, ex anima & corpore conſtare, nec ipſo *animali* vſus eſt, nec aliquo eorum quæ ei *ſubiecta ſunt*: *idcirco* recte, quantum ad hoc, traditum erit animalis proprium.

2 *Quod est natur. simul, vt oppositum, vel posterius, non debet poni in proprio explicando.*

2 Eodem modo considerandum est in aliis quæ non faciunt, vel *quæ* faciunt notius: ita vt reprehēdatur, si quo vsus sit vel opposito, vel omnino *quod est* simul natura, vel posteriori aliquo. *sic* enim non recte positum erit proprium. nam oppositum simul natura *est*: quod autem *est* simul natura, & quod *est* posterius, non facit rem notiorem. veluti quoniam is qui dixit boni proprium *esse*, quod malo maxime opponitur, vsus est eo quod bono opponitur, non erit boni proprium recte traditum. Confirmatur autem, si nulla re vsus sit, neque opposita, nec omnino *quæ sit* simul natura, nec posteriori. erit enim, quod ad hoc, recte traditum proprium. veluti quoniam is qui scientiæ proprium posuit existimationem quæ maxime fidem facit, nulla re vsus est. nec opposita, nec omnino *quæ sit* simul natura, nec posteriori erit. quod ad hoc, recte positum scientiæ proprium.

3 VII *Quod non est semper consequens, male ponitur esse proprium.*

3 Præterea refellitur, si quod non semper est consequens, proprium tradidit, sed id quod interdum fit non proprium. *sic* enim proprium non recte expositum erit: quia neque in quo intelligimus ipsum inesse, de eo etiam nomen necessario vere dicitur: nec in quo intelligitur non inesse, de eo nomen necessario non dicetur. quare proprium non recte positum erit. Præterea nec quando proprium tradidit, perspicuum erit an insit: siquidem tale est, vt abesse possit. itaque proprium *hoc* non erit perspicuum. Veluti quoniam qui animalis proprium posuit moueri interdum vel stare, eiusmodi proprium tradidit quod fit aliquando non proprium: non recte erit positum proprium. Confirmatur autem, si quod necessario semper est, proprium statuit. erit enim recte positum

positum proprium quod ad hunc *locum* attinet, veluti qui virtutis proprium posuit: quod habentem efficit probum, quia quod semper consequens est, proprium statuit: erit, quantum ad hoc, recte traditum virtutis proprium.

4 Praeterea reprehenditur, si *quis* quod nunc proprium *est*, tradens, non declarat, *se* id quod nunc proprium *est*, tradere: quia non erit recte positum proprium. Primum enim quicquid praeter morem fit, declaratione indiget: plerumque autem omnes consueuerunt, quod semper consequens est, proprium tradere. Praeterea incertum est, an is qui non declarauit, quod nunc proprium est, ponere voluerit. non igitur danda est reprehensionis causa. Veluti, qui cuiusdam hominis proprium ponit, sedere cum quodam homine, quia quod nunc est proprium ponit: non recte proprium tradidit, nisi declarat se quod nunc *est proprium tradere*. *4 Quod nunc est proprium, non debet simpliciter dici proprium, sed propriũ nunc.*

Confirmatur autem, si *quis* quod nunc proprium est, tradens declarauerit se quod nunc est proprium ponere: erit enim proprium, quantum ad hoc, recte positum. Veluti quoniam is qui dixit alicuius hominis *esse* proprium, deambulare nunc aliquo in loco, distinctione adhibita hoc posuit: recte erit positum proprium.

5 Praeterea refellitur, si eiusmodi proprium tradidit, quod non aliter cognoscitur inesse, quam sensu, non enim erit recte positum proprium. omne enim sensibile, si extra sensum constituatur, incertum fit: quoniam ignoratur, an adhuc insit, propterea quod sensu tantum cognoscitur. Hoc autem verum erit in iis quae non necessario semper consequuntur. veluti qui solis proprium posuit astrum quod supra terram fertur, splendidissimum: quo- *5 VIII. Sensibile absit à proprio.*

niam in proprio *explicando* illud adhibuit, *id est*, supra terram ferri, quod sensu cognoscitur: non recte erit solis proprium traditum. incertum enim erit, cum sol occiderit an feratur supra terram: quia tunc sensus nos deficit. Confirmatur autem, si tale proprium tradidit, quod non sensu manifestum sit: vel quod, cum sub sensum cadat, necessario inesse constet. erit enim, quod ad hoc, recte positum proprium. veluti, quoniam is qui superficiei proprium posuit, quod primum coloratur, sensibile quiddam adhibuit, *nempe* colorari, sed eiusmodi, quod perspicuum est semper inesse: erit, quod ad hoc, recte traditum superficiei proprium.

6 IX. Definitio non debet tradi quasi proprium.

6 Praeterea reprehenditur, si definitionem quasi proprium tradiderit. non enim recte positum erit proprium: quia proprium declarare quidditatem non debet. veluti qui hominis proprium esse dixit animal, pedestre bipes; quoniam id quod quidditatem significat, hominis proprium esse statuit: non erit hominis proprium recte traditum.

Confirmatur autem, si tradidit proprium quod reciprocatur, nec declarat quidditatem. erit enim proprium, quantum ad hoc, recte traditum. veluti quoniam is qui proprium hominis *esse* posuit animal natura mansuetum, tradidit proprium, quod reciprocatur, nec declarat hominis quidditatem: erit quantum ad hoc, recte traditum proprium hominis.

7 X. In propria explicando non debet omitti genus.

7 Praeterea reprehenditur, si in proprio explicando non posuit quid res sit. oportet enim, vt in definitionibus, ita in propriis primum tradi genus, deinde reliqua adiungi, & *rem propositam ab aliis* separari. quare proprium, quod hoc modo positum non est, non recte est traditum, veluti qui dixit animalis proprium *esse* animam habere, quia

non posuit quid animal sit: non recte positum erit animalis proprium. Confirmatur autem si quis, cũ posuerit, quid sit, *id* cuius proprium tradit, reliqua *deinde* adiungat, erit enim proprium, quod ad hoc recte traditum. veluti qui posuit hominis proprium *esse* animal scientiæ capax, quoniam ponens quid sit *homo*, *eius* proprium tradidit: erit quod ad hoc, recte positum proprium hominis. Vtrum igitur recte, an non recte traditum *sit* proprium, ex his considerandum *est*. 8 *Epilogus.*

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVÆSTIONEM, AN SIT proprium necne.

Tractatus III.

Varii loci. CAP. IV. — CAP. III.

VTrum autem proprium sit omnino *id* quod dictum est, an non proprium, ex his videndum *est*. nam qui simpliciter confirmant proprium recte positum esse, iidem loci erunt atque ii qui proprium omnino efficiunt: proinde in illis dicentur. 2 Primum igitur in confirmatione respicere *oportet* ad singula sub eo contenta cuius proprium *aliquis* tradidit: veluti an nulli *eorum* insit, vel non ratione huius vere dicatur, vel nõ sit vniuscuiusque eorum proprium, ratione eius cuius proprium *ille* tradidit. *sic* enim propriũ non erit id quod positum est esse proprium. veluti, quia de geometra non vere dicitur, eum ratione falli non posse, quandoquidem fallitur geometra, dum falsam

1 Sequuntur loci quib quæritur, an sit proprium necne.

2 I. Proprium inest singulis sub re contentis

descriptionem adhibet: non potest hoc esse scientis proprium, non falli ratione. Confirmatur autem, si de omni vere dicitur & ratione huius vere dicitur. *quod* enim positum *est* non esse proprium, erit proprium. veluti, quoniam animal scientiæ capax de omni homine vere dicitur, & qua homo *est*: certe hominis proprium est animal scientiæ capax.

Est autem hic locus in refutatione, si de quo nomen, non etiam oratio vere dicitur: & si de quo oratio, non etiam nomen. in confirmatione autem, si de quo nomen, etiam oratio vere dicitur: & si *ci* cui oratio, etiam nomen attribuitur.

5 Res & rei propr aut reciprocantur.

3 Præterea refellitur, si de quo oratio, non etiam nomen vere dicitur: & si de quo nomen, non etiam oratio. quod enim positum est esse proprium, non erit proprium. veluti quoniam animal scientiæ capax, vere dicitur de Deo, homo autem Deo non attribuitur: non potest esse hominis proprium, animal scientiæ capax. Confirmatur autem, si de quo oratio, *de eo* nomen quoque dicitur: & si de quo nomen, etiam oratio. quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti quia de quo animam habere, *de eo etiam* animal vere dicitur: & de quo animal, *de eo etiam* habere animam: certe habere animam est animalis proprium.

4 III. Subiectum non est proprium eius quod in ipse inest.

4 Præterea reprehenditur, si subiectum *quasi* proprium eius tradidit, quod dicitur *esse* in subiecto. quod enim positum est proprium, non erit proprium. veluti qui tradidit proprium corporis subtilissimis partibus constantis *esse* ignem, quia subiectum tradidit *quasi* attributi proprium: certe ignis non erit proprium corporis subtilissimis partibus constantis. Idcirco autem subiectum non erit proprium eius quod dicitur *esse* in subiecto: quia idem

eſſet plurium & differentium ſpecie proprium: quando quidem eidem *ſubiecto* plura quædam ſpecie differentia inſunt, quæ de eo ſolo dicuntur: quorum omnium proprium erit illud ſubiectum, ſi quis ita proprium ponat. Confirmatur autem, ſi id quod eſt in ſubiecto, ſtatuit eſſe proprium ſubiecti. quod enim poſitum eſt non eſſe proprium, erit proprium, dummodo ei ſoli attribuatur, cuius dictum eſt *eſſe* proprium. veluti qui dixit terræ proprium eſſe corpus grauiſſimum ſpecie, quia ſubiecti proprium tradidit, quod de ſola ea re dicitur & vt proprium attribuitur: ideo terræ proprium recte poſitum eſt.

5 Præterea reprehenditur, ſi per participationem tradidit proprium. Quod enim poſitum eſt eſſe proprium, non erit proprium. Quod enim per participationem ineſt, ad rei quidditatem pertinet: quod autem eſt eiuſmodi, differentia quædam eſt, quæ de ſpecie dicitur. veluti quoniam is qui dixit, hominis proprium eſſe pedeſtre bipes, per participationem tradidit proprium: certe pedeſtre bipes, non erit hominis proprium. *5 IV. Res non eſt particeps proprii.*

Confirmatur autem, ſi non per participationem tradidit propriũ, nec quod rei quidditatem declarat, cum res ei viciſſim attribuatur. erit enim proprium quod poſitum eſt non eſſe proprium. veluti quoniam is qui poſuit animalis proprium, naturalem vim habere ſentiendi, nec per participationem tradidit proprium, nec quod rei quidditatem declarat, cum res de eo viciſſim dicatur: certe erit animalis proprium, naturalem vim habere ſentiendi. 6 Deinde refellitur, ſi non contingit ſimul ineſſe proprium, ſed vel poſterius, vel prius *eſt*, quam *id* cuius eſt nomen. quod enim *6 V. Res & rei proprium ſimul ſunt.*

positum est esse proprium, aut numquam aut non semper erit proprium. veluti quoniam accidit, vt cuipiam & prius & posterius insit deambulatio in foro, quam homo sit: certe deambulare in foro aut numquam, aut non semper erit proprium hominis.

Confirmatur autem, si simul necessario semper est, cum neque sit definitio, neque differentia. quod enim positum est non esse proprium, erit propriū. veluti quoniam animal scientiæ capax, necessario semper est vna cum homine, cum nec sit differentia, nec definitio, certe animal scientiæ capax, erit hominis proprium.

7 VI. Earundē rerum, quatenus eadem sunt, idem est proprium.

7 Deinde refellitur, si earundem rerum, qua sunt eædem, non sit idem proprium. quod enim positū est esse proprium, non erit proprium. vt quia eius quod est persequendum, non est proprium, videri quibusdam bonum: ne eius quidem quod est eligendum, proprium erit videri quibusdam bonum. quod enim est persequendum, & quod eligendum, idē sunt. Confirmatur autem, si eiusdem rei, qua est eadem, *est* idem proprium. quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti quoniam hominis qua homo est, proprium dicitur, tripertitam animam habere: etiam mortalis qua est mortalis, proprium erit, habere animam tripertitam. *Est* autem vtilis hic locus etiam in accidente. iisdē enim rebus, qua eædem sunt, eadem inesse oportet, aut non inesse.

8 VII. Eorum quæ sunt eiusdem speciei proprium est idem specie.

8 Deinde refellitur, si eorum quæ *sunt* eiusdem speciei, non semper specie idem est proprium: quia nec rei propositæ id erit propriū, quod positum est esse proprium. veluti quia eiusdem speciei sunt homo & equus: non semper autem equi proprium est à se stare: ne hominis quidem propriū semper erit à se moueri. idem namque specie sunt

moueri & stare à semetipso: quoniam vtrique eorũ qua est animal, accidunt. Confirmatur autem, si eorum quæ sunt eiusdem speciei, idem semper specie proprium *est*. quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti, qua hominis est proprium, esse pedestre bipes: etiam auis proprium erit, esse alatum bipes. horum enim vtrumque est idem specie: qua alia sunt vt species sub eodem genere, *nempe* sub animali: alia vt *eius* generis, *id est* animalis differentiæ.

Hic autem locus falsus est, quando alterum eorum quæ dicta sunt, vni tantum speciei inest: alterum vero multis, vt pedestre quadrupes.

9 Quoniam autem idem & diuersum multis modis dicuntur: difficile est, si quis *hæc* sophistice accipiat, vnius & solius alicuius rei proprium afferre. quod enim inest alicui, cui quidpiam accidit, etiam accidenti illi inerit sumpto *vna* cum eo cui accidit. veluti, quod inest homini, etiam albo homini inerit, si sit albus homo: & quod albo homini inest, etiam homini inerit. Calumniari autem aliquis potest huiuscemodi propria, si cõstituat aliud esse subiectum per se, aliud cum accidente: verbi gratia, si dicat aliud esse hominem, aliud esse album hominem.

9. VIII Quod inest soli subiecto, inest etiam subiecto sumpto cũ accidente & contra quod inest subiecto sumpto cum accidente, inest etiam subiecto soli. Hinc sumitur argumentum calumniosum contra propriũ.

* Præterea, si constituat aliud esse habitum, & id quod ex habitu nominatur. quod enim in habitu inest, in eo quoque inerit quod ex habitu nominatur. & quod in eo quod ex habitu nominatur inest, etiam in habitu inerit. veluti, quia sciens secũdum scientiam dicitur esse affectus: non erit scientiæ proprium, ratione mutari non posse, quia & sciens ratione mutari nequit. † In confirmatione autem dicendum *est*, non esse aliud simpliciter, id cui accidit, & accidens sumptum cum eo cui accidit: sed

** Quod inest concreto, inest etiã abstracto, & contra. Hinc etiã calumniose arguitur cõtra proprium.*

† Subiectum simpliciter sumptum, & subiectum cum accidente, re idem

sunt, licet ratione differant. Hinc defenditur proprium, aduersus priorē calumniam.

ob eam causam aliud dici, quia diuersa est eorum essentia. non enim idem est, hominem esse hominem, & album hominem esse hominem album.

† *Proprium concreti & propriū abstracti diuersimodè concipiuntur. Hinc defenditur proprium aduersus posteriorem calumniam.*

† Præterea aspectandi sunt casus, dicendumque nec scientem esse quod ratione mutari non potest, sed qui mutari non potest ratione: nec scientiam, quod ratione mutari nequit, sed quę mutari nequit ratione. Nam ei qui omni modo obiicit, omni modo occurrendum *est*.

Alii loci. CAP. V.

1 IX. Quod natura inest, sic poni debet, quasi natura insit, non quasi semper insit.

DEinde refellitur, si volens id tradere quod natura inest, eiusmodi oratione id ponat, vt significet id quod semper inest. sic enim videbitur tolli, quod positum est esse proprium. vt quoniam is qui dixit bipes hominis esse proprium, vult quidem id tradere, quod natura inest, sed oratione significet, quod semper inest: certe bipes non erit hominis proprium: siquidē non omnis homo habet duos pedes. Confirmatur autem, si velit proprium quod natura inest, tradere, & oratione hunc modū significet. non enim per hunc locum tolletur proprium. veluti, quoniam is qui proprium hominis tradidit, animal scientiæ capax, & tradere vult & oratione significat proprium quod natura inest: non tolletur hac ratione, quasi non sit proprium hominis animal scientiæ capax.

2 X. Quod alicui primo inest, iis quoque inest, quæ per illud primum sunt: & contra quod iis inest, etiam primo inest. Hinc argumentum sumitur contra proprium.

2 Præterea, quæ dicuntur per aliud primum, vel vt ipsum primum, difficile est eorum proprium tradere. si enim proprium tradas eius quod est per aliud, etiam de primo vere dicetur. at si primi *propriū* ponas, ei quoq; attribuetur, quod *est* per aliud. veluti si quis superficiei propriū statuat coloratum

esse, etiam de corpore vere dicetur esse coloratum. at si corpori, etiã superficiei vere attribuetur. Quocirca de quo oratio, non etiam nomen vere dicitur.

3 Accidit autem in quibusdam propriis peccatum quoddam admitti, propterea quod non definiunt, quomodo & quorum proprium ponant.

3 XI Qui proprium tradit, explicare debet quomodo & quorum sit proprium.

4 Omnes enim proprium tradere nituntur, vel quod natura inest, vt hominis *esse* bipedẽ: vel quod inest, vt cuiusdam hominis, habere quatuor digitos: vel specie, vt ignis, tenuissimis partibus constare: vel simpliciter, vt animalis, viuere: vel per aliud, vt animæ, prudentia esse præditum: vel vt primum, vt rationalis *facultatis*, prudentia esse præditum: vel quia habet, vt scientis, ratione dissuaderi non posse: (nihil enim aliud erit ratione dissuaderi non posse, quam aliquid habere) vel quia habetur, vt scientiæ, ratione mutari non posse: vel quia communicatur, vt animalis, sentire: (sentit enim & aliud quidpiam vt homo: sed cum sit huius particeps, sentit) vel quia est particeps, vt cuiusdam animalis, viuere.

4 Explicat varios modos, quibus proprium accipitur.

5 Qui igitur non adiunxit *hoc verbum* NATVRA, peccat: quia contingit, vt quod natura inest, non insit ei, cui natura inest: vt homini duos pedes habere.

5 Hic peccatur varijs modis in proprio explicando. Primo si id quod natura inest, simpliciter ponatur inesse

6 Qui vero non exposuit se tradere quod inest, *ideo peccat*, quia res *quandoque* non erit talis, qualis nunc est, vt hominem habere quatuor digitos.

6 Secundo si quis non exponat se tradere proprium quod inest.

7 *Peccat etiam* qui non declarat se ponere vt primũ, vel vt per aliud: quia de quo oratio, non etiam nomen vere dicitur: vt coloratum esse, siue superficiei, siue corporis proprium esse statuatur. 8 Qui vero non prædixit, se, vel quia res habet, vel quia habetur, propriũ tradere: *ideo peccat*, quia quod traditum est, non erit proprium. nam si proprium tribuat ei

7 Tertio si quis non declarat se ponere vt primum, vel vt per aliud.

8 Quarto si nõ prædicat se vel quia res habet, vel quia habetur proprium tradere.

quod habetur, inerit etiã habenti. sin autem *tribuat* habẽti, *inerit* etiã ei quod habetur: vt ratione immutabile esse siue scientiæ, siue scientis proprium ponatur. 9 Qui vero ante non significat *se proprium dare*, quia res est particeps, vel quia communicatur, *ideo peccat*, quia & quibusdam aliis proprium inerit. si enim propriũ tradiderit, quia communicatur, *inerit etiam* iis quæ participant. sin quia est particeps, *inerit etiã* iis quæ communicantur. veluti si viuere ponatur *esse* proprium cuiusdam animalis vel animalis.

9 Qui non significat non explicet esse proprium, quia res est particeps, vel quia communicatur.

10 *Peccat etiam* qui non distincte explicat *se dare proprium* specie: quoniam inerit vni tantum ex iis quæ sub eo *collocãtur*, cuius proprium ponit. quod enim in exuperantia *consistit*, vni tãtum inest. vt *si* ignis *propriũ statuatur esse* leuissimum. 11 Interdum autem & qui adiunxit *verbum* illud Specie, peccauit. oportebit enim vnam esse speciem eorum quæ dicta sunt *proprium recipere*, cũ *verbum* illud Specie adiunctũ erit. hoc autem in quibusdam non contingit: quemadmodum nec in igne: quia non est vna species ignis: quandoquidem specie differunt pruna, & flamma, & lux, quorum vnumquodque est ignis. Idcirco autem non oportet, cum ver*bum illud* Specie adiunctum fuerit, aliam esse speciem eius quod dictũ est *suscipere proprium*: quia dictum proprium aliis magis, aliis minus inerit. quale est subtilissimis partibus constare, *si propriũ* ignis ponatur. subtilioribus enim partib. constat lux, quam pruna, & flamma. Quod fieri non oportet, nisi & nomen ei magis attribuatur, de quo oratio verius dicitur. alioquin non erit *verum*, de quo oratio magis *dicatur* de eo etiam nomen magis *dici*. Præterea accidet idẽ esse proprium eius quod simpliciter *tale est*, & eius quod maxime est in simpliciter tali. quomodo, si in igne *specta-*

10 Sexto si non explicet se tradere propr.um specie, cum id explicandũ sit.

11 Septimo si tradatur propriũ specie cum subiectum propriũ datur in multas species.

tur, se habet *hoc proprium*, tenuissimis constare partibus. nam hoc ipsum & lucis, & ignis simpliciter proprium erit: tenuissimis enim partibus lux constat. 12 Si igitur alius ita proprium tradiderit, argumētandum *est*. Is vero *qui proprium explicat*, nō debet huic obiectioni *locum* dare, sed statim dum ponit proprium, definire, quomodo proprium ponat.

12 *Epilogus.*

13 Deinde refellitur, si quid sui ipsius proprium posuit, non enim erit *id* proprium quod positum est esse proprium. quicquid enim est idem atque res quæpiam, *eius* essentiam declarat: quod verò essentiam declarat, non est proprium, sed definitio. veluti quoniam is qui dixit decorum esse honesti proprium, idem sui ipsius proprium statuit: (idem enim est honestum & decorum) certe decorum honesti proprium non erit. Confirmatur autem, si non idem sui ipsius proprium statuit, id tamen posuit quod vicissim attribuitur *& reciprocatur*, quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti quoniam is qui posuit animalis proprium *esse hoc*, Substantia animata, non idem sui ipsius proprium *esse* posuit, id tamen tradidit quod vicissim attribuitur; certe substantia animata erit proprium animalis. 14 Deinde in iis quæ ex similibus partib. cōstant, *hæc* sunt cōsideranda. Refellenti *videndum est*, an totius propriū non vere dicatur de parte, vel an partis propriū non dicatur de toto. *sic* enim proprium non erit, quod positum est esse proprium. Hoc autem in quibusdam fieri contingit. nam eorum quæ ex similibus partibus constant, proprium tradere aliquis possit, modo ad totum respiciens, modo eius quod in parte dicitur, rationem habens. sed neutrum recte traditum erit. Exemplum totius *hoc esto*;

CAP. IV. 13 *XII. Idē nō est sui ipsius proprium.*

14 *XIII. Si subiectum similaribus partib. constet, idem est propriū totius & partiū.*

Quoniam is qui dixit maris proprium *esse hoc*, plurima aqua salsa, cuiusdam *rei* ex similibus partibus cōstantis proprium posuit: eiusmodi autem tradidit, quod non vere dicitur de parte: (quoddā enim mare non est plurima aqua salsa) certe non erit maris proprium plurima aqua salsa. *Exemplum* autem partis *hoc esto*: veluti quoniam is qui aëris proprium posuit *esse* respirabile, cuiusdam *rei* ex similibus partibus constantis proptium dixit, sed eiusmodi, vt de quodam aëre vere dicatur, de toto non dicatur: (non enim totus aër est respirabilis) certe non erit aëris proprium, *esse* respirabile. Confirmanti autem *videndum est*, an de vnoquoque eorum quæ ex similibus partib. constant, vere dicatur id quod est eorum proprium ratione totius, *sic* enim quod positum est non esse proprium, erit proprium: veluti, quia vere dicitur de vniuersa terra, deorsum ferri natura, hocque est & alicuius terræ proprium ratione totius, nēperatione terræ & quia est terra: certe proprium erit terræ deorsū ferri natura.

Loci ab oppositis.

CAP. VI.

1 XIV. Contrariorum propria sunt contraria. Hinc proprium refellitur, si id quod est proprio contrarium, non est propriū eius quod est subiecto contrarium.

2 Confirmatur, si id quod est proprio contrariū, est propriū eius quod est

PRæterea ex oppositis considerandū est, ac primū ex contrariis, & reprehendenti quidem *videndum est*, an contrarium non sit contrarii propriū: quia nec alterius contrarii erit proprium contrariū *alterum*. veluti, quia contrarium est iustitiæ iniustitia, & optimo deterrimum: quod autem est optimum, non est iustitiæ proprium: certe quod est deterrimum, non erit iniustitiæ proprium.

2 Confirmanti autem *videndum est*, an contrarii

contrarium ſit proprium: nã & *alterius* contrarii *alterum* contrarium proprium erit. veluti, quia contrarium eſt bono malum, & eligendo fugiendum: quod autem eſt eligendum, eſt boni proprium: certe quod eſt fugiendum, erit mali proprium.

3 Secundus *locus* eſt ex iis quæ ad aliquid *referuntur*. *ſic enim* refellitur: Si *alterum* relatum *alterius* relati non eſt proprium, ne hoc quidem relatum *huius* relati erit proprium veluti, quia refertur duplum ad dimidium, & exſuperans ad exſuperatum: quod vero exſuperat, non eſt dupli proprium: profecto quod exſuperatur, non erit dimidii proprium.

4 *Sic* autem confirmatur: Si *alterius* relati *alterum* relatum proprium ſit, etiam *huius* relati *hoc* relatum proprium erit, veluti quia refertur duplum ad dimidium & duo ad vnum. eſt autem dupli proprium, *ita ſe habere* vt duo ad vnum: profecto erit dimidii proprium *ita ſe habere* vt vnum ad duo.

5 Tertius locus refutanti *eſt*, ſi id quod ſecundum habitum dicitur, non ſit proprium habitus: quia nec id quod ſecundum priuationem dicitur, priuationis erit proprium. & ſi id quod dicitur ſecundum priuationem, non ſit proprium priuationis: neque id quod dicitur ſecundum habitum, erit proprium habitus. veluti, quia non dicitur ſurditatis proprium, vacuitatem eſſe ſenſus: (hoc enim & aliorum commune eſt) ne auditus quidem proprium erit, ſenſum eſſe.

6 Confirmatur autem *hoc modo*: Si id quod dicitur

ſubiecto contrarium.

3 XV. Relatorũ propria ſunt relata. Hinc problema refellitur, ſi id quod ad propriũ refertur, non eſt propriũ eius quod ad ſubiectũ refertur.

4 Confirmatur, ſi id quod ad proprium refertur, eſt propriũ eius quod ad ſubiectum refertur.

5 XVI. Priuãtium propria ſunt priuantia. Hinc ſumuntur quatuor ſpecialia axiomata, quorum duo valent ad refellendũ, duo ad confirmãdum: Refellentia ſunt hæc: Si id quod ſecundũ habitũ dicitur, non ſit proprium habitus; id quod ſecundũ priuationem dicitur, nõ eſt propriũ priuationis, & cõtra, ſi id quod ſecundum priuationem dicitur, non ſit propriũ priuationis id quod ſecundum habitum dicitur, non eſt propriũ habitus.

6 Confirmantia ſunt hæc: Si id quod ſecundum habitum dicitur, ſit proprium habitus: etiam id quod ſecundum priuationem dicitur, eſt proprium priuationis: & contra ſi id quod ſecundum priuationem dicitur, ſit proprium priuationis: id quod ſecundum habitum dicitur, eſt propriũ habitus.

secundum habitum, est proprium habitus: id quoque quod dicitur secundum priuationem, erit proprium priuationis. veluti, quia propriũ aspectus est cernere, qua aspectum habemus: certe erit cæcitatis proprium, non cernere, qua non habemus aspectum, cum natura aptissimus ad habendum.

7 XVII. Si affirmatio, vel id quod affirmatur sit propriũ: negatio, siue id quod negatur, nõ est propriũ; & contra si negatio vel id quod negatur, sit proprium: affirmatio, siue id quod affirmatur, non est proprium.

7 Deinde ex affirmationibus & negationib. *arguendum est*, ac primum ex ipsis attributis. Est autem hic locus vtilis refellenti duntaxat, veluti, si affirmatio, aut quod secundum affirmationem dicitur ipsius *rei* proprium est: non enim proprium eius erit negatio, nec quod secundum negationem dicitur. & si negatio vel quod secundum negationem dicitur, eius proprium sit: non erit affirmatio, nec quod secundum affirmationem dicitur, *eius* proprium. veluti, quoniam animalis proprium est, id quod *est* animatum: non erit animalis proprium, id quod non *est* animatum.

8 Si affirmatio affirmationis nõ sit propriũ, negatio negationis non est proprium: & contra si negatio negationis non sit propriũ, affirmatio affirmationis non est proprium.

8 Secundus *locus est* ex iis quæ attribuũtur, vel non attribuuntur, & iis quibus attribuitur, vel non attribuitur. *& sic* quidem refellitur: si affirmatio affirmationis non est proprium: ne negatio quidem negationis erit proprium. & si negatio negationis non est proprium, ne affirmatio quidem affirmationis erit proprium: veluti quoniam animal non est proprium hominis: ne eius quidem quod non *est* homo, proprium erit non animal. & si eius quod non est homo, non videatur proprium non animal: ne hominis quidem proprium erit animal.

9 Si affirmatio sit propriũ affirmationis, negatio est propriũ negationis: & contra si negatio sit proprium negationis affirmatio est proprium affirmationis.

9 *Sic* autem confirmatur. Si affirmationis affirmatio sit propriũ, etiam negationis negatio erit proprium. Si vero negationis negatio sit proprium, etiam affirmatio affirmationis erit proprium, ve-

luti, quia non viuere, eſt proprium eius quod non *eſt* animal: etiam viuere erit animalis proprium. quod ſi viuere videatur eſſe animalis proprium, etiam eius quod non eſt animal, videbitur proprium eſſe non viuere.

10 Tertius *locus eſt*, ex ipſis ſubiectis. Et refellitur quidē *hoc modo*: Si datũ proprium, affirmationis eſt proprium: non erit idem etiam negationis proprium. ſin autem quod traditum eſt, negationis ſit propriũ, non erit affirmationis proprium, veluti quoniam animatum eſt proprium animalis: certe animatum non erit proprium non animalis. 11 Sic autem confirmatur. Si quod datum eſt, non ſit affirmationis proprium, erit vtique negationis. Sed hic locus eſt falſus. nam affirmatio negationis, & negatio affirmationis non eſt proprium. etenim affirmatio negationi ne quidem ineſt omnino: negatio vero affirmationi ineſt quidem; ſed non vt proprium ineſt. 12 Deinde ex condiuidentibus, *id eſt ex iis quæ in eadem diuiſione ponuntur*, refellitur, ſi condiuidentium nullum ſit vllius reliquorũ condiuidentium proprium. nam quod poſitum eſt, non erit huius proprium, cuius poſitum eſt *eſſe* proprium, veluti, quoniam animal ſenſibile, nullius aliorum mortalium animalium eſt proprium: certe animal intelligibile non erit Dei proprium.

13 Confirmatur autem, ſi acceptum quoduis reliquorum condiuidentiũ ſit propriũ, cũ vnicuiq; horum condiuidentium proprium ſit aliquid condiuidens. nã & reliquum erit reliqui proprium, cuius poſitum eſt non eſſe proprium. veluti, quia prudentiæ eſt propriũ, per ſe & ſecundum naturã ſuã rationalis *facultatis* virtutẽ eſſe, ſingulis quoq; aliis virtutibus ita acceptis, profecto erit tẽperantiæ propriũ,

10 Quod eſt proprium affirmationis, non eſt proprium negationis, & retro quod eſt proprium negationis, non eſt proprium affirmationis.

11 Neq; affirmatio negationis, neque negatio affirmationis eſt proprium.

12 XVIII. Condiuidentium propria ſunt condiuidentia. Hinc problema refellitur, ſi id quod in eadem diuiſione opponitur proprio, non ſit propriũ eius quod in eadem diuiſione opponitur ſubiecto.

13 Cõfirmatur, ſi id quod in eadem diuiſione opponitur proprio ſit propriũ eius quod in eadem diuiſione opponitur ſubiecto.

per se & secundum suam naturam, concupiscibilis virtutem esse.

1 XIX Coniugatorum casuũ propria sunt casus coniugati. Hinc problema refellitur: si casus qui est proprio coniugatus non est propriũ casus qui est subiecto coniugatus

Alii loci. CAP. VII.

DEinde ex casibus refellitur, si *ille* casus nõ est *illius* casus proprium: quia neque *hic* casus erit *huius* casus proprium. veluti, quoniam eius quod *est* iuste, non est proprium id quod *est* honeste: ne iusti quidem proprium erit, quod est honestum.

2 Confirmatur, si casus qui est proprio coniugatus, est propriũ casus qui est subiecto cõiugatus.

2 Confirmatur autem, si *ille* casus sit *illius* casus proprium, etenim hic casus erit *huius* casus propriũ: veluti, quia hominis propriũ est pedestre bipes, etiam homini proprium erit dici pedestri bipedi.

3 Spectandi sunt etiam casus oppositi.

4 Hinc problema refellitur, si casus qui est proprio oppositus, non sit proprium casus subiecto oppositi.

3 Non solum autem in eo quod propositũ est, casus spectari debent, sed etiam in oppositis, vt in superioribus quoque locis dictum fuit. 4 *Et* refellitur quidem, si illius rei oppositæ casus non est proprium *eius* rei oppositæ casus: quia ne *huius* quidem oppositæ rei casus erit proprium *huius* oppositæ rei casus. veluti, quia eius quod iuste fit, non est proprium id quod bene fit: ne eius quidem quod iniuste fit, proprium erit id quod male fit.

5 Confirmatur si casus qui est proprio oppositus sit propriũ casus subiecto oppositi.

5 Confirmatur autem, si ille oppositæ rei casus est proprium *illius* oppositæ rei casus. nam hic quoque oppositæ rei casus erit proprium *huius* oppositæ rei casus, veluti, quia boni proprium est id quod est optimum: etiam mali proprium vtique est, quod est deterrimum.

6 XX. Pone primum ita esse affectum erga secundum, vt tertium erga quartum. Hinc problema sic reprehenditur: Si primum nõ est propriũ secundi, tertiũ non est propriũ quarti.

6 Deinde ex iis, quæ similiter se habent, refellitur quidem, si *illud* similiter *se* habens, *illius* similiter *se* habentis non est proprium: quia ne *hoc* quidẽ quod similiter *se* habet, erit *huius* quod similiter *se* habet proprium. veluti, quia similem rationem

habet

habet ædificator ad efficiendam domum, & medicus ad efficiendam sanitatem: non est autem medici proprium efficere sanitatem: ne ædificatoris quidem proprium erit, efficere domum. 7 Confirmatur autem, si *id* quod similiter *se* habet, proprium est eius quod similiter *se* habet: quoniam *hoc* quoque quod similiter *se* habet, proprium erit *huius* quod similiter *se* habet. veluti, quia similem rationem habent medicus & effectiuus sanitatis, necnon gymnastes & effectiuus bonæ *corporis* habitudinis: est autem proprium gymnastæ, effectiuum esse bonæ *corporis* habitudinis: vtique medici proprium erit, esse effectiuum sanitatis. 8 Deinde ex iis quæ eodem modo affecta sunt, refellitur, si *id quod est* eodem modo affectum, *illius* eodem modo affecti non sit proprium: quoniam *id quod est* eodem modo affectum, ne *huius* quidem hoc eodem modo affecti erit proprium. Si vero *illius* eodem modo affecti, id *quod est* eodem modo affectum, proprium sit, huius non erit proprium, cuius positum est proprium esse. Veluti quoniam eandem rationem habet prudentia ad honestum, & turpe, quia scientia est vtriusque eorum: non est autem prudentiæ proprium, scientiam esse honesti: profecto non erit prudentiæ proprium, scientiam esse turpis. Si vero est prudentiæ proprium, scientiam esse honesti: certe non erit eius proprium, scientiam esse turpis: fieri enim nequit, vt idem plurium *rerum* proprium sit. 9 Confirmanti autem hic locus nullã vtilitatem affert. quod enim eodem modo affectũ est, vnum cum pluribus comparatur. 10 Deinde refellitur, si id quod esse dicitur, non est proprium eius quod esse dicitur: quia ne corrumpi quidem erit proprium eius quod corrumpi *dicitur*: nec

7 Sic autem confirmatur: si primum est proprium secundo tertium est proprium quarti.

8 XXI. Si quid erga duo similiter sit affectũ, si non est propriũ vnius, ne quidem alterius proprium est.

9 Hic locus ad proprium probandum non valet.

10 XXII. Eodem modo affecta sunt id quod est, ad id quod est: & id quod fit, ad id quod fit, & id quod interit, ad id quod interit, dummodo sint iidem termini;

fieri, eius quod fieri dicitur. veluti, quia non est hominis proprium, esse animal: vtique nec huius, hominem fieri, proprium erit fieri animal: nec huius, animal corrumpi proprium erit, corrumpi animal. Eodem modo sumendum est *argumentum* etiã ex ortu ad statum, & interitum: & ex interitu ad statum, & ad ortum: quemadmodum modo dictum fuit ex statu ad ortum, & interitum.

Quare si vnũ ex h tribus membris probetur non esse proprium patet etiam reliqua non esset propria.

11 Confirmatur autem, si eius quod positum est esse. proprium est id quod positum est esse: quoniam eius quoque quod fieri dicitur erit propriũ id quod fieri dicitur: & eius quod *dicitur* corrumpi, *proprium erit id* quod dicitur corrumpi, veluti, quia hominis proprium est, esse mortalem: certe huius, hominẽ gigni, proprium erit mortalem gigni: & huius, interire hominem *proprium erit*, interire mortalem. Eodẽmodo sumendum est *argumentum* etiã ex ortu, & ex interitu, & *concludãtur* esse, & vt *concludantur* fieri eadem ex iisdem: quemadmodum & refellenti præscriptum fuit. 12 Deinde respicere *oportet*, ad ideam rei propositæ. ac refellitur quidem, si ideę nõ conuenit, vel non quatenus dicitur *idea esse* huius, cuius proprium traditum est, quod enim positum est esse proprium, non erit proprium. Vt quia ipsi homini non conuenit quies, qua homo est, sed qua idea: certe non erit hominis proprium, quiescere. 13 Confirmatur autem, si ideæ conuenit, & hac ratione conuenit, qua dicitur de hoc, cuius positum est non esse proprium. quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti, quia conuenit ipsi animali, ex anima & corpore constare, eique hoc conuenit, qua est animal: vtique animalis proprium erit, ex anima & copore constare.

11 Si vero vnum probetur esse proprium, constat etiam reliqua esse propria.

12 XXIII. Rei proprium conuenire debet, etiam ideæ, non quatenus est idea simpliciter, sed quatenus illius rei est idea. Hinc refutatur proprium si idea non conuenit.

13 Cõfirmatur, si idea cõuenit, quatenus est illius rei, cui proprium attribuitur idea.

Loci à comparatione. CAP. VIII.

DEinde *arguendum est* ex *eo quod* magis vel minus *est*. Ac primũ quidem refellitur, si id quod magis *est*, eius quod magis *est*, non est proprium: quia nec id quod minus *est*, eius quod minus *est*, proprium erit: neque id quod minime *est*, eius quod minime *est*: neque id quod maxime *est*, eius quod maxime *est*: neque id quod simpliciter *est*, eius quod simpliciter *est*. velut quod magis coloratum esse, magis corporis non est proprium; nec minus coloratum esse, minus corporis proprium erit: neque coloratum esse, corporis omnino. 2 Confirmatur autem, si quod magis *est*: eius quod magis *est*, proprium sit: nam & quod minus *est*, eius quod minus *est*, proprium erit: & quod minime *est*, eius quod minime *est*: & quod maxime *est*, eius quod maxime *est*: & quod simpliciter *est*, eius, quod simpliciter *est*. veluti, quia magis viuentis magis sentire est proprium: etiam minus viuentis minus sentire erit proprium: & maxime *viuentis* maxime *sentire*; & minime *viuentis* minime *sentire*: & simpliciter *viuẽtis*, simpliciter *sentire*. Ex eo quoq; quod *est* simpliciter, *ut* ad hæc *arguatur*, considerandum est reprehendenti, an id quod *est* simpliciter, eius quod *est* simpliciter, nõ sit proprium: quia nec id quod magis *est*, eius quod magis *est*: nec id quod minus *est*, eius quod minus *est*: nec id quod maxime *est*, eius quod maxime *est*: nec id quod minime *est*, eius quod minime *est*, proprium erit. veluti, quia hominis proprium non est, probum *esse*: nec magis hominis proprium erit, magis probum esse.

CAP. V. 1 XXIV. Eadẽ est ratio eorum quæ sunt magis vel minus, vel maxime, vel minime, vel simpliciter. Hic locus diuiditur in quatuor partes. In prima cõferitur vnum attributum cũ vno subiecto. Hæc pars subdiuiditur in quinque locos, quisque ad reprehendendum & ad confirmãdum valent. Primo arguitur ab eo quod est magis. Hinc problema refutatur quia si id quod est magis, nõ est proprium eius quod est magis: etiã reliqua reliquorũ propria nõ sunt. 2 Cõfirmatur, quia si id quod est magis, eius quod est magis proprium sit, etiã reliqua reliquorum propria sunt. 3 Secundo arguitur ab eo quod est simpliciter. Hinc problema refellitur: quia si id quod est simpliciter non sit proprium eius quod est simpliciter: etiam reliqua non sunt reliquorũ propria.

4 Confirmanti autem *videndum est*, an id quod simpliciter *est*, eius proprium sit quod simpliciter *est*. nam & quod magis *est*, eius quod magis *est*: & quod minus *est*, eius quod minus *est*: & quod minime *est*, eius quod minime *est*: & quod maxime *est*, eius quod maxime *est*, proprium erit. veluti, quia ignis proprium est, sursum ferri natura: etiam magis ignis proprium erit, magis sursum ferri natura.

5 Eodem modo considerandum *&* *arguendum* est ex aliis ad hæc omnia.

6 Secundo *loco* refellitur, si id quod magis *est*, eius quod magis *est*, non est proprium: quia nec id quod minus *est*, eius quod minus *est*, proprium erit. veluti quia magis est proprium animalis sentire, quam hominis scire: non est autem animalis proprium sentire: profecto non erit hominis proprium, scire.

7 Confirmatur autem si id quod minus *est* eius quod minus *est*, proprium sit: nam id quoque quod magis *est*, eius quod magis *est*, proprium erit. veluti quia minus est proprium hominis natura mansuetum *esse*, quam animalis, viuere: est autem hominis proprium, natura mansuetum esse: certe erit animalis proprium viuere.

8 Tertiò loco refellitur, si *quid eius* cuius magis est proprium, non sit proprium: quia nec huius cui minus est proprium, erit proprium. quod si illius sit proprium, non erit huius proprium. veluti, quia coloratum esse, magis superficiei quam corporis est proprium: non est autem superficiei proprium: certe nec corporis proprium erit coloratum esse. si vero est superficiei proprium, non erit corporis proprium.

9 Confirmanti autem hic locus non est vtilis: quia fieri nequit, vt idem multorum proprium sit.

4 Confirmatur, quia si id quod est simpliciter, eius quod est simpliciter proprium sit, eius reliqua sunt reliquorum propria.

5 Tertio ab eo quod est minus. Quarto ab eo quod est minime. Quinto ab eo quod est maxime similiter arguitur.

6 In secunda parte conferuntur duo attributa cum uno subiecto. Pone primum esse magis proprium secundi, quam tertium quarti. Hinc problema refellitur: quia si primum non est proprium secundi, tertium non est proprium quarti.

7 Confirmatur, quia si tertium non est proprium quarti, primum non est proprium secundi.

8 In tertia parte confertur unum attributum cum duob. subiectis. Pone primum magis esse proprium secundi quam tertii: hinc sumuntur duo axiomata refellentia. Nam siue primum sit, siue non sit proprium secundi, non est tertii proprium.

9 Hic locus ad proprium confir

10 Quarto loco refellitur, si id quod magis ipsius *rei propositæ* proprium est, non est proprium: quia nec id quod minus est eius proprium, erit proprium. veluti, quia magis est proprium animalis, sensibile, quam partibile: non est autem sensibile, animalis proprium: certe nec partibile animalis proprium erit.

11 Confirmatur autem si id quod minus est eius proprium, sit proprium: nam & id quod magis est eius proprium, erit proprium. veluti, quia minus proprium est animalis sentire, quam viuere: est autem sentire animalis proprium: certe viuere animalis proprium erit.

12 Deinde *arguendum est* ex iis quæ æque insunt. *&* primũ quidẽ refellitur, si id quod æque est propriũ, non est propriũ eius, cuius æque est proprium: quia in *hoc* quidem quod æque est proprium, erit proprium huius, cuius æque est proprium. veluti quoniam æque est proprium concupiscibilis, concupiscere, & rationalis, ratiocinari: non est autem proprium concupiscibilis, concupiscere: certe non erit proprium rationalis, ratiocinari. 13 Confirmatur autem, si id quod æque est proprium, eius est proprium, cuius æque est proprium: erit enim *hoc* quoque quod æque est proprium, huius proprium, cuius æque est proprium. veluti quia æque proprium est rationalis *facultatis* id quod primum *est* prudens & concupiscibilis *id* quod primum *est* temperans: est autem rationalis proprium *id* quod primum *est* prudens: certe erit concupiscibilis proprium *id* quod primum est temperans.

14 Secundo *loco* reprehenditur, si *id* quod æque *est* huius proprium, non est eius proprium: quia ne *hoc* quidem quod æque *est* propriũ, erit eius proprium.

mãdũ nõ valet.

10 In quarta parte conferuntur duo attributa cũ uno subiecto. Hinc problema refutatur: quia si id quod magis est rei propriũ non sit eius propriũ, ne id quidẽ eius rei proprium erit, quod minus propriũ est.

11 Cõfirmatur: quia si id quod minus est rei propriũ, sit rei propriũ, etiam id quod magis est proprium, erit proprium.

12 XXV. De iis quæ sunt æque idem est dicendum. Huius loci tres sũt partes In prima spectantur duo attributa, & duo subiecta, Finge primum æque esse proprium secundi, ac tertiũ quarti. Hinc problema refellitur: quia si primum non est primum secũdi. tertium non est propriũ quarti.

13 Cõfirmatur: quia si primũ est proprium secundi, tertium est proprium quarti.

14 In secunda parte spectãtur duo attributa,

veluti, quia æque est proprium hominis & videre & audire; non est autem hominis proprium, videre: certe non erit hominis proprium audire.

& unum subiectum. Finge æque primum ac secundum esse propria tertii. Hinc problema refellitur: quia si primum non est proprium, ne secundum quidem est propriũ.

15 Confirmatur autem si id quod æque *est* huius proprium, est proprium. Nam & hoc quod æque *est* eius proprium, erit proprium. veluti, quia æque est proprium animæ, partem eius esse concupiscibilem, & rationalem primum: est autem animæ proprium, partem eius esse concupiscibilem primum: erit etiam animæ proprium, partem eius esse rationalem primum.

15 Confirmatur quia si primum est proprium, etiam secundum est proprium.

16 Tertio *loco* refellitur, si *eius*, cuius æque est proprium, non est proprium: quia nec *huius*, cuius æque est proprium, erit proprium. si vero illius est proprium, non erit alterius proprium. veluti, quia incendere est æque proprium flammæ, & prunæ; non est autem incendere proprium flammæ: certe incendere non erit proprium prunæ: at si sit flammæ proprium, non erit prunæ proprium.

16 In tertia parte spectantur duo subiecta & unum attributum. Pone primum æque esse proprium secundi & tertii. Hinc problema reprehenditur: quia si primum non est proprium secundi, ne quidem tertii est proprium.

17 Confirmanti autem nullo modo hic locus est vtilis.

17 Hic locus ad confirmandum non valet.

18 Differt autem *locus* ex iis quæ similiter affecta sunt, à *loco* ex iis quæ æque insunt: quod ille ex proportione sumitur, nec in eo spectatur, quod aliquid insit: hic vero ex eo quod aliquid insit comparationem sumit.

18 Hic locus distinguitur à loco vigesimo primo quia in illo sumatur. Quod est similiter affectum: in hoc autem, Quod æque est proprium.

Loci à potestate, & hyperbole. CAP. IX.

DEinde refellitur, si is qui potestate proprium tradidit, etiam ad id quod non est, retulit illud potestate proprium, cum potestas rei quæ non est, inesse nequeat. quod enim positum est esse proprium, non erit proprium. veluti quoniam is qui dixit aëris proprium *esse*, respirabile, potestate quidem proprium tradidit; (quod enim est eiusmodi vt respirari *possit*, *id* respirabile est) accommodauit autem proprium etiam ad id quod non est. nam & si non sit animal, quod natura aptum est ad respirandum aërem, contingit aërem esse; non tamen, cum animal non sit, respirare licet: idcirco quod tale est vt respiretur, tum non erit aëris proprium, cum animal non erit tale vt respiret. non igitur est aëris proprium, *esse* respirabile.

1 XXVI Proprium quod in potestate cernitur, non debet aptari ad id quod non est, nisi ei conueniat. Hinc problema refellitur, si cuiusmodi proprium aptetur ei quod non est, cum ei non conueniat.

2 Confirmatur autem, si is qui potestate proprium tradit, vel ad id quod est, accommodat proprium; vel ad id quod non est, cum potestas possit inesse rei quę non est. quod enim positum est non esse proprium, erit proprium. veluti quoniam is qui entis proprium statuit, posse pati vel facere, cum potestate proprium statuat, ad id quod est, accommodauit illud proprium: (nam quando ens est, etiam pati quidpiam vel efficere potest) idcirco erit proprium entis, posse facere vel pati. 3 Deinde reprehenditur, si superlatione posuit proprium. quod enim positum est esse proprium, non erit proprium. accidit enim iis qui ita proprium tradunt, vt de quo oratio, non etiam nomen vere dicatur: quoniam re corrupta, nihilo minus oratio manebit, quippe cum alicui eorum quæ sunt, maxime insit. veluti si quis

2 Confirmatur si eiusmod proprium vel enti accommodetur vel non enti cui conuenit.

3 XXVII Proprium non debet tradi in superlatiuo gradu. Hinc problema reprehenditur, si proprium sit gradus superlatiui.

proprium ignis statuat, corpus leuissimum, corrupto enim igne, erit aliquod corpus, quod leuissimum erit. quocirca non est proprium ignis, corpus leuissimum.

4 Confirmatur si proprium nō sit gradus superlatiui.

4 Confirmatur autem, si non superlatione posuit proprium. erit enim, quantum ad hoc, recte positum proprium. veluti, quia is qui posuit hominis proprium, animal natura mansuetum, non superlatione tradidit proprium: erit, quantum ad hoc proprium recte positum.

ARISTOTELIS TOPICORVM LIBER VI.

IVL. PACIO Interprete.

DE LOCIS DEFINITIONIS GENERALIBVS.

Tractatus I.

Cap. I.

Cap. I.

EIvs tractationis, quæ ad definitiones *pertinet*, quinque sunt partes. vel enim *definitio reprehenditur*, quia omnino non vere dicitur, de quo nomen, etiam oratio: (quandoquidem oportet hominis definitionem de omni homine vere dici) vel quia cum sit *aliquod* genus, non collocauit *rem definitam* in genere, aut non collocauit in proprio genere: (quoniam debet is qui definit, cum in genere definitum collocauerit, differentias adiungere: siquidem eorum quæ in definitione *ponuntur*, maxime genus videtur rei definitæ essentiam declarare) vel quia oratio non *est* propria: (nam oportet definitionem propriã esse, quemadmodum & supra dictum fuit) vel quia cum omnia, quæ dixi, perfecerit: *tamen* non definiuit, nec dixit quidditatem rei

1 Quinque de definitione quæruntur. Primo an vere dicatur de definito. Secundo an constet ex proprio genere, & differentiis. Tertio an sit propria rei definitæ. Quarto an explicet quid res sit. Quinto an sit recte concepta.

definitæ: reliquum *est* præterea *definitionis vitium*, si definiuit quidem, non tamen recte definiuit.

2 Ad primam inspectionem pertinent loci accidentis.

2 An igitur de quo nomen *dicitur*, non etiam oratio vere dicatur, ex locis ad accidens *pertinentibus* considerandum *est*. nam ibi quoque omnis consideratio in eo cōsistit, *vt intelligatur*, vtrum *sit* verum, an non verum. cum enim differendo ostendimus accidens inesse, dicimus *esse* verum. cum autem *ostendimus* non inesse, *dicimus* non *esse* verum.

3 Ad secūdam loci generis, Ad tertiam loci ipsius proprii.

3 An autem non in proprio genere posuit, vel non propria *est* oratio tradita, ex dictis locis, qui ad genus, & ad proprium *pertinent*, considerandum *est*.

4 Quarta & quinta loci in præsentia sunt tradendi.

5 Quinta inspectio præferenda est quartæ.

4 Reliquum *est* vt dicamus, quomodo disquiri debeat, an non sit definitum, vel an non recte sit definitum. 5 Primum igitur videndum *est*, an non recte definitum sit: facilius enim est quoduis facere, quam rectè facere. constat igitur, sæpius in hoc peccari, quia *est* difficilius. vnde fit vt argumentatio facilius de hoc, quam de illo suppetat.

6 Quinta inspectio est bipertita: vel enim quæritur, vtrum definitio sit perspicua an obscura: vel an aliquid in ea superfluat.

6 Huius autem *inquisitionis*, an non recte *sit definitum*, duæ sunt partes. vna, si obscura interpretatione vsus sit: (oportet enim, eum qui definit, quoad eius fieri potest, clarissima interpretatione vti: quia cognoscendi causa definitio traditur) altera, si plus dixit in definitione, quam oportuit. Quicquid enim adiicitur in definitione, superuacuum *est*.

CAP. II.

7 Vtraque pars continet multos locos deinceps exponendos.

7 Rursus vtrumque eorum quæ dicta sunt, in plures partes est distributum.

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVÆSTIONEM, AN RECTE definitum sit, necne.

Tractatus II.

De obscuritate definitionis.

CAP. II.

PRIMVS igitur locus *probandæ* obscuritatis *est*, si homonymum sit aliquod *verbum* quod *in definitione* dictum est. vt *si quis* generationem *definiat* deductionem ad substantiam: aut sanitatem, symmetriam calidorum & frigidorum. nam & deductio & symmetria *sunt verba* homonyma. itaque dubium *est*, vtrum dicere velit eorum quæ declarantur eo *verbo* quod multis modis dicitur.

1 I. In definitione nullum verbum debet esse homonymum.

2 Idem contingit, si, cum definitum multis modis dicatur, non adhibita distinctione dixerit *definitionem*, quia dubium *est*, vtrius definitionem tradiderit: & cauillari licet, quasi definitio non omnibus aptetur, quorum definitionem tradidit.

2 Homonyma prius debent distingui quam definiri.

3 Maxime autem tale *quidpiam* euenit, cum homonymia latet. Fieri etiam potest, vt *aliquis*, cum ipse distinxerit *&* *exposuerit* quot modis dicatur id quod in definitione continetur, syllogismum conficiat. nam si in nulla significatione sufficienter dicta est *definitio*: patet, *eo* modo definitum non fuisse.

3 Interdum homonymia latet, interdum nulla verbi homonymi significatio definitioni conuenit.

4 Alius *locus est*, si *definitionem* dixit per translationem. vt si *dixerit* scientiam esse, quæ labi non potest: aut

4 II. Metaphora à definitione abesse debet.

terram altricem: aut temperantiam, concentum. quicquid enim per translationem dicitur, obscurum *est*. Licet etiam aduersus eum qui translatione vsus est, calumniari, quasi non proprie locutus sit: quia dicta definitio non accommodabitur *rei definitæ*, vt in temperantia *perspicere possumus*: omnis enim concentus *est* in sonis. Præterea si concentus *sit* genus temperantiæ, idem erit in duobus generibus, quorum neutrum continet alterum: quia neque concentus virtutem, nec virtus concentum continet.

5 III. Receptis vocabulis in definitione vti oportet.

5 Præterea *obscure definit*, qui non positis nominibus vtitur: vt Plato fecit, qui oculum definiuit ciliumbrem: aut araneam putrimordacem: aut medulam, ossigeneam. omne enim *verbum* inusitatũ obscurum est.

6 IV Definitionum vocabula debent esse propria, non impropria.

6 Quædam autem nec per homonymiam, nec per translationem, nec proprie dicuntur, vt *si* lex *definiatur* mensura, vel imago eorum quæ natura iusta sunt. sed eiusmodi *omnia* sunt translatione deteriora. nam translatio facit quodammodo notum id quod significatur, propter similitudinem: quicumque enim *verba* transferunt, ratione alicuius similitudinis transferunt. at *illud* tale non facit rem notam: quia nec similitudo *vlla* est, cuius ratione lex sit mensura vel imago: nec proprie dici solet. Quare si legem dicat proprie mensuram, vel imaginem esse, mentitur: quandoquidem imago est, quæ per imitationem efficitur: quod in lege non reperitur. Quod si non proprie: patet eum obscure locutum esse, ac deterius quouis eorum quæ per trãslationem dicuntur.

7 V. Ex rei propositæ definitione apparere debet rei oppositæ definitio.

7 Præterea recte *reprehenditur*, si ex data *definitione*, rei contrariæ definitio non *fiat* perspicua. nam qui

recte *definitiones* tradunt, etiam contrarias adsignificant.

8 Aut si per se non appareat, cuius sit definitio, *quæ data est*: sed similis sit veterum pictorum operib. quæ erant eiusmodi, vt, nisi quis superscripsisset, cognosci non posset, quid vnumquodque esset.

8 VI. Bona definitio per se ostendit cuius rei definitio sit.

9 An igitur non dilucide *aliquis definierit*, ex huiusmodi locis videndum *est*.

9 Epilogus.

De superfluitate.

CAP. III.

QVod si plus dixerit in definitione, *quam debuerit*, primum videre *oportet*, an aliquid adhibuerit, quod omnibus insit, *id est*, vel simpliciter iis quæ sunt, vel iis quæ *continentur* sub eodem genere, sub quo *sunt* res definitæ: quia necesse *est*, vt id superuacuo dictum fuerit, quandoquidem opus est, vt genus ab aliis secernat, differentia vero ab aliquo eorum quæ *sunt* in eodem genere. quod igitur omnibus inest, simpliciter à nulla re seiungit. quod vero inest omnibus sub eodem genere *contentis*, non separat ab iis quæ *sunt* in eodem genere. quare inane est eiusmodi adiunctum.

1 I. Verbum transcendens non debet in definitione poni.

2 Vel an sit quidem proprium id quod adiunctum est: sed eo detracto, *nihilominus* reliqua definitio propria sit, & essentiam declaret. vt in definitione hominis, si adiungatur scientiæ capax, superuacaneum *est*. nam & eo dempto, reliqua definitio *est* propria, & essentiam declarat. Et vt vno verbo dicam, *id* omne superuacuum *est*, quo sublato id quod reliquum est, perspicuam facit rem definitam. Talis est etiam animæ definitio, siquidem est nume-

2 II. Vitiosa est definitio, cuius parte detracta, remanet oratio propria essentiã rei declarantis.

rus seipsum mouens: etenim quod seipsum mouet, *est* anima, vt Plato definiuit. An hoc *quod* dictum *est*, proprium quidem est, sed non declarat essentiam numero sublato; Vtro autem modo *res* habeat, difficile est explicare. Vtendum porro est *hoc loco* in omnibus huiusmodi *rebus*, quatenus expedit. Vt cum pituita definitur humor primus ex cibo incoctus. vnus enim est *humor* primus; non multi. quare superuacuum *est* illud adiunctum, incoctus: cum eo quoque sublato, reliqua futura sit propria definitio: quia fieri nequit, vt ex cibo & hoc & aliud primum sit. An non simpliciter pituita est primum ex cibo, sed primum eorum quæ sunt incocta? Quare adiiciendum est *in definitione* illud *verbum*, incoctus. illo enim modo si dicatur, non *erit* vera definitio: si quidem nõ omnium proprium est.

3 III Nihil in definitione poni debet, quod nõ conuenit omnibus sub definito contentis.

3 Præterea *videndum est*, an aliquid eorum quæ *sunt* in definitione, non omnibus iis conueniat, quæ *continentur* sub eadem specie. nam huiuscemodi definitio deterior est iis, in quibus adhibetur quod omnibus rebus inest. illo enim modo, *si definiatur sublato eo quod commune est*, reliqua oratio est propria, & tota est propria. simpliciter enim si ad proprium additur aliquid quod sit verũ, tota oratio sit propria. si quid autem eorum quæ *sunt* in definitione, non conuenit iis omnibus quæ *sunt* sub eadem specie, fieri nequit vt tota oratio propria sit: non enim de re vicissim dicetur; vt *hæc oratio*, animal pedestre bipes quatuor cubitorum: neque enim huiusmodi oratio de re vicissim dicitur: quia illud, quatuor cubitorũ, non omnibus iis inest quæ *sunt* sub eadem

4 IV. Idem nõ esse pluries in definitione repetendum.

specie. 4. Rursus *videndum est*, an idem sæpe dixerit: vt qui dixit cupiditatem esse appetitionem iucũdi.

omnis enim cupiditas est rei iucundæ. quamobrem id quoque quod est idem atque cupiditatis, erit rei iucundæ. definitio igitur cupiditatis constituitur, appetitio iucundi: (nihil enim refert, vtrum cupiditatem dicat, an appetitionem iucundi) quare horum vtrumque erit rei iucundę. An hoc non est absurdum? nã & homo est bipes. quare id quoq; quod est idẽ atque homo, erit bipes. atqui idẽ quod homo, est animal pedestre bipes. itaque animal pedestre bipes, est bipes. Sed nõ ideo aliquid absurdi accidit. nõ enim animali pedestri bis bipes attribuitur (sic enim bipes eidem bis attribueretur) sed de animali pedestri bipede bipes dicitur. Quapropter semel tantum bipes attribuitur. Similiter *fit* etiã in cupiditate. nõ enim appetitioni atttribuitur esse rei iucũdæ, sed toti *orationi*. quocirca hic quoque semel attribuitur. non est autẽ res absurda, si idẽ nomẽ bis pronuncietur, sed si idẽ alicui sæpius attribuatur. vt cum Xenocrates ait prudentiam esse difinitiuam & contemplatiuam eorum quæ sunt, nam *quæ* definitiua *est*, contemplatiua quædam est. quare bis eandem rem dicit, adiecto *verbo* contemplatiua. Similiter *faciunt*, quicumque refrigerationem aiunt esse priuationem caloris naturalis. omnis enim priuatio est rei natura insitæ. quare superuacaneum est addere *verbum illud* naturalis. sed sufficiebat dicere priuationẽm caloris, quandoquidem ex ipso priuationis verbo apparet, rei naturalis *priuationem* dici.

6 Itẽ *videndũ est*, an ad id quod vniuersaliter dictũ est, *aliquid* adiungatur *quod sit* in parte. vt si quis æquitatem *definiat* imminutionẽ eorum quæ vtilia & iusta sunt. quod enim iustũ est, vtile quiddam *est*, proinde in eo quod est vtile, continetur. superuacaneum

6 Vniuersale in definitione non est adiiciendum particulari.

gitur est *illud verbum*, iusta: itaque cum vniuersale dixerit particulare adiunxit. *Idem fit* etiam, si *quis* medicinam *definiat* scientiam eorum quæ salubria sunt animali & homini: aut legem, simulachrum eorum quæ natura honesta & iusta sunt. quod enim iustum est, honestum quiddam est. quocirca sæpius eandem rem dicit.

8 Vtrum igitur recte, an non recte definierit, ex his & eiusmodi *aliis locis* videndum est.

DE LOCIS PERTINENTIBVS AD QVÆSTIONEM, AN DEfinitum sit.

TRACTATVS III.

Si definitum non sit ex prioribus, & notioribus.

CAP. IV.

CAP. III.

1 Deinceps explicãdi sunt loci, qu bus quæritur, an sit definitum.

2 1 Definiendũ est ex priorib. & notiorib.

VTrum autem dixerit ac definierit quid res sit, necne, *videndum est* ex his *quæ deinceps exponam.*

2 *Ac* primum si non ex prioribus & notioribus confecit definitionem, cũ. n. definitio tradatur, eius quod dictum est, cognoscendi caussa: cognoscimus autem, non ex quibusuis, sed ex prioribus & notioribus: (quemadmodum in demonstrationibus *contingit*. sic enim omnis doctrina & disciplina *se* habet) perspicuum igitur *est*, eum qui non ex his definiuit, *re vera* non definiuisse. nam si definiuit, plures erunt eiusdem *rei* definitiones,

finitiones. constat enim eum qui ex prioribus & notioribus *definierit*, melius definiuisse. quare ambæ definitiones erunt eiusdem *rei*. quod ita *esse* non videtur: quandoquidem vna est cuique rei essentia, *qua est* id quod est. quocirca si plures erunt eiusdem *rei* definitiones, eadem erit rei definitæ essentia, quæ vtraque definitione declaratur. hæ vero *essentiæ* non sunt eædem: quoniam & definitiones *sunt* diuersæ. Patet igitur, eum non definiuisse, qui non ex prioribus & notioribus definiuit.

3 Ergo non ex notioribus sumptam esse definitionem, dupliciter accipi potest: nempe si ex simpliciter ignotioribus, vel ex iis quæ sunt nobis ignotiora: quoniam vtroque modo *id fieri* accidit. Quod igitur prius *est*, id eo quod posterius *est*, notius *est* simpliciter: vt punctũ *est prius* linea, & linea plano, & planũ solido. quemadmodum vnitas numero, quoniam prior est & principium omnis numeri. similiterque elementum *est prius* syllaba. Nobis vero cõtra interdum accidit: quia solidum sub sensum maxime cadit: planum autem magis quam linea: & linea, magis quam punctum. idcirco multi ea magis cognoscunt, quæ *sunt* eiusmodi. hæc enim cuiusuis, illa vero exquisitæ & excellentis cogitationis est discere. 4. Simpliciter igitur melius est conari vt ex prioribus posteriora cognoscantur; quoniam ad scientiam gignendam hoc magis est accõmodatum. attamen apud eos qui ex talibus cognitionem adipisci nequeunt, necesse *est* fortasse definitionem conficere ex iis quæ illis nota *sunt*. Tales sũt definitiones & pũcti, & lineæ, & plani: omnes enim ex posterioribus priora declarant: illud enim lineæ, illud plani, hoc solidi aiunt terminũ esse. 5. Sed non est ignorandũ, eos qui ita definiũt, non posse decla-

3 Id est, simpl citer notius, quod est natura prius, nobis autem interdũ id notius est quod est posterius.

4 Definitio ex priorib. est mel or, sed ex posterioribus quæ sunt nobis notiora, interdum est necessaria.

5 Definitio ex posterioribus sumpta, non explicat quid res sit, quia non constat ex genere & differentiis.

rate quidditatem rei definitæ: nisi forte idem sit & nobis notius & simpliciter notius. siquidem oportet eum qui recte definit, ex genere & differentiis definire: hæc autem sunt in eorum *numero*, quæ sunt notiora & priora, quam species. secum enim aufert genus & differentia speciem, quare hæc sunt priora quam species. Sunt etiam notiora: quia cognita specie, necesse *est*, & genus & differentiam cognosci: etenim qui hominem cognoscit, & animal & pedestre cognoscit. cognito autem genere, vel differentia, non *est* necesse etiam speciem cognosci. itaque species ignotior *est*. 6 Præterea qui re vera eiusmodi definitiones esse aiunt, quæ ex vnicuique notis *constant*, iis accidit vt dicant eiusdem *rei* multas esse definitiones. alia namque aliis, non eadem omnibus sunt notiora. quare alia apud alium definitio tradenda erit: siquidem ex iis, quæ cuique sunt notiora, definitionem conficere oportet. Præterea iisdem *hominibus* alias alia sunt notiora. nam ab initio *notiora sunt ea*, quæ sub sensum cadunt. cum autem tales effecti sunt: vt exquisitius res cognoscere valeant, *tum* contra *res habet*: quocirca ne apud eundem quidem *hominē* semper eadem definitio tradenda *est ab* iis, qui definitionem ex cuique notioribus tradendam esse asserunt. Patet igitur non esse ex talibus definiendum sed ex simpliciter notioribus. nam hoc tantum modo vna & eadē definitio semper fiet. 7 Fortassis autē quod simpliciter notū *est*, nō id est quod omnibus notum est, sed quod *notum est* iis qui ratione bene cōstituta præditi sunt: quemadmodum & simpliciter salubre dicitur id, quod salubre est iis, quorum corpus bene affectum est.

8 Oportet igitur singula quæ sunt eiusmodi, accu-

6 Definitiones ex notiorib. nobis plures esse possunt: sed vere definitio vna est.

7 Quod est simpliciter notum, id non omnibus notū est, sed iis, qui ratione bene constituta sunt præditi.

8 Quilibet in disputati ne vtatur superiorib. sententiis, quatenus pro se faciunt.

rare explicare, qui vero disputant, *iis* vti *debent*, quatenus expedit. 9 Maxime autem in confesso est definitionem euerti, si neque ex simpliciter notioribus, neque ex iis quæ *sunt* nobis *notiora*, oratio confecta sit. 10 Vnus igitur locus, *probandi* definitionem non esse ex notioribus, is est quem antea diximus: nempe cum priora per posteriora declarantur.

9 Definitio non potest defendi, quæ nec est ex notioribus simpliciter, nec ex notiorib. nobis
10 Epilogus.

11 Alius autem *est*, si eius quod in quiete *consistit*, & definitum *est*, definitio tradita sit per id quod est indefinitum, & in motione *consistit*. quod enim manet & definitum est, prius & notius *est* eo quod indefinitum & in motu *est*.

11 Quod est in quiete, ac definitum, non debet per id quod est in motu siue per indefinitum definiri.

12 *Ad probandum* autem *definitionem* non *esse* ex priorib. tres sunt loci. 13 Primus est, si oppositum per opposita definiuit: vt bonum per malum: quoniam opposita simul sunt natura. quibusdam autem & iam esse eadem amborum scientia videtur. Quapropter alterum altero notius non *est*. Sed non est ignorandum, quædam fortasse non posse aliter definiri: vt duplũ *non potest definiri* sine dimidio: & quæcumque per se ad aliquid referuntur. *In* his enim omnibus idem est essentia, & ad aliquid quodam modo affectum esse. quare fieri nequit, vt sine altero alterius notitia comparetur, proinde necesse est, vt in alterius definitione alterum quoque comprehendatur. Oportet igitur ea omnia quia *sunt* eiusmodi, cognoscere: his autem *locis* in his *rebus* vti, prout videbitur vtile esse.

12 Etiam trib. sequentib modis reprobatur definitio quia non est ex priorib.
13 Oppositum per oppositum male definitur Excipiuntur relata.

14 Alius *locus est*, si in *definitione* adhibuit ipsum definitum. *Hoc* autem latet cum non vtitur ipso rei definitæ nomine. vt si quis Solem definiat, astrum die perspicuum. nam qui die vtitur, etiam Sole vtitur. Vt autem huiuscemodi *vitia* deprehendantur, sumenda est pro nomine definitio. veluti diem esse

14 Praua est definitio, in qua expresse, vel tacite positum est ipsum definitum.

Solis lationem supra terram. patet enim, eum qui Solis lationem supra terram dixit, Solem dixisse: quare Sole vsus est, qui die vsus est.

15 Ex iis quæ in eadem diuisione ponũtur, alterum per alterum definiri non debet.

15 Rursus, si definiuit, id quod in diuisione ponitur per id quod in eadem diuisione collocatur. vt *si* impar *definiuit*, quod vnitate maius est quam par. simul enim natura sunt ea, quæ in eiusdem generis diuisione ponuntur; impar autem & par in eadem diuisione ponũtur, cũ ambo sint numeri differẽtiæ.

16 Superius per inferiora non est definiendum.

16 Similiter, si superius per inferiora definiuit: vt *si* parẽ numerum *dixit esse* eum qui bifariã diuiditur: aut bonum *esse* habitum virtutis. nam & illud, bifariam, sumptum est à duobus quę paria sunt: & virtus est bonum quiddam, quare hæc sub illis sunt.

17 Qui per inferiora definit, in definitione vtitur definito.

17 Necesse autem *est*, vt is qui inferiori vtitur, etiam ipso *definito* vtatur. nam & qui vtitur virtute, vtitur bono: quia virtus *est* bonum quiddam. & similiter qui vtitur *verbo* bifariam, vtitur pari: quia verbum, bifariã, significat in duo diuidi: duo vero paria sunt. 18 Vt igitur vniuersaliter dicam, vnus est locus, non ex prioribus & notioribus confectam esse definitionem: cuius *loci* partes *sunt* eæ quæ dictæ sunt.

Loci à genere, & ab iis ad quæ definitum refertur.

CAP. V.

1 II. In definitione non est omittendum genus.

SEcundus *locus est*, si, cum res sit in genere, non sit posita in genere, in *iis* autem omnibus est huiusmodi peccatum, in quibus orationi non præponitur quid sit, cuiusmodi *est hæc* corporis definitio, id quod habet tres dimensiones: aut si quis hominem definiat, id quod scit numerare. quia dictum non fuit, quid sit, id quod habet tres dimensiones, aut quid sit quod scit numerare. genus autẽ debet

ſignificare quid ſit: & eorum quæ in definitione dicuntur, primum ſupponitur.

2 Præterea *alius locus eſt*, ſi, cum ad multa res definita pertineat, non ad omnia aptetur. vt ſi *quis* Grammaticam *definiat* ſcientiam ſcribendi, quod profertur. deeſt enim: & legendi. quãdoquidem non magis qui ſcribendi quam qui legendi *ſcientiam eſſe* tradidit, *Grammaticam* definiuit. quare neuter *definiuit*, ſed is *demum* qui ambo hæc dixit: quippe cum eiuſdem rei plures definitiones eſſe non poſſunt.

2 III. Res definita aptari debet ad omnia ad quæ refertur.

In nonnullis igitur re vera *ita res ſe* habet, vt dictũ fuit. in quibuſdam vero non *item*: vt in iis, quæ non per ſe ad ambo pertinent. quemadmodum medicina *eſt ſcientia* morbum & ſanitatem efficiendi. nam huius per ſe dicitur, illius vero per accidens. ſimpliciter enim alienum *eſt* à medicina, morbum efficere, quare non magis definiuit, qui ad ambo retulit, quam qui ad alterum: ſed fortaſſe deterius; quia & quiuis alius poteſt morbum efficere.

3 Præterea ſi non ad melius, ſed ad deterius accommodauit, cum plura ſint, ad quæ pertinet res definita. omnis enim ſcientia, & omnis facultas videtur eius eſſe quod optimum eſt.

3 IV. Definitũ debet potius aptari ad melius quàm ad deterius.

4 Rurſus, an id quod dictum eſt, non ſit poſitum in proprio genere, conſiderare *oportet* ex elementis ad genera pertinentibus, quemadmodum antea *a* dictum fuit. 5 Præterea *peccat*, qui tranſiliens dicit genera: vt *qui* iuſtitiam *definit*, habitum æquabilitatis effectiuum, aut æqui diſtributiuum. nam virtutem tranſiliit, qui ita definit. cum igitur omittat genus iuſtitiæ, non dicit quidditatem: quandoquidẽ cuiuſque *rei* eſſentia *eſt* cũ genere *coniuncta*. Hoc autem idem eſt, ac ſi *dicatur* nõ in proximo genere poſuiſſe. nam qui in proximo poſuit, omnia ſuperiora dixit:

4 V. In definitione ponendum eſt proprium genus.

a Cap. 1. partic. 3.

5 VI. Vitioſa eſt definitio per genus remotũ, omiſſo genere proximo.

quippe cum omnia superiora genera inferioribus attribuantur. Quocirca vel in proximo genere ponendum est *id quod definitur*, vel omnes differentiæ superiori generi adiungi debent, per quas proximum genus definiunt. sic enim nihil prætermissum erit: sed oratione, loco nominis. inferius genus dictum erit. Qui vero dicit solum genus superius, nõ dicit etiam inferius genus: etenim qui dicit plantam, non dicit arborem.

Loci à differentiis. CAP. VI.

1 *VII. Praua est definitio, quæ non continet proprias rei differentias, aut id pro differentia sumit quod nullius rei differentia est.*

2 *Omne genus iis differentiis diuiditur quæ sibi inuicem in eadem diuisione opponuntur.*

3 *Oppositarum differentiarum aut vtraq; aut neutra ad genus pertinet.*

4 *Omnis differentia specifica generi adiuncta constituit speciem.*

RVrsus in differentiis similiter considerandum *est*, an generis differẽtias dixerit. nisi enim propriis rei differentiis definierit: aut *si* omnino tale *quidpiam* dixerit, quod nullius rei possit esse differentia, vt animal, aut substantiam, patet eum non definiuisse: quoniam hæc nullius *rei* differentiæ sunt. 2 Videre etiam *oportet*, an sit aliquid in diuisione oppositum dictæ differentiæ. nisi enim sit, patet, eam quę dicta est, non esse generis differentiam. Omne enim genus iis differentiis diuiditur, quæ sibi inuicem in diuisione opponuntur: vt animal pedestri, & volucri & aquatili, & bipede. 3 Aut si sit quidem opposita *aliqua* differentia, non tamen vere dicitur de genere. Patet enim neutram esse *eius* generis differentiam. Omnes enim differentiæ, quæ sibi inuicem in diuisione opponuntur, de proprio genere vere dicuntur.

4 Item si vere quidem dicatur *de genere*, seu generi adiuncta nõ efficiat speciẽ. constat enim hanc non esse specificã differentiã generis: quandoquidẽ omnis specifica differentia cum genere *coniuncta* speciem efficit. quod si hæc nõ sit differẽtia: ne ea qui-

dem, quæ dicta fuit, *differentia erit*: quoniam huic in diuisione opponitur. 5 Præterea *peccauit*, si negatione diuisit genus; vt *ij* qui lineam definiunt esse longitudinem latitudine carentem. quod nihil aliud significat, quam non habere latitudinem. accidit igitur, vt genus sit particeps speciei: quoniam omnis longitudo vel latitudine caret, vel latitudinem habet: quippe cum de omni *re* aut affirmatio aut negatio vere dicatur. quare & genus lineæ, quod est longitudo, vel latitudine carebit, vel latitudinem habebit: atqui longitudo carens latitudine, speciei est definitio, itidemque longitudo habens latitudinem: quia latitudinis expers, & latitudinem habens sunt differentiæ: ex differentia vero & genere constat speciei definitio. quare genus recipiet speciei definitionem. similiterque differentiæ *definitionem*: quandoquidem dictarum differentiarum altera necessario attribuitur generi.

5 Negatio non potest esse differentia.

6 Est autem dictus locus vtilis aduersus eos, qui ponunt ideas esse. Nam si sit ipsa longitudo, quomodo generi attribuetur, latitudine carere, aut latitudine vacare; oportet enim de omni longitudine alterum eorum vere dici, si futurum est, vt de genere vere dicatur. hoc autem non contingit: cum sint longitudines quæ latitudine carent, & quæ latitudinem habent. Quare aduersus eos solos vtilis est *hic* locus, qui genus aiunt vnum esse numero. quod quidem ij tantum faciunt, qui ideas ponunt: quoniam ipsam longitudinem & ipsum animal genus esse inquiunt. 7 Fortasse autem in nonnullis necesse *est* negatione vti eum qui definit, vt in priuationibus. nam cæcum est, quod non habet visum, quando secundum naturam habere debet.

6 Axioma proxime expositũ tantum contra eos valet qui ponunt ideas.

7 Idem axioma non obtinet in priuationibus, quæ per habitus negationem definiuntur.

8 Nihil autẽ refert, vtrum negatione diuidatur ge-

8 Id cui necesse est negationem

in diuisione opponi, non est differentia.

nus, an huiusmodi affirmatione, cur necesse sit negationem in diuisione opponi. vt si *quis* longitudinem quæ latitudinem habet, definierit. nã ei quod latitudinem habet, nihil aliud in diuisione opponitur, quam id quod latitudinem non habet. proinde rursus negatione genus diuiditur. 9 Rursus *Videndum est*, an speciem tradiderit quasi differentiam: quemadmodum ii qui cõuitium definiunt, contumeliam cum irrisione. Nã irrisio *est* contumelia quædã: quam obrẽ irrisio non *est* differentia, sed species.

9 Species non est differentia.

10 Genus non est differentia.

10 Præterea *Videndum est*, an genus quasi differentiam dixerit: vt virtutem *esse* habitum bonum vel probum: quandoquidem bonum, virtutis est genus. An bonum non *est* genus, sed differentia? siquidem fieri non potest, vt idem sit in duobus generibus, quorum neutrum alterum contineat: quia nec bonum continet habitum, nec habitus bonum: etenim nec omnis habitus *est* in bonis, nec omne bonum est habitus. quare non erunt ambo *Virtutis* genera. si igitur habitus *est* virtutis genus: patet, bonum, non *esse* genus, sed potius differentiam. Præterea habitus significat quid sit virtus: bonum autem, non quid sit, sed quale: videtur autem differentia quale quid significare.

11 Omnis differentia declarat quale quid sit.

11 Videre etiam *oportet*, an data differentia non significet quale quid, sed hoc aliquid. omnis enim differentia videtur quale quid declarare.

12 Differentia non inest per accidens.

12 Considerare etiam *oportet*, an differentia per accidens insit rei definitæ. nulla enim differentia est *in* eorum *numero* quæ per accidens insunt, quemadmodum nec genus: quia fieri nequit, vt differentia eidem insit, & non insit.

13 Neque differentiis neque Speciei, neque

13 Præterea, si generi attribuatur differẽtia, vel species, vel aliquid speciei subiectum: vtique nõ defini-

uit: quia nihil eorum que dixi, generi attribui potest: quippe cum genus latius, quam hæc omnia pateat. 14 Rursus, si attribuatur genus differentiæ. non enim differentiæ, sed *iis* de quibus differentia *dicitur*, genus attribui videtur: vt animal homini, & boui, & aliis pedestribus animalibus: nō ipsi differētiæ, quæ de specie dicitur. nam si singulis differentiis genus attribuetur. certe multa animalia speciei attribuentur; quandoquidem differentiæ speciei attribuuntur. Præterea omnes differentiæ vel erunt species, vel indiuidua: siquidem sint animalia. vnumquodque enim animal aut est species, aut indiuiduum.

aliquid speciei subiectum attribuitur generi.

14 Genus non attribuitur differentiæ.

15 Similiter etiam considerandum *est*, an species vel aliquid eorum quæ *sunt* sub specie, differentiæ attribuatur. *hoc* enim fieri nequit: quia de pluribus differentia dicitur, quam species. Præterea accidet, vt differentia sit species, si quæ species de ea dicatur. nam si *differentiæ* attribuitur homo: manifestum *est*, differentiam esse hominem.

15 Nec species nec speciei subiecta attribuuntur differentiæ.

16 Rursus *videndum est*, an differentia non sit prior specie. oportet enim differentiam esse genere posteriorem, specie vero priorem.

16 Differentia est genere posterior, specie prior.

17 Considerare etiam *oportet*, an alterius generis *sit ea* differentia. quæ dicta *fuit*, quod neque *ab ea* contineatur, neque *eam* contineat; quia non videtur eadem differentia esse duorum generum, quorū neutrum sub altero cōtineatur. alioquin accidet etiam speciem eādem in duobus generibus esse, quorum neutrum alterum continebit. nam ex vnaquaque differentia concluditur proprium genus: vt ex pedestri & bipede concluditur animal. quare si *de eo dicitur* vtrumque genus, de quo *dicitur* differentia: patet speciem *esse* in duobus generibus, quorum neu-

17 eadem differentia non est duorum generū non subalternorum.

18 Excipitur, nisi duo genera sub eodem genere contineantur.

trum sub altero continetur. 18 An non impossibile *est* eandem differentiam esse duorum generũ, quorum neutrum contineatur sub altero: sed adiiciendum *est*, nec vtrumque sub eodem continetur? nam pedestre animal, & alatũ animal, sunt genera, quorũ neutrum sub altero continetur, & eorum vtriusque bipes, est differentia. quare adiungendum *est*, nec vtrumque sub eodem continetur. hæc enim ambo sub animali sunt. 19 Patet etiam, non necessario ex omni differentia concludi proprium genus: cum accidat eandem esse duorum generum, quorum neutrum sub altero continetur: sed alterum tãtum *genus* necessario concludi, & omnia quæ supra illud *sunt*: quemadmodum ex bipede alatum vel pedestre animal concluditur.

19 Ex differentia non necessario concluditur unum genus, sed alterutrum, & omnia genera quæ supra illud sunt.

20 Esse in aliquo non est differentia substantiæ.

20 Videre etiam *oportet*, an *esse* in aliquo, quasi substantiæ differentiã tradiderit: quia non videtur substantia à substantia differre, eo quod sit alicubi. Idcirco & eos reprehendunt, qui pedestri & aquatili animal diuidunt: quasi pedestre & aquatile significent *esse* alicubi. An in his non recte reprehendunt? quoniam aquatile & terrenum, non significant esse in aliquo, nec alicubi, sed quale quid. nam & si sit in *loco* sicco, æque *erit* aquatile. similiterque si terrenum sit in loco humido, terrenum erit, non aquatile. Verumtamen si quando differentia significet esse in aliquo: manifestum erit, *eum* peccasse *qui definiuit*. 21 Item videndum *est*, an affectionem pro differentia tradiderit. Omnis enim affectio, maior facta, essentiam *de statu suo* dimouet: differentia vero non *est* eiusmodi: quin potius videtur differentia *id* seruare, cuius est differentia. & simpliciter fieri nequit, vt sine propria differentia quidque sit. nisi enim sit pedestre, non erit homo.

21 Affectio nõ est differentia.

22 Et, vt simpliciter dicam, secundum quæ variatur id quod habet, eorum nihil differentia illius *est*, nam omnia quæ sunt eiusmodi, si maiora fiant, essentiam *è statu suo* dimouent. Quocirca qui talem aliquam differentiam tradidit, peccauit: quoniam omnino non variamur secundum differentias. *22 Res secundum differentiam non variatur.*

23 *Peccauit* etiam, si cuius ad aliquid *relati* differentiam tradiderit, quæ ad aliud quidpiam non *referatur*. nam eorum quæ ad aliquid *referuntur*, etiam differentiæ *referuntur* ad aliquid: quemadmodũ & in scientia *perspici potest*: dicitur enim contemplatiua, & actiua, & effectiua: quorum vnumquodque significat ad aliquid: est enim alicuius *rei* contemplatiua, & alicuius effectiua, & alicuius actiua. *23 Relatorum differentiæ referuntur ad aliquid.*

24 Considerare etiam *oportet*, an is qui definit, *id* tradat, ad quod natura refertur vnumquodque eorum quæ *sunt* ad aliquid. quibusdam enim ad nihil aliud vti licet, quam ad id, ad quod singula referuntur natura: vt aspectu *vti* solum *licet* ad cernendum: nonnullis vero & ad aliud quiddam *vti licet*: vt strigili haurire aliquis potest. si quis tamen strigilem definiuit instrumentum ad hauriendum, peccauit: quia non ad hoc est comparata. eius autem ad quod nata & comparata res est, definitio *hac est, id* ad quod vtatur prudens, qua *est* prudens, & propria scientia quæ circa quamque rem *versatur*. *24 Relatũ per id definiri debet ad quod natura refertur.*

25 Præterea *videndum est* an non ad primum accommodauerit, cum ad plura pertineat: vt *si quis* prudentiam *definiat* virtutem hominis, vel animæ: non, rationalis *facultatis*. nam prudentia primum *est* virtus *facultatis* rationalis: etenim secundum hanc & anima, & homo prudens esse dicitur. *25 Res per id definiri debet, ad quod primo pertinet.*

26 Præterea peccauit, nisi susceptiuum sit *id*, *26 Omnis perturbatio*

cuius res definita dicitur *esse* affectio, vel dispositio, vel quiduis aliud. natura enim comparatum est, vt omnis dispositio & omnis affectio in eo gignatur, cuius est dispositio vel affectio: quemadmodum & scientia *gignitur* in anima, cum sit dispositio animæ. Interdum autem in huiusmodi *rebus* peccant: vt qui dicunt somnum esse imbecillitatem sensus: & dubitationem, æqualitatem contrariarum rationum: & dolorem separationem partium natura coniunctarum, vi *factam*. etenim nec somnus inest sensui: deberet autem *inesse*, si esset imbecillitas sensus: similiter nec dubitatio inest contrariis rationibus: nec dolor inest partibus natura coniunctis: dolebunt enim res inanimæ, siquidem dolor eis aderit. Talis *est* etiam valetudinis definitio, siquidem est symmetria calidorum & frigidorum. necesse enim *est* valere res calidas & frigidas: quia singulorum symmetria in iis *rebus* inest quorum est symmetria: itaque valetudo iis inerit.

omnis affectio est in eo, cuius dicitur perturbatio vel affectio.

27 Efficiens nec est genus, nec species eius quod est.

27 Accidit præterea, vt qui sic definiunt, reducant quod fit, ad effectiuum, vel contra. non enim separatio partium natura coniunctarum, est dolor, sed effectiuum doloris. nec imbecillitas sensus *est* somnus: sed alterum *est* effectiuum alterius: aut enim propter imbecillitatẽ somno opprimimur, aut propter somnum sumus imbecilli. Similiterque contrariarum rationum ęqualitas videri potest esse effectiuum dubitationis. cum enim in vtramque partem ratiocinamur, & æque videntur omnia vtroque modo fieri, tum dubitamus vtrum agamus.

28 Differentia non coangustatur ad certum tempus.

28 Præterea secundum omnia tempora inspiciendum est, an alicubi discrepet. vt si *quis* immortale finierit, quod nunc est interitus expers. Animal

enim quod nunc est interitus expers, nunc immortale erit. An in hoc non accidit? quoniam illud, nunc interitus expers esse, ambiguum *est*. aut enim non interiisse nunc, significat, aut non posse interire nunc, aut nunc esse eiusmodi vt numquam intereat. Cum igitur dicimus interitus expers nunc esse animal, non hoc dicimus, nunc tale esse animal, sed quod numquam intereat. quod idem est atque immortale. Quare non accidit, vt nunc immortale sit. Attamen sicubi accidat, vt id quod in definitione traditum est, nunc insit, vel prius: id vero quod nomine *delaratur*, non insit; certe non idem erit. Vtendum igitur est hoc loco, quemadmodum dictum est.

Loci à comparatione, à disiunctione, & à definitione.

CAP. VII.

Considerandum etiam *est*, an definitum alia oratione magis explicetur, quam ea quæ tradita fuit. vt si iustitia definiatur facultas æqui distributiua. iustus enim potius *est is*, qui consulto vult æquum distribuere, quam qui potest. quare iustitia non est facultas æqui distributiua. nam & iustus *is* maxime esset, qui potest æquum distribuere. *1 VIII. Si alia oratio magis explicat rei essentiam, hæc non est bona definitio.*

2 Præterea *videndum est*, an res suscipiat intentionem; id vero quod in definitione traditum est, non suscipiat: vel contra quod in definitione traditum est, recipiat, res autem non *item*, oportet enim vel ambo recipere, vel neutrum: siquidem idem est quod in oratione traditur, atque res *definita*. *2 Si definitio intentionem recipit, etiam definitum eam recipit & contra.*

3 Præterea, an recipiant quidem ambo intentio- *3 Definitio & definitum non intenduntur separatim.*

nem, ſed non ambo ſimul acceſſionem recipiant: vt ſi amor ſit cupiditas concubitus. nam qui magis amat, non magis cupidus eſt concubitus. quare nõ ſimul ambo intentionem recipiunt. atqui opus eſſet, ſi idem eſſent.

4 De quo magis dicitur definitum, de eo magis dicitur et ã id quod poſitum eſt in definitione.

4 Præterea an duobus propoſitis, de quo res magis dicitur, *de eo* minus dicatur id quod eſt in definitione. vt ſi ignis ſit corpus tenuiſſimis partibus conſtans. nam flamma eſt magis ignis, quam lux. minus vero flamma *eſt* corpus tenuiſſimis partibus conſtans, quam lux. deberent autem ambo eidem magis ineſſe, ſi idem eſſent.

5 Cui definitũ æque ineſt, ei definitio quoque æque ineſt & contra. cui definitio, etiam definitum.

5 Rurſus, an alterum æque ambob. propoſitis conueniat, alterum vero non æque ambobus, ſed alteri magis, *alteri minus.*

6 IX. Definitio non debet ad duo diſiunctim accommodari.

6 Præterea, an ad duo definitionem accommodauit ſecundum vtrũque: vt *ſi* pulchrum *definiuit*, id quod viſu vel auditu iucundum eſt: & ens, id quod poteſt pati vel facere. idem enim ſimul pulchrum & non pulchrum erit: ſimiliterque ens & non ens. nam auditu iucundum, idem erit quod pulchrum. quare quod non *eſt* auditu iucundum, idem *erit* quod non pulchrũ. nam & quæ iiſdẽ opponuntur, eadem ſunt: opponitur autem pulchro, non pulchrũ: & ei quod auditu iucundum *eſt*, id quod non *eſt* iucundum auditu. patet igitur, idem eſſe *id quod* non *eſt* iucundũ auditu, & *quod* nõ *eſt* pulchrum. Si quid igitur ſit aſpectu iucũdum & non auditu: *id* & pulchrum & nõ pulchrum erit. Similiter autem probabimus idem eſſe ens & non ens.

7 X. Si contrarias definitionem argumenta non ſuppeterant, ſingulæ definitionis partes definiantur.

7 Præterea generum & differẽtiarum & cæterorum omniumquæ in definitionibus traduntur, definitiones loco nominum conficiantur, & videatur, an aliquid *eorum* diſcrepet.

Loci ab omißione.

CAP. VIII.

SI vero id quod definitur, ad aliquid referatur vel per se, vel ratione generis: considerare *oportet*, an non sit in definitione expressum *id*, ad quod refertur vel per se, vel ratione generis. vt si *quis* scientiam definierit, existimationem immutabilē: aut voluntatem, appetitionem dolore vacuam. omnis enim rei quæ ad aliquid *refertur*, essentiā *consistit in relatione* ad alterum: quandoquidem vnicuique eorum, quæ ad aliquid *referuntur*, idem est essentia, & ad aliquid quodam modo affectum esse. oportebat igitur dicere, scientiam *esse* existimationem *rei* scibilis: & voluntatem, appetitionem boni. Similis ratio est si Grammaticam definierit, scientiam literarum. oportebat enim in definitione id tradere, ad quod ipsa res *definita*, vel ad quod genus refertur.

Cap. IV. 1 XI. In definitione non est omittendum id, ad quod res vel per se, vel ratione generis refertur.

2 *Videndum est* etiam, an alicuius ad quidpiam relati *definitio* non *per relationem* ad finem tradatur. Finis autem in quaque re est id, quod est optimum, vel id cuius gratia reliqua *sunt*. dicendum igitur est, vel quod *est* optimum, vel quod *est* postremum: veluti cupiditatem *esse* non iucundi, sed voluptatis: huius enim gratia etiam iucundum eligimus.

20 Nonnulla vero eorum quæ ita explicantur, nullo modo sub dictam diuisionem cadunt: veluti ira est dolor cum existimatione contemptus: hoc enim declarat, dolorem gigni ex huiusmodi existimatione, aliquid autem ex hoc gigni, non est idem

20 Quædam ita explicātur, vt dicātur esse cū hoc, cū illo: cum hæc neque sint in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque in eodem tempore.

12 Quod quinto, & sexto loco dictum est. non est necessarium nisi partes sint per se bona, aut mala.

12 An hoc non *est* necessarium, nisi vtrumque sit per se bonum, vel malum? multa enim effectiua, etsi per se non sunt bona, tamen si cum quibusdam coniungantur, fiunt bona, alia *sunt* contra, *quorum* vtrumque est bonum: sed si coniungantur, *quod efficitur est* malum vel neutrum. Quod modo dixi, maxime perspicuum *est* in iis quæ *sunt* salubria vel insalubria. quædam enim pharmaca ita se habent, vt vtrumque sit bonum, sed si ambo mixta præbeantur, mala *sint*.

13 Septimo si altera pars sit melior, altera deterior totum autem non sit meliori parte deterius, deteriori melius

13 Rursus *videndum est*, an *aliquid dicatur constare* ex meliori & deteriori, quorum meliore totum non sit deterius, deteriore autem melius.

14 Hoc quoque non est necessarium, nisi partes sint per se bona.

14 An ne hoc quidem necessarium *est*. nisi ea ex quibus *totum* constat, sint per se bona: in iis enim quę non *sunt* per se bona, nihil vetat totum non effici bonum: quemadmodum in iis quæ modo dixi, *perspicere licet*.

15 Octauo si totum sit alteri parti synonymum.

15 Præterea *videndum est*, an totum *sit* alteri *parti* synonymum. *id* enim *esse* non debet: quemadmodum ne in syllabis quidem. nam syllaba nulli elementorum ex quibus constat, synonyma est.

16 Nono, si modus compositionis non sit expositus.

16 Præterea, an non exposuerit modum compositionis. non satis enim rem explicat, qui dicit *rem* ex his *constare*: quia non illud *solum* ex his *constare*, sed ita ex his *constare*, *est* cuiusque rei compositæ essentia: vt in domo *perspici potest*. neque enim quocumque modo hæc componantur, domus est.

17 XXXIII. Definitio, qua dicitur non esse hoc cum illo, impugnatur, primo per duos locos proxime expositos.

17 Sin autem *esse* hoc cum illo tradiderit: primum dicendum *est*, hoc cum illo dici. vel *quia est* hoc & illud, vel *quia est* hoc ex illis. nam qui dicit mel cum aqua, *is* aut mel & aquam dicit, aut quod ex melle & aqua *constat*. Itaque vtrumuis horum fateatur i-

dem esse atque hoc cum illo: eadem dici poterunt, quæ contra vtrumuis eorum paulo ante dicta sunt.

18 Præterea distinguendum est, quot modis dicatur alterum cum altero, & considerandum, an nullo modo *sit* hoc cum illo. Vt puta si dicatur alterum cum altero, vel vt in aliquo eodem subiecto, quemadmodum iustitia & fortitudo *sunt* in anima, vel in eodem loco, vel in eodem tempore: nullo autem modo verum sit, quod in his dictum fuit: patet, nullius *rei* esse definitionem quæ tradita est: quia nullo modo hoc cum illo est.

18 Secundo, si probetur hoc nō esse cum illo neque in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque eodem tempore.

19 Quod si distinctione, quot modis alterum cum altero dicatur, adhibita, verum sit in eodem tempore vtrumque inesse, considerare *oportet*, an contingat non ad idem referri vtrumque: vt si *quis* fortitudinem definierit, audaciam cum recta cogitatione. contingit enim, vt *aliquis* audaciam habeat expoliandi, rectam autem cogitationem circa res salubres, sed nondum fortis *est*, qui eodem tempore habet hoc cum illo. Præterea *non est fortis*, etiam si ambo ad idem referantur, veluti ad res medicas: nihil enim prohibet, quominus aliquis & audaciam & rectam cogitationem habeat circa res medicas. attamen ne hic quidem *est* fortis, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad diuersa vtrumque eorum referri debet, neque ad quamlibet eandem rem, sed ad fortitudinis finem, veluti ad bellica pericula, aut si quid aliud, magis quam hoc *est* finis.

19 Tertio si cū vtrumque sit eodem tempore, non referatur ad idem.

20 Nonnulla vero eorum quæ ita explicantur, nullo modo sub dictam diuisionem cadunt: veluti ira est dolor cum existimatione contemptus: hoc enim declarat, dolorem gigni ex huiusmodi existimatione, aliquid autem ex hoc gigni, non est idem

20 Quædam ita explicātur, vt dicātur esse cū hoc, cū illo: cum hæc neque sint in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque in eodem tempore.

12 Quod quinto, & sexto loco dictum est. non est necessarium nisi partes sint per se bona, aut mala.

12 An hoc non *est* necessarium, nisi vtrumque sit per se bonum, vel malum? multa enim effectiua, etsi per se non sunt bona, tamen si cum quibusdam coniungantur, fiunt bona, alia *sunt* contra, *quorum* vtrumque est bonum: sed si coniungantur, *quod efficitur est* malum vel neutrum. Quod modo dixi, maxime perspicuum *est* in iis quæ *sunt* salubria vel insalubria. quædam enim pharmaca ita se habent, vt vtrumque sit bonum, sed si ambo mixta præbeantur, mala *sint*.

13 Septimo si altera pars sit melior, altera deterior totum autem non sit meliori parte deterius, deteriori melius

13 Rursus *videndum est*, an *aliquid dicatur constare* ex meliori & deteriori, quorum meliore totum non sit deterius, deteriore autem melius.

14 Hoc quoque non est necessarium, nisi partes sint per se bona.

14 An ne hoc quidem necessarium *est*. nisi ea ex quibus *totum* constat, sint per se bona: in iis enim quę non *sunt* per se bona, nihil vetat totum non effici bonum: quemadmodum in iis quæ modo dixi, *perspicere licet*.

15 Octauo si totum sit alteri parti synonymum.

15 Præterea *videndum est*, an totum *sit* alteri *parti* synonymum. *id* enim *esse* non debet: quemadmodum ne in syllabis quidem. nam syllaba nulli elementorum ex quibus constat, synonyma est.

16 Nono, si modus compositionis non sit expositus.

16 Præterea, an non exposuerit modum compositionis. non satis enim rem explicat, qui dicit *rem* ex his *constare*: quia non illud *solum* ex his *constare*, sed ita ex his *constare*, *est* cuiusque rei compositæ essentia: vt in domo *perspici potest*. neque enim quocumque modo hæc componantur, domus est.

17 XXXIII. Definitio, qua dicitur non esse hoc cum illo, impugnatur, primo per duos locos proxime expositos.

17 Sin autem *esse* hoc cum illo tradiderit: primum dicendum *est*, hoc cum illo dici. vel *quia est* hoc & illud, vel *quia est* hoc ex illis. nam qui dicit mel cum aqua, *is* aut mel & aquam dicit, aut quod ex melle & aqua *constat*. Itaque vtrumuis horum fateatur i-

dem esse atque hoc cum illo: eadem dici poterunt, quæ contra vtrumuis eorum paulo ante dicta sunt.

18 Præterea distinguendum est, quot modis dicatur alterum cum altero, & considerandum, an nullo modo *sit* hoc cum illo. Vt puta si dicatur alterum cum altero, vel vt in aliquo eodem subiecto, quemadmodum iustitia & fortitudo *sunt* in anima, vel in eodem loco, vel in eodem tempore: nullo autem modo verum sit, quod in his dictum fuit: patet, nullius *rei* esse definitionem quæ tradita est: quia nullo modo hoc cum illo est.

18 Secundo, si probetur hoc nō esse cum illo neque in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque eodem tempore.

19 Quod si distinctione, quot modis alterum cum altero dicatur, adhibita, verum sit in eodem tempore vtrumque inesse, considerare *oportet*, an contingat non ad idem referri vtrumque: vt si *quis* fortitudinem definierit, audaciam cum recta cogitatione. contingit enim, vt *aliquis* audaciam habeat expoliandi, rectam autem cogitationem circa res salubres, sed nondum fortis *est*, qui eodem tempore habet hoc cum illo. Præterea *non est fortis*, etiam si ambo ad idem referantur, veluti ad res medicas: nihil enim prohibet, quominus aliquis & audaciam & rectam cogitationem habeat circa res medicas. attamen ne hic quidem *est* fortis, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad diuersa vtrumque eorum referri debet, neque ad quamlibet eandem rem, sed ad fortitudinis finem, veluti ad bellica pericula, aut si quid aliud, magis quam hoc *est* finis.

19 Tertio si cū vtrumque sit eodem tempore, non referatur ad idem.

20 Nonnulla vero eorum quæ ita explicantur, nullo modo sub dictam diuisionem cadunt: veluti ira est dolor cum existimatione contemptus: hoc enim declarat, dolorem gigni ex huiusmodi existimatione, aliquid autem ex hoc gigni, non est idem

20 Quædam ita explicātur, vt dicātur esse cū hoc, cū illo: cum hæc neque sint in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque in eodem tempore.

12 Quod quinto, & sexto loco dictum est. non est necessarium nisi partes sint per se bona, aut mala.

12 An hoc non *est* necessarium, nisi vtrumque sit per se bonum, vel malum? multa enim effectiua, etsi per se non sunt bona, tamen si cum quibusdam coniungantur, fiunt bona, alia *sunt* contra, *quorum* vtrumque est bonum: sed si coniungantur, *quod efficitur est* malum vel neutrum. Quod modo dixi, maxime perspicuum *est* in iis quæ *sunt* salubria vel insalubria. quædam enim pharmaca ita se habent, vt vtrumque sit bonum, sed si ambo mixta præbeantur, mala *sint*.

13 Septimo si altera pars sit melior, altera deterior totum autem non sit meliori parte deterius, deteriori melius

13 Rursus *videndum est*, an *aliquid dicatur constare* ex meliori & deteriori, quorum meliore totum non sit deterius, deteriore autem melius.

14 Hoc quoque non est necessarium, nisi partes sint per se bonæ.

14 An ne hoc quidem necessarium *est*. nisi ea ex quibus *totum* constat, sint per se bona: in iis enim quę non *sunt* per se bona, nihil vetat totum non effici bonum: quemadmodum in iis quæ modo dixi, *perspicere licet*.

15 Octauo si totum sit alteri parti synonymum.

15 Præterea *videndum est*, an totum *sit* alteri *parti* synonymum. *id* enim *esse* non debet: quemadmodum ne in syllabis quidem. nam syllaba nulli elementorum ex quibus constat, synonyma est.

16 Nono, si modus compositionis non sit expositus.

16 Præterea, an non exposuerit modum compositionis. non satis enim rem explicat, qui dicit *rem* ex his *constare*: quia non illud *solum* ex his *constare*, sed ita ex his *constare*, *est* cuiusque rei compositæ essentia: vt in domo *perspici potest*. neque enim quocumque modo hæc componantur, domus est.

17 XXXIII. Definitio, qua dicitur non esse hoc cum illo, impugnatur, primo per duos locos proxime expositos.

17 Sin autem *esse* hoc cum illo tradiderit: primum dicendum *est*, hoc cum illo dici. vel *quia est* hoc & illud, vel *quia est* hoc ex illis. nam qui dicit mel cum aqua, *is* aut mel & aquam dicit, aut quod ex melle & aqua *constat*. Itaque vtrumuis horum fateatur i-

dem esse atque hoc cum illo: eadem dici poterunt, quæ contra vtrumuis eorum paulo ante dicta sunt.

18 Secundo, si probetur hoc nõ esse cum illo neque in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque eodem tempore.

18 Præterea distinguendum est, quot modis dicatur alterum cum altero, & considerandum, an nullo modo *sit* hoc cum illo. Vt puta si dicatur alterum cum altero, vel vt in aliquo eodem subiecto, quemadmodum iustitia & fortitudo *sunt* in anima, vel in eodem loco, vel in eodem tempore: nullo autem modo verum sit, quod in his dictum fuit: patet, nullius *rei* esse definitionem quæ tradita est: quia nullo modo hoc cum illo est.

19 Tertio si cũ vtrumque sit eodem tempore, non referatur ad idem.

19 Quod si distinctione, quot modis alterum cum altero dicatur, adhibita, verum sit in eodem tempore vtrumque inesse, considerare *oportet*, an contingat non ad idem referri vtrumque: vt si *quis* fortitudinem definierit, audaciam cum recta cogitatione. contingit enim, vt *aliquis* audaciam habeat expoliandi, rectam autem cogitationem circa res salubres, sed nondum fortis *est*, qui eodem tempore habet hoc cum illo. Præterea *non est fortis*, etiam si ambo ad idem referantur, veluti ad res medicas: nihil enim prohibet, quominus aliquis & audaciam & rectam cogitationem habeat circa res medicas. attamen ne hic quidem *est* fortis, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad diuersa vtrumque eorum referri debet, neque ad quamlibet eandem rem, sed ad fortitudinis finem, veluti ad bellica pericula, aut si quid aliud, magis quam hoc *est* finis.

20 Quædam ita explicãtur, vt dicãtur esse cũ hoc, cũ illo: cum hæc neque sint in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque in eodem tempore.

20 Nonnulla vero eorum quæ ita explicantur, nullo modo sub dictam diuisionem cadunt: veluti ira est dolor cum existimatione contemptus: hoc enim declarat, dolorem gigni ex huiusmodi existimatione, aliquid autem ex hoc gigni, non est idem

dem esse atque hoc cum illo: eadem dici poterunt, quæ contra vtrumuis eorum paulo ante dicta sunt.

18 Præterea distinguendum est, quot modis dicatur alterum cum altero, & considerandum, an nullo modo *sit* hoc cum illo. Vt puta si dicatur alterum cum altero, vel vt in aliquo eodem subiecto, quemadmodum iustitia & fortitudo *sunt* in anima, vel in eodem loco, vel in eodem tempore: nullo autem modo verum sit, quod in his dictum fuit: patet, nullius *rei* esse definitionem quæ tradita est: quia nullo modo hoc cum illo est.

18 Secundo, si probetur hoc nõ esse cum illo neque in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque eodem tempore.

19 Quod si distinctione, quot modis alterum cum altero dicatur, adhibita, verum sit in eodem tempore vtrumque inesse, considerare *oportet*, an contingat non ad idem referri vtrumque: vt si *quis* fortitudinem definierit, audaciam cum recta cogitatione. contingit enim, vt *aliquis* audaciam habeat expoliandi, rectam autem cogitationem circa res salubres, sed nondum fortis *est*, qui eodem tempore habet hoc cum illo. Præterea *non est fortis*, etiam si ambo ad idem referantur, veluti ad res medicas: nihil enim prohibet, quominus aliquis & audaciam & rectam cogitationem habeat circa res medicas. attamen ne hic quidem *est* fortis, qui hoc cum illo habet. Neque enim ad diuersa vtrumque eorum referri debet, neque ad quamlibet eandem rem, sed ad fortitudinis finem, veluti ad bellica pericula, aut si quid aliud, magis quam hoc *est* finis.

19 Tertio si cũ vtrumque sit eodem tempore, non referatur ad idem.

20 Nonnulla vero eorum quæ ita explicantur, nullo modo sub dictam diuisionem cadunt: veluti ira est dolor cum existimatione contemptus: hoc enim declarat, dolorem gigni ex huiusmodi existimatione, aliquid autem ex hoc gigni, non est idem

20 Quædam ita explicãtur, vt dicãtur esse cũ hoc, cũ illo: cum hæc neque sint in eodem subiecto, neque in eodem loco, neque in eodem tempore.

atque esse hoc cum illo, secundum vllum eorum modorum qui dicti fuerunt.

Reliqui loci. CAP. XIV.

1 XXXIV. *Definitio qua totum dicitur esse partium compositio, prima est: cum quis non explicat modum compositionis: tum etiam quod compositum non est compositio.*

RVrsus, si totum dixit *esse* horum compositionem, vt animal *esse* compositionem animæ & corporis, primum cõsiderare *oportet*, an non dixerit, qualis compositio *sit*: vt si *quis* carnem definiens, aut os, dixerit *esse* compositionem ignis & terræ & aëris. non enim satis est compositionem dicere: sed & qualis *ea sit*, explicari debet. quandoquidem non si quouis modo hæc componantur, caro fit: sed si hoc modo cõponantur, caro: si illo modo, os. Quãquam neutrum eorum quæ dixi, videtur esse omnino idem quod compositio; quoniam omni compositioni dissolutio *est* contraria: neutri autem eorum quæ dixi, quicquam *est contrarium*. Præterea si æque probabile *est*, omne compositum esse compositionem, vel nullam: vnumquodque autem animal, cum sit compositum, non est compositio: ne aliud quidem vllum compositum erit compositio.

2 XXXV. *Subiectum duorum contrariorum capax non debet per alterum tantum definiri.*

2 Præterea si natura comparatum sit, vt æquè in aliquo contraria insint, & *aliquis* definierit per alterum *tantum*. patet eum non definiuisse: alioquin accidet, vt eiusdem *rei* sint plures definitiones. quid enim amplius dixit, qui per hoc quam qui per illud definiuit, cum natura comparatum sit, vt ambo in eodem æque gignantur? Talis autem *est* animæ definitio, si quidem est substãtia scientiæ capax. æque enim est ignorantiæ capax.

3 XXXVI. *Euersa parte definitionis, euertitur tota definitio.*

3 Quod si cui aduersus totam definitionem argumenta non suppetant, propterea quod totum cognitum non sit, contra partem aliquam *oportet* argumentari si *qua* sit nota,

nec videatur recte tradita. euersa enim parte, etiam tota definitio euertitur. 4 Et quæcumque *sunt* obscurę definitiones *eas* corrigendo & reformando, vt aliquid declarent, & *vt* argumenta suppetant, ita considerare *oportet*. necesse est enim, eum qui respondet, vel id quod ab interrogante assumitur, admittere, vel ipsum patefacere, quid tandem sit quod definitione significatur.

4 XXXVII. Obscura definitio declaratur, quo facilius contra eam possit argui.

5 Præterea quemadmodum in cōcionibus legem soliti sunt ferre: & si melior sit ea quæ lata est, priorem abrogat, ita etiam in definitionibus faciendum *est*, aliaque adducenda *est* definitio. nam si hæc videatur melior *esse* ac magis declarare rem definitam, profecto euersa erit ea quæ posita fuerat: quādoquidem non sunt eiusdem *rei* plures definitiones. 6 Ad omnes autem definitiones *euertendas* non minimum elementum *est*; si quis secum ipse rem propositam scite definiat, aut recte traditam definitionem repetat. necesse est enim, vt quasi ad exemplar confugientes perspiciamus, & quid in definitione desideretur, & quid superuacuo sit adiectum. itaque maior argumentorum copia suppetet.

5 XXXVIII. Meliori definitione posita, deterior tollitur.

6 Oppositurus contra alicuius rei definitionem prius notā habeat veram eiusdem rei definitionem.

7 De *iis* igitur quæ ad definitiones pertinent, hactenus dictum esto.

7 Epilogus.

tio *est* oppositorum. Nam si hæc *sunt* eadem, etiam ea, quæ his opponuntur, *sunt* eadem, quouis eorum quos dixi modorum opponantur. nihil enim interest, huic, an illi contrarium sumatur: quoniam eadem sunt.

3 Rursus ex iis quæ efficiendi & interimendi vim habent, necnon *ex* ortu & interitu, & omnino ex iis quæ æque affecta sunt ad vtrumque. quæcumque enim simpliciter eadem *sunt*, eorum quoque ortus & interitus *sunt* iidem, necnon quæ efficiendi, & quæ corrumpendi vim habent. *3 III. Earũdem rerum, idem est ortus, idem interitus, idem efficiens, idem interimens.*

4 Considerare etiam *oportet*, quorum alterum maxime dicitur quiduis, an & alterum eorum secundum idem maxime dicatur. quemadmodum Xenocrates beatam vitam & probam demõstrat. eandem *esse*: quoniam inter omnes maxime eligenda est vita proba, & *vita* beata. vnum enim *est*, quod est maxime eligendum & maximum. Similiter *contingit* & in ceteris eiusmodi *rebus*. *4 IV. Quibus idem attributũ in superlatiuo gradu attribuitur, hæc sunt eadem.*

5 Oportet autem vtrumque *eorum* quæ dicuntur maxima vel maxime eligenda, esse vnum numero. alioqui non probabitur idem *esse*. neque enim necesse *est*, si fortissimi Græcorum sunt Peloponnesij, & Lacedæmonii, eosdem esse Peloponnesios & Lacedæmonios: quia non est vnus numero Peloponnesius & Lacedæmonius: sed necesse *est* alterum sub altero contineri, quemadmodum Lacedæmonii sub Peloponnesiis. alioqui continget eos inuicem meliores esse. nisi alteri sub alteris cõtineantur. Necesse *est* enim Peloponnesios meliores esse Lacedæmoniis, si quidem non continentur alteri sub alteris. quia ceteris omnibus sunt meliores. Similiterque necesse *est* Lacedæmonios meliores esse Peloponnesiis: nam & hi sunt reliquis *5 Excipitur, nisi alterum sub altero contineatur.*

omnibus meliores: quare ſe inuicem meliores efficiuntur. Patet igitur, vnum numero eſſe debere id, quod optimum & maximum *eſſe* dicitur, ſi futurum eſt vt demonſtretur eſſe idem. Proinde ne Xenocrates quidem demonſtrat: quia vita beata & *vita* proba non *eſt* vna numero. Quocirca non *eſt* neceſſe eandem eſſe, eo quod *ſint* ambæ maxime eligendæ: ſed altera *continetur* ſub altera.

6 V. Si ab eodem alterum differt, alterum non differt, hæc non ſunt eadem inter ſe.

6 Item conſiderare *oportet*, ſi alterum eorum *quæ ſunt propoſita*, ſit idem quod *tertium* quidpiam, an etiam alterum *ſit idem quod illud tertium*. Niſi enim ambo ſint eadem quod idem *quidpiam*: patet *ea* ne inter ſe quidem eſſe eadem.

7 VI Quæ non recipiunt eadem accidentia vel non accidunt eadem ſubiectis non ſunt idem.

7 Præterea conſiderare *oportet* ex horum accidentibus, & *ex iis* quibus hæc accidunt. nam quæ alteri accidunt, etiam alteri accidere debent: & quibus alterum eorum accidit, etiam alterum debet accidere. Si quid autem horum diſcrepet: patet non *eſſe* eadem.

8 VII. Quæ ſunt eadem, in eadem categoria continentur.

8 Videre etiam *oportet*, an non in vno categoriæ genere ambo *ſint*, ſed alterum qualitatem, alterum quantitatem, vel ad aliquid *relationem* declaret.

9 VIII. Quæ ſunt eadem, ſunt in eodem genere

9 Rurſus, an genus vtriuſque non idem *ſit*: ſed alterum *ſit* bonum, alterum malum: vel alterum virtus, alterum ſcientia.

10 Iiſdem eadem differentiæ attribuuntur.

10 Vel an idem quidem genus, non tamen eædem differentiæ vtrique attribuantur: ſed alteri ſciẽtia contemplatiua, alteri actiua. Similis *eſt* aliorum ratio.

11 IX. Ea quorum alterum, intenditur, alterum non intenditur, non ſunt idem: Quæ non ſimul intenduntur, non idem.

11 Præterea ex eo quod magis *eſt*, *argui poterit*, ſi alterum recipiat intentionem, alterum non *item*: vel ambo quidem recipiant, non tamen ſimul. quemadmodum qui magis amat, non magis cupit concumbere: itaque non idem *eſt* amor, atque cupiditas concumbendi.

12 Præterea ex adiectione, si vtrumque eidem adiectum, non efficiat idem totum. *12 XI. Eadem eidem adiecta faciunt idem totum.*

13 Vel si eadem re ab vtroque detracta, quod reliquum *est*, diuersum *est*. vt si *quis* dixerit duplum dimidii & multiplum simpli, idem esse. nam si ab vtroque detrahatur dimidium: ea quę reliqua sunt, idem declarare deberent, nec tamen declarant: duplum enim & multiplum non declarant eandem rem. *13 XII. Si eadem ab iisdem detrahantur: quæ remanent, sunt eadem.*

14 Considerare autem *oportet* non solum an iam aliquid impossibile accidat propter thesim, sed etiam an esse possit ex hypothesi. vt iis *accidit*, qui inane & aeris plenum, idem esse asserunt. Patet enim, si aer exeat, nihilo minus, immo magis inane fore, plenum vero aeris amplius non fore. *14 XIII. Si aliquo supposito, seu vero, seu falso, alterum tollatur, alterū nō tollatur, hæc non sunt idem.*

Quocirca supposito aliquo, seu vero, seu falso, (nihil enim refert) alterum eorum tollitur, alterum non *item*: quare non idem *sunt*.

15 Vt autem vniuersaliter dicam, ex iis quæ quomodocumque vtrique attribuuntur, & quibus hæc attribuuntur, considerare *oportet*, an alicubi discrepent. nam quæ alteri attribuuntur, alteri quoque attribui debent: & quibus alterum attribuitur, etiam alterum attribui debet. *15 XIV. Iidem eadem attribuuntur, & eadem subiiciuntur.*

16 Præterea quia multis modis idem dicitur, considerare *oportet*, an alio quodam modo eadem sint. nam quæ genere vel specie *sunt* eadem: non necesse *est etiam* numero eadem esse. considerabimus autem, vtrum ita sint eadem, an secus. *16 XV. Quod est idem genere aut specie, nō est necesse vt sit idem numero*

17 Præterea, an possit alterum sine altero esse: *sic* enim idem non erunt. *17 XVI. Quæ sunt eadem, à se inuicem non separantur.*

18 Loci igitur ad idem *pertinentes* tot dicuntur. *18 Epilogus.*

An locis proximè expositis vti liceat, cum de definitione differitur.

CAP. II.

CAP. II.

1 Loci probantes nō esse idem, valent ad euertendam definitionem.

PAtet autem ex iis quæ dicta fuerunt, omnes locos ad idē *pertinentes*, qui vim habent euertēdi, etiā ad definitionem *refutandam* vtiles *esse*, quemadmodum antea dictum fuit. nisi enim & nomen & oratio idem declarent, constat eam orationem quæ tradita est, non esse definitionem.

2 Loci probantes esse idem, nō sufficiunt ad confirmandam definitionem.

2 *Eorum* autem locorum, qui ad confirmandum valent, nullus vtilis *est* ad definitionem *confirmandam*. non enim satis est probare idem *esse*, quod orationi, & *quod* nomini subiectum *est*, ad definitionem confirmādam: sed & cętera omnia quæ præcepta sunt, definitionem habere oportet.

3 Epilogus

3 Refutare igitur definitionem hoc modo & ex his semper tentandum est.

DE DEFINITIONE CONFIRMANDA.

Tractatus II.

CAP. III.

1 Raro definitio syllogismo concluditur.

QVod si confirmare velimus, primum scire oportet neminem aut paucos eorum qui disputant, definitionem syllogismo concludere, sed omnes eam pro principio sumere: quemadmodum

faciunt, qui circa geometriam, & *qui circa* numeros, & *qui circa* alias eiusmodi disciplinas *versantur*. 2 Deinde *sciendum est*, alius *a* esse tractationis, exquisitè exponere, & quid sit definitio, & quomodo definire oporteat. nunc vero, quod in vsum præsentem sufficit. hoc tantum dicendum *est*, syllogismo concludi posse definitionem & quidditatem. nam si definitio est oratio quæ declarat rei quidditatem: & oportet ea quæ in definitione attribuuntur, etiã in *quæstione* quid est, rei sola attribui: (attribuuntur autem in *quæstione* quid est, genera, & differentiæ) perspicuum *est*, si quis sumpserit ea tantummodo quæ in *quæstione* quid est, rei attribuuntur, orationem quæ hæc ipsa continet, necessario esse definitionem, quia nõ potest esse alia rei definitio. cum nihil aliud in *quæstione* quid est, rei attribuatur. Definitionem igitur syllogismo concludi posse perspicuum *est*.

2 Definit o syllogismo conclud: potest.
a Analytica.

3 Ex quibus autem oporteat eam construere definitum fuit in aliis *libris b* exquisitius. *quod* vero ad propositam methodum *attinet* hi loci vtiles sunt.

4 Considerandum enim est in contrariis, & aliis oppositis, & totas orationes, & per partes inspiciẽdo. 5 Nam si opposita *oratio est* oppositæ *rei definitio*, etiam *oratione* eam quæ dicta est, *rei* propositæ *definitionem* esse necesse *est*.

3 Sequuntur loci vtiles ad probandam definitionem.
b Lib. 2. Posterior ca. 13. & 14.
4 Oppositorum opposita sunt definitiones Hic locus tractatur duobus modis.
5 Primo tota definitione simul considerata. nam si opposita oratio est opposita rei definitio etiam proposita oratio est propositæ rei definitio.

Quoniam autẽ contrariorum plures sunt cõnexiones, sumenda *est* ex contrariis ea quæ maxime videri possit contraria definitio. Totę igitur orationes, quemadmodum dictum est, cõsiderandæ *sunt*. 6 Per partes autem sic. Primũ *ostenditur* genus quod traditum fuit rectè traditum esse. si enim contrarium *est* in contrario *genere*: quod autem propositum fuit, non est in eodem procul dubio erit in cõ-

6 Secundo per partes. Nã contraria sunt in eodem genere vel in contrariis generibus: & contrariis contrariæ differentiæ attribuuntur.

trario: quia necesse *est* contraria vel in eodem genere, vel in contrariis generibus esse.

Ac differentias quoque contrarias attribui contrariis censemus: vt albo & nigro. nam illud dissipandi, hoc colligendi aspectum vim habet. quare si cõtrario contrariæ *differentiæ* attribuũtur: certe ei quod propositũ est, traditę differẽtiæ attribuẽtur.

Quocirca cum & genus & differentiæ recte traditæ sint, patet eam, quæ data est, definitionem esse.

7 Excipiuntur contraria quæ sunt in contrariis generibus: nam iis eadem differentia attribui potest.

7 An non necesse *est*, contrariis contrarias differentias attribui, nisi in eodem genere contraria sint? quorum autem genera contraria *sunt*, nihil prohibet eandem differentiam de ambobus dici; veluti de iustitia & iniustitia: etenim illa *est* virtus, hæc *est* vitium animæ. Quapropter illud *verbum* animæ, *quod est* differentia, de ambobus dicitur: quoniam corporis quoque est virtus & vitium.

8 Contrariorũ vel contraria vel eadem sunt differentiæ.

8 At certe hoc verum *est*, contrariorum vel contrarias vel easdem differentias esse. Si igitur contrario contraria attribuitur, huic vero non *item*: patet eam quæ dicta fuit, huic attribui.

9 Conclusio.

9 Et vt vniuersaliter dicam, cum definitio constet ex genere & differentiis, si rei contrariæ definitio perspicua sit, etiam rei propositæ definitio perspicua erit. Cum enim contrarium vel in eodem genere, vel in contrario sit; similiterque differentiæ vel contrariæ contrariis, vel eædem attribuantur: manifestum est, rei propositæ aut idem genus attribui, quod & contrariæ attribuitur; differentias vero contrarias vel omnes, vel quasdam *tantum*, cum reliquæ *sint* eædem: aut contra differentias easdem, genera autem contraria: aut vtraque contraria, *nempe* & genera & differentias. vtraque enim eadẽ esse non possunt: alioqui eadem erit definitio contrario-

rum. 10. Præterea *ducenda sunt argumenta* à casibus & coniugatis. necesse *est* enim consequentia esse genera generibus, ac definitiones definitionibus. vt puta si obliuio est abiectio scientię: etiam obliuisci erit abiicere scientiam: & oblitum esse, abiecisse scientiam. vno igitur quouis eorum, quæ dixi, concesso, necesse est etiam reliqua concedere. Similiterque si interitus *est* dissolutio essentiæ: etiam interire *erit* dissolui essentiam: & quod habet vim interimendi, habebit vim dissoluendi. item si id quod habet vim interimendi, habet vim dissoluendi essentiam, etiam interitus *erit* dissolutio essentiæ. Similis *est* aliorum ratio. Quare vno quouis sumpto, etiam reliqua omnia conceduntur.

10 II. Coniugatorum definitiones sunt coniugata.

11 Ex iis quoque *argui potest* quæ similiter sunt affecta inter se. nam si salubre habet vim efficiendi sanitatem: id etiam quod valet ad firmam corporis constitutionem, habebit vim efficiendi firmam corporis constitutionem: & quod vtile est, vim habebit efficiendi bonum. quoniam vnumquodque eorum quæ dixi, similiter affectum est ad proprium finem. quare si vnius eorum definitio est, habere vim efficiendi finem, etiam vniuscuiusque reliquorum hæc erit definitio.

11 III. Pone eodem modo affectam esse primā orationem erga primam rem & secundā orationem erga secundam rem: si prima oratio est primæ rei definitio, etiam secunda est secūda definitio.

12 Præterea *ducendum sunt argumenta* ex eo quod magis, & ex eo quod æque *est*, quot modis licet confirmare duobus ad duo comparatis. veluti si magis hæc huius; quam illa, illius definitio *est*: quæ autem minus *esse* videtur, definitio est: etiam *ea* quæ magis *videtur, definitio erit*. Item si æque hæc huius, & illa illius *definitio est*; si altera alterius *est*, etiam reliqua reliqui *erit*.

12 IV. Si prima oratio magis aut æque est definitio primæ rei, quam secunda oratio secundæ rei: si prima est definitio primæ, etiam secunda est definitio secundæ.

13 Vna autem definitione cum duabus *rebus* comparata aut duabus definitionibus cum vna *re*, non *est*

13 Si vna definitio cum duabus rebus, vel duæ definitiones cum vna re conferātur, inde nullum argumentum sumi potest ad definitionem confirmādam.

vtilis *hæc* consideratio ex eo quod magis *est*: quia nec vna duarum *rerum*, nec duæ eiusdem *rei* definitiones esse possunt.

COMMVNIA DE OMNIBVS PROBLEMATIS.

Tractatus III.

De locis præcipuis, & maxime vtilibus.

CAP. IV.

a *Loci maxime vniuersales, sunt maxime vt les & præ ceteris notandi.* a A comparatione, & a propositione

MAXIME autem locorum *omnium* apti sunt ij, quos nunc dixi, *a* nec non ex casibus & coniugatis. ideoque maxime *memoria* tenere, & in promptu habere oportet hos *locos*: (vtilissimi enim *sunt* ad plurima *problemata*) atque etiam ex ceteris eos, qui *sunt* maxime communes: quoniam inter reliquos *sunt* efficacissimi. Cuiusmodi *est* respicere ad singularia: item in speciebus considerare, an *eis* conueniat definitio, quoniam species est synonyma: (est autem vtilis hic locus aduersus eos, qui ponunt ideas esse, quemadmodum antea *b* dictum fuit) præterea *videre*, an nomen per translationem dixit: aut idem sibi ipsi attributum sit quasi diuersum, & si quis alius locus est communis & efficax, eo vtendum *est*.

b Lib. 6. cap. 10. partic. 2.

De facultate, vel difficultate argumentandi.

CAP. V. CAP. III.

DIfficilius autem confirmari quam euerti definitionem, ex iis, quæ deinceps dicentur, perspicuum *erit*. nam & ipsum *interrogantem* videre & ab iis, qui interrogātur, sumere huiusmodi propositiones, non facile *est*. vt pura eorum, quæ in tradita definitione *continentur*, aliud *esse* genus, aliud differentiam: & in *quæstione* quid est, attribui tantummodo genus & differentiam. sine his autem *propositionibus* non potest definitio syllogismo concludi. nam si & quædam alia rei attribuuntur in *quæstione* quid est: non constat, ea-ne quæ dicta est, an altera sit eius definitio: quandoquidem definitio est oratio quidditatem declarans. 2 Sed & ex his manifestum *est*. facilius *est* enim, vnum concludere quam multa. ac refellenti quidem sufficit contra vnam *definitionis partem* disputare. nam si vnam qualemcumque refutauerimus, euersa erit definitio. confirmanti autem necesse *est ea* omnia coagmentare & probare inesse, quæ in definitione *posita sunt*.

1 Definitio facilius euertitur quam confirmatur. Primo, quia difficilius est sumere propositiones ex quibus confirmatur, id est Definitionem constare ex genere, & differentiis: item eā cōtinere omnia & sola attributa in quæstione quid est.

2 Secūdo, quia vnam partem euertere sufficit, confirmare autem omnes oportet.

3 Præterea qui confirmat, vniuersalem syllogismum afferre debet, nam quibus nomen, *iis* omnibus etiam definitionem attribui oportet: & præterea vicissim quibus definitio, etiam nomen, si propria futura est ea definitio quæ tradita est. Ei vero qui refellit, non *est* necesse probare vniuersale: sufficit enim, si probet definitionem de aliquo eorum quæ sub nomine *continentur*, non vere dici. Sed & si vniuersaliter refellere oporteat: ne sic quidem reciprocatio *est* necessaria in refutatione, satis enim

3 Tertio, quia vt definitio confirmetur, probandum est eā attribui definito vniuersaliter, & cum eo reciprocari. euertitur autem, siue probetur nulli, siue non omni attribui, nec probanda est vlla reciprocatio.

eſt, eum qui refutat vniuerſaliter, oſtendere cuidam *eorum* quibus nomen attribuitur, definitionem non attribui. contra autem non neceſſe *eſt* oſtendere, quibus definitio non attribuitur, ne nomen quidem *attribui*.

4 Præterea & ſi omni ei conueniat quod ſub nomine *continetur*, non tamen ſoli: euerſa erit definitio.

5 Similis eſt & proprii & generis ratio. vtraq; enim refellere, quam confirmare facilius *eſt*. 6 *Quod* quidem de proprio perſpicuum *eſt* ex iis quę dicta ſunt: quia plerumque in *verborum* coniunctione proprium traditur. Itaque refellere licet *vel* vno *verbo* reprehenſo: eum vero qui confirmat, omnia ſyllogiſmo concludere neceſſe *eſt*.

7 Fere autem reliqua omnia, quæ ad definitionem *pertinent*, etiam ad proprium aptari poſſunt. nam qui confirmat, oſtendere debet *orationem* iis omnibus conuenire, quæ ſub nomine *continentur*. Refellenti autem ſatis eſt odendere vni non conuenire. ſed & ſi omni conueniat, non tamen ſoli, ſic quoque euerſum erit, quemadmodum & in definitione dicebatur.

8 De genere autem *hinc apparet*: quia confirmatur vno modo, *id eſt*, ſi probetur omni ineſſe: refellitur autem duobus. ſiue enim probetur nulli *ineſſe*, ſiue alicui non ineſſe, euerſum erit quod initio *poſitum fuit quaſi genus*. 9 Præterea confirmanti non ſatis eſt probare, ineſſe: ſed etiam vt genus ineſſe, probandum *eſt*. refellenti autem ſufficit probare alicui non ineſſe, vel nulli *ineſſe*.

10 Videtur autem, vt & in aliis facilius *eſt* corrūpere quam efficere, ſic & in iis refellere quā confirmare.

4 Quarto, quia non eſt bona definitio, etiam ſi omni attribuatur, niſi ſoli cōueniat.

5 Proprium & genus facilius euertūtur, quā confirmantur.

6 Proprium facilius euertitur Primo quia plerumque multis verbis conſtat ita vt omnia ſint confirmanda, vnum autem reprehendere ſufficiat.

7 Secūdo, quia, cum omni conuenire debeat, vniuerſaliter tantum confirmatur: refellitur autem, ſiue probetur nulli, ſiue non omni ineſſe Tertio, quia non tātum omni ſed etiam ſoli conuenire debet.

8 Genus facilius euertitur. Primo quia cōfirmatur vno modo ſi probetur omni ineſſe: refellitur autē duobus modis, id eſt, ſiue nulli ſiue non omni inſit.

9 Secundo quia vt confirmetur, probandum eſt non ſolum ineſſe ſed etiam ineſſe vt genus: refellitur autem non ſolum ſi probetur non ineſſe, ſed etiam ſi probetur nulli aut non omni ineſſe vt genus. 10 Generaliter facilior ſolet eſſe euerſio quā confectio.

11 Quod vero ad accidens attinet, vniuersale facilius refellitur, quam confirmatur. nam confirmãti probandum *est* omni *inesse*: refellenti autem satis est probare vni non inesse contra particulare facilius confirmatur, quam refellitur: quia confirmanti satis est probare cuidã inesse: refellenti autem probandum *est* nulli inesse.

11 Accidens vniuersale facilius euertitur, quam confirmatur particulare è contrario facilius confirmatur, quã euertitur.

12 Perspicuum quoque *est*, cur omnium facillimum *sit* definitionem euertere: cum enim multa dicta sunt, *quæ in definitione seruari debent*, plurima data sunt ad eam *euertendam*, ex plutibus autem citius fit syllogismus: quia verisimile *est*, in multis magis quam in paucis peccari.

12 Definitio facilius euertitur quã cetera problemata. Primo quia plures conditiones in definitione requiruntur.

13 Præterea ad definitionem *euertendã* ex aliis quoque argumenta sumi possunt. siue enim oratio non sit propria: siue id quod traditum est, non sit genus: siue aliquid eorum quæ in definitione *posita sunt*, non insit, euertitur definitio. Ad alia vero *refutanda*, nec quæ ex definitionibus *existunt*, nec cætera omnia argumenta sumi possunt. nam ea sola, quæ ad accidens pertinent, communia sunt iis omnibus, quæ dicta fuerunt: quoniam vnumquodque eorum quæ dicta sunt, inesse debet. Quod si genus non insit vt proprium, non ideo genus genus euersum est. Similiter non *est* necesse proprium *inesse* vt genus: nec accidens, sed inesse dumtaxat. Quare non possunt argumenta ex aliis ad alia transferri, nisi ad definitionem. Patet igitur facillime omniũ infirmari definitionem.

13 Secũdo quia loci aliorũ problematum ad definitionem transferri possunt.

14 Difficillime autem confirmatur. nam & cætera omnia concludi oportet. (nimirum inesse ea omnia quæ dicta fuerunt, & genus esse quod traditũ fuit, & propriam *esse* oratione) & præterea *probandum est* orationem declarare quid *res sit*: idque præclare fa-

14 Definitio difficillime cõfirmatur.

15 Propriũ facilius euertitur & difficilius confirmatur, quam genus vel accidens. ctum esse oportet. 15 Inter cetera vero proprium *est* maxime tale. facilius enim euertitur quia ex multis *verbis* plerumque constat. difficillime autem confirmatur: quia multa oportet coagmentare *atque coniungere*, & propterea probare soli inesse, & cum re reciprocari.

16 Accidens facillime confirmatur. 16 Facillime autem omnium confirmatur accidens. cetera namque non solum inesse, sed etiam ita inesse, probandum *est*: accidens autem inesse tantum probare sufficit.

17 Accidens difficillime omnium refellitur. 17 Difficillimum autem *est* refellere accidens: quia paucissima in eo data sunt. neque enim adsignificatur in accidente, quomodo insit. Quare cetera duobus modis licet refellere, *id est*, vel probando non inesse, vel non ita inesse: accidens autem non licet euertere, nisi probetur non inesse.

18 Epilogus. 18 Loci igitur, ex quibus aduersus singula problemata argumentorum copia nobis suppetet, fere sufficienter enumerati sunt.

ARISTOTELIS TOPICORVM

LIBER VIII.

IVL. PACIO Interprete.

DE INTERROGATIONE.

TRACTATVS I.

De scopo ac nexu huius tractatus cum superioribus, & de propositionibus necessariis, vel non necessariis.

Cap. I.

POST hæc, de dispositione, & quomodo interrogare oporteat, dicendum *est*. Primum autem debet is, qui interrogaturus est, locum inuenire, ex quo argumentetur: deinde interrogare, & disponere singula ipse per se: tertio & postremo hæc dicere contra alterum. Ac loci quidem inuentio æque ad philosophum & ad dialecticum pertinet. eorum autem, *quæ inuenta fuerunt*, dispositio & interrogatio Dialectici *est* propria. quoniam hoc totum aduersus alterum *est*: philosopho autem & ei qui ipse secum ve- Cap. I. 1 *Scopus & nexus.*

ritatem inquirit, curæ non est, si vera sint & nota *ea*, ex quibus *efficitur* syllogismus, nec tamen ea ponat is qui respondet, propterea quod propinqua sint *quæstioni* ab initio *propositæ*, ac prouideat quod euenturum *est*. Quin immo fortasse dat operam, vt axiomata sint maxime nota & *problemati* propinqua: quandoquidem ex his constant syllogismi qui scientiam pariunt. Ac locos quidem, vnde *argumẽta* sumere oportet, superius exposuimus: *nunc* vero de dispositione & interrogatione dicendum *est*, cum ente distinctæ fuerint propositiones, quæ sumendę *sunt* præter necessarias.

2 Necessariæ propositiones vocantur ex quibus syllogismus de re proposita cõficitur.

3 Præter necessarias alię propositiones assumuntur inductionis, amplificationis, occultationis, perspicuitatis causa.

4 Interdum celanda est conclusio.

5 Opponens initio non proponat necessarias propositiones, sed vel vniuersales, per quas hæ syllogismo concluduntur: vel particulares per quas hæ inductione probantur.

2 Necessariæ autem dicuntur *ea* ex quibus syllogismus conficitur.

3 Quæ vero præter has sumuntur, quatuor sunt. vel enim *sumuntur* inductionis causa, vt detur *quod est* vniuersale: vel vt amplificetur oratio: vel vt celetur cõclusio: vel vt magis perspicua sit oratio. Præter has autem nulla propositio *est* sumenda: sed enitendum *est*, vt per has amplificetur *oratio*, vel interrogetur. 4 Quas autem celandæ *conclusionis* causa *adhibemus*, *eas* certandi causa adhibemus. sed quia tota hæc tractatio est aduersus alterum, necesse *est* etiam his *propositionibus* vti.

5 Necessariæ igitur ex quibus syllogismus *conficitur* non statim proponi debent: sed recedendum quã longissime sursum versus. vt puta non est postulãdum, contrariorum eandem *esse* scientiam, si *quis* hoc sumere velit, sed *generaliter* oppositorum. hoc enim posito, etiam contrariorum eandem scientiam *esse* concludet: quoniam contraria in oppositis *numerantur*. Quod si *aduersarius id* non concedat: per inductionem sumendum *est*, propositis singulis cõtrariis. vel enim per syllogismum, vel per inductio-

nem necessariæ propositiones sumi debent, vel aliæ inductione, aliæ syllogismo. Quæ vero sunt valde perspicuæ, etiam ipsas proponere *debemus*.

Obscurius enim semper *est* in recessu & inductione, quod eventurum est. Simulque eas quæ vtiles sunt, proponere, si *quis* illo modo sumere nequeat, in promptu *est*.

6 Quæ vero præter has dictæ fuerunt, sumendæ *sunt* harum ipsarum causa: singulis autem ita vtendum *est*. 7 Inducentem *oportet* à singularibus ad vniuersalia, & à notis ad ignota *progredi*: notiora autem vel absolute, vel multis sunt ea quæ sub sensum *cadunt*. 8 Celantem autem *oportet* prosyllogismis *ea* probare, ex quibus concludendum est, quod ab initio *propositum fuit*: atque hęc quam plurima. Quod quidem fiet, si quis non solum *propositiones* necessarias, sed aliquam etiam ex iis quæ ad hasce vtiles sunt, concludat. 9 Præterea conclusiones dicere non *oportet*, sed postea repente cōcludere. sic enim maxime recedet à thesi initio *proposita*. 10 Et vt vniuersaliter dicam, eum qui celando percontatur, sic interrogare oportet, vt cum totam orationem interrogauerit, & conclusionem dixerit, quæratur quid ita. hoc autem maxime fiet eo quem nunc diximus modo. Si enim sola vltima conclusio dicta fuerit, incertum erit, quomodo efficiatur: propterea quod is qui respondet, ex quibus colligatur, non prouiderit, cum priores syllogismi in membra digesti non fuerint, minime autem in sua mēbra dirigitur syllogismus conclusionis, cum non ponimus eius sumptiones, sed ea ex quib. *sumptiones illæ* concluduntur. 11 Vtile etiam *erit*, non cōtinentia sumere axiomata, ex quibus syllogismi *constant*, sed permiscere, quæ ad hanc & quæ ad illam conclusionem pertinēt. cum enim

6 Non necessariæ propositiones eatenus sūt adhibendæ, quatenus necessariis inseruiunt: 7 Inductio progreditur à particularib. notis ad vniuersalia ignota. 8 Occultationis gratia. Primo, incipiendum est à propositionib. maxime vniuersalibus & remotis à conclusione. 9 Secundo omittantur conclusiones prosyllogismorum. 10 Tertio ea omnia obseruentur, quæ possunt efficere, vt non appareat quo modo conclusio ex dictis inferatur.

11 Quarto misceantur inter se propositiones diuersorum prosyllogismorum.

propria *alicuius conclusionis* iuxta se ponuntur, magis apparet quid ex eis efficietur. 12 Oportet etiā cum fieri potest, definitione sumere vniuersalem propositionem non in iis *de quibus agitur*, sed in coniugatis. nam *qui respondent*, seipsos paralogismo fallunt, cum in coniugato sumpta fuerit definitio, quasi non concedant vniuersale, vt-puta si accipere oporteat, eum qui irascitur, appetere vindictam; & sumatur ira esse appetitus vindictæ, quod aliquis contempsisse videatur. patet. n. hoc sumpto nos habituros esse vniuersale; quod consulto volumus. Cum autem *definitio* proponitur in *iis* ipsis,*de quibus agitur*, sæpe accidit, vt respondens abnuat: quia magis in eo,*de quo agitur* obiectionem *paratam* habet: veluti non omnem qui irascitur, vindictam appetere: quia licet parentibus irascamur, tamen vindictam non appetimus. Fortasse autem hæc obiectio vera non *est*: quoniam à quibusdam satis vltionis *sumimus*, si molestia tantum *eos* afficiamus, & efficiamus vt *eos* pœniteat. habet tamen nescio quam vim persuadendi, vt non iniuria propositio negata esse videatur. sed aduersus iræ definitionem non æque facile *est* obiectionem inuenire.

13 Sexto, proponens fingat se propositiones non sumere propter id de quo agitur sed propter aliud.

13 Præterea *sic* proponere *debemus*, quasi non propter id *de quo agitur*, sed alius causa proponamus. nam *qui respondent*, ea declinant quæ ad thesim *impugnandam* vtilia *sunt*.

14 Septimo, detur opera, vt respondens ignoret vtra contradictionis parte opponens vti velit.

14 Et vt simpliciter dicam: quam maxime incertum efficere *debet is qui interrogat*, vtrum id quod proponit, an oppositum sumere velit. cum enim est obscurum, quid ad thesim *impugnandam* vtile sit; magis quod sibi videtur ponunt.

15 Octauo, interrogetur per comparationem cum re simili.

15 Præterea per similitudinis *collationem* interrogare

oportet

oportet: quoniam & vim habet ad persuadendum, & magis latet quā vniuersale: veluti, & scientia & ignorantia contrariorū *est* eadem :ita etiam sensum contrariorū eundem *esse*, vel cōtrà, quia contrariorum sensus *est* idem, etiam scientiam *esse eandem*. hoc autem est simile inductioni, non tamen idem: illic enim ex singularibus sumitur vniuersale: in similibus vero id quod sumitur, non est vniuersale, sub quo similia contineantur.

16 Oportet etiam ipsum sibi aliquando obiicere: quoniam ij qui respondent, non habent eos suspectos, qui iuste argumentari videntur.

17 Vtile etiam *est*, si quis insuper dicat se id quod passim dici solet, proponere: quia non audent quod solitum est, mutare, nisi obiectionem habeant. item quia talibus ipsi quoque vtuntur, cauent ne ea mutent.

18 Præterea *Vtile est*, non magno studio *in aliquid* incumbere, & si omnino vtile sit: quoniā iis qui magnum studium adhibēt, magis resistunt. 19 Et quasi in collatione proponere. Quod enim propter aliud quiddam proponitur, nec per se vtile *est*, facilius cōcedunt. 20 Præterea non id proponere quod sumi oportet. sed *id* cui hoc consequens est necessario. nam & facilius concedunt, propterea quod non æque perspicuum est, quid ex his efficietur: & si hoc sumptum fuerit, illud quoq; sumptum erit.

21 Ac postremo *loco* interrogare *aliquis debet*, quod præcipue vult sumere. Maxime enim prima negāt: quia plurimi eorum qui interrogant, primum ea dicunt, in quibus maxime studium ponunt.

22 Sed aduersus nonnullos primum ea, quæ sunt eiusmodi, proponere *oportet*. nam proterui prima maxime concedunt, nisi omnino sit perspicuum,

16 Nono interrogans sibi ipsi obiiciat.

17 Decimo, opponens dicat se id proponere quod passim dici solet.

18 Vndecimo, interrogans, nō magno studio in id incumbat quod sibi conced cupit.

19 Duodecimo, id quod per se ad rem facit, proponatur in collatione quasi alterius gratia.

20 Decimotertio, non proponatur quod sumi oportet, sed quod ei est consequens.

21 Decimoquarto, propositiones quæ maxime contra thesin vacent, vltimo loco proponantur.

22 Decimoquinto, eædem propositiones contra proteruos primo loco ponantur.

quid sit euenturum: ad postremũ vero difficiles sunt & proterui. Similiter faciunt, quicumque putant *se* acutos esse in respondendo: plurimis enim positis *& concessis*, in fine argutiolis & quasi præstigiis vtuntur, quasi non colligatur ex iis quę posita sunt: facile autem concedunt, habitu freti, putantesque *se* nihil passuros esse. 23 Præterea *vtile est* producere *orationem*, & interiicere ea quæ nihil ad disputationem faciunt, quemadmodum *faciunt ij* qui falso *quidpiam* scribunt. cum enim multa sunt, incertum *est*, in quo falsitas *consistat*. Itaque interdum latent, qui interrogant, obscure & occulte proponentes ea quæ per se proposita non concederentur. 24 Ad occultandum igitur, iis quæ dicta sunt, vti oportet.

23 Decimosexto, oratio producatur: & ea interiiciantur, quæ ad rem non faciunt.

24 Epilogus. CAP. II.

25 Ornatus causa inductio ac diuisio adhibeantur.

25 Ad ornatum autem, inductione ac diuisione eorum quæ eiusdem generis sunt. Et inductio quidem quid sit, manifestum *est*. Diuisio autem *est* talis: veluti scientiam scientia meliorem *esse*, vel quia exquisitior, vel quia *rerum* meliorum *est*: & scientiarum alias *esse* contemplatiuas, alias actiuas, alias effectiuas. hæc enim singula exornant orationem, neque necesse *est* vt dicantur ad conclusionem *efficiendam*.

ARgumentatio autem eſt perſpicua, vno modo *eo*que maxime vulgari, ſi ita concludat, vt nihil *amplius* oporteat interrogare.

2 Altero qui etiam maxime dicitur, cum ſumpta ſunt *ea*, ex quibus eſſe neceſſe *eſt*, *quod concluditur*, ſed ex concluſionibus concludit.

3 Præterea ſi quid deſit, quod ſit valde probabile.

4 Falſa vero argumentatio vocatur quatuor modis. Vno modo, cum videtur concludere, neque coucludit: qui *quidem* vocatur ſyllogiſmus contentioſus.

5 Alio *modo*, cum *aliquid* concludit, ſed quod non *pertinet* ad *problema* propoſitum. quod iis maxime accidit, qui ad impoſſibile ducunt.

6 Aut *id* quidem concludit, *quod* ad propoſitum *pertinet*, non tamen ſecundum propriam methodum. hoc autem eſt, ſi *argumentatio quæ* non *eſt* medica, videatur eſſe medica: aut *videatur eſſe* geometrica, *ea*, quæ non *eſt* geometrica: aut dialectica, *ea* quæ non *eſt* dialectica: ſiue verum, ſiue falſum ſit, quod efficitur.

7 Alio modo ſi ex falſis concludat. huius autem *argumentationis* aliquando concluſio falſa *eſt*, aliquando vera. nam falſum quidem ſemper ex falſis con-

1 Argumentatio eſt perſpicua tribus modis: Primo, quæ ex per ſe manifeſtis concludit.

2 Secundo. quæ ex probatis concludit.

3 Tertio qui aliquid deeſt, quod facile ſuppleri poteſt. quia eſt valde probabile.

CAP. V.

4 Falſa ratio dicitur quatuor modis. Adde prior. li. 2. c. 18 *Primo, cum videtur concludere neque concludit.*

5 Secundo, cum concludit non contra theſim.

6 Tertio. cum falſa videtur eſſe demonſtratio.

7 Quarto, ſi ex falſis concludit ſiue verum, ſiue falſum.

cluditur: verum autem licet etiam ex non veris *concludere*, quemadmodum & antea *a* dictum fuit.

8 Quod igitur falsa sit argumentatio, peccatum *est* potius argumentantis, quam argumentationis: immo neque argumentantis semper, sed *tum demum*, cum ignorat se falsam quandam argumentationem dixisse. quoniam per se multis veris *argumentationibus eam* magis probamus, quæ ex iis quæ maxime videntur, aliquid verum euertit. nam quæ talis est, *quorumdam* verorum demonstratio est. oportet enim eorum, quæ posita sunt quidpiam non esse omnino. quocirca erit huius demonstratio.

† Quod si verum concludat ex falsis & valde futilibus, certe multis falsum colligentibus deterior erit. potest autem talis esse *b*, & quæ falsum concludit.

9 Quare patet primam *esse* considerationem argumentationis per se, an concludat: secundam, vtrum verum, an falsum *concludat*: tertiam ex quibus.

† Nam si ex falsis, atque probabilibus logica *est*. si ex iis quæ sunt vera, sed non probabilia, *est* praua. si vero ea sint & falsa & valde improbabilia, patet argumentationem prauam esse aut simpliciter, aut *ratione* rei *qua de agitur*.

a Cap. 1. partic. 14.

8 Quod argumentatio ex falsis constet, peccatum est potius argumentantis qui debuit vti veris propositionibus, quam argumentationis quæ potest ex falsis verum concludere. Tum demum autem est peccatum argumentantis, cum falsas accipit pro veris: secus si ex falsis ducat ad impossibile.

† *Argumentatio quæ verum ex falsis concludit, multis falsum colligentibus est deterior.*

b Ex futilibus constare

9 Respondens primo dispiciat an argumentatio concludat: secundo, vtrum verum, an falsum concludat: tertio ex quibus concludat: vbi potius requiritur vt propositiones sint veræ, quam vt sint probabiles.

De petitione eius quod initio propositum fuit, vel contrariorum. CAP. XIII.

1 QVod autem in principio *quæsitum est*, & contraria quomodo petat is qui interrogat, secundum veritatem, in Analyticis *a* dictum est: secundum opinionem autem, nunc dicendum.

1 De petitione quæsiti & contrariorum aliter agitur hic, alias in Analyticis.

a Prior. lib. 2. cap. 15 & 16.

2 Petere videntur, quod in principio *quæsitum fuit*, quinque modis.

2 Petitur quæsitum quinque modis.

3 Manifestissimè & primo, si quis *id* ipsum petat quod probare oportet. hoc autem in *eo* ipso non facile latet: sed magis in synonymis, & in quibus nomen ac definitio idem significat.

3 Primo si id ipsum petatur, quod est probandum siue retento eodem vocabulo, siue sumpto alio eiusdem significationis.

4 Secundo cum id quod in parte demonstrari oportet, vniuersaliter aliquis petit: veluti *cum* probaturus contrariorum vnam *esse* scientiam, omnino oppositorum vnam esse, sibi concedi postulat: videtur enim, quod oportebat per se probare, vna cum pluribus aliis petere.

4 Secundo cũ id, quod in parte est probandum, vniuersaliter petitur.

5 Tertio si quis, cum vniuersale probare instituerit, in parte petat, veluti si, cum propositum sit, *ad probandum* omnium contrariorum *esse vnam scientiam*, petat sibi concedi certorum quorundam *contrariorum vnam esse*. nam & hic videtur, quod cum pluribus oportebat probare, per se ac separatim petere.

5 Tertio, cum probandum vniuersaliter, petitur in parte.

6 Rursus, si quis, diuiso *problemate*, *id* petat quod propositum est ad disputandum. veluti si, cum probare oporteat medicinam *esse* salubrium & insalubrium, separatim vtrumque petat.

6 Quarto, si quod est coniunctim probandũ, petatur separatim.

7 Aut si quis eorum, quæ se inuicem necessario cõsequuntur, alterum petat: vt latus cum diametro cõmunem habere mensuram, cũ demõstrare oporteat diametrum *habere communem mensuram* cũ latere.

7 Quinto, si duorum quæ reciprocantur, alterum sit probandum, & alterum petatur.

8 Contraria similiter petuntur quinque modis.

9 Primo si petantur affirmatio & negatio contraria.

10 Secundo, si petantur affirmationes contrariæ.

11 Tertio si petantur contradicentes.

12 Quarto, si petatur contrarium ei quod propositionibus positis est consequens.

13. Quinto, si duo petantur, quibus consequens est contradictio aliqua.

14 Petitio quæsiti spectatur in conclusione: petitio autem contrariorum, in propositionibus.

8 Tot autem modis & contraria petuntur, quot initio *quæsitum*.

9 Ac primum, si quis contrarias postulet affirmationem & negationem.

10 Secundo *si* contraria secundum oppositionem; veluti bonum & malum esse idem.

11 Tertio si quis cùm vniuersale sibi concedi postulauerit, *mox* in parte contradictionem petat, veluti si *hoc* sumpto *axiomate*, contrariorum vnam *esse* scientiam, salubris & insalubris diuersam *esse* postulet sibi concedi. aut hoc postulato, in vniuersali oppositionem sumere conetur.

12 Rursus, si quis petat contrarium ei quod necessario efficitur ex iis, quæ posita sunt.

13 Necnon si quis ipsa quidem opposita non sumat, sed duo eiusmodi petat, ex quibus sequetur opposita contradictio.

14 *Hoc* autem differunt, sumere contraria & *petere* quod initio *quæsitum fuit*: quod huius peccatum ad conclusionem pertinet: nam ad eam respicientes dicimus peti quod initio *quæsitum fuit*. contraria vero in propositionibus cernuntur: nempe quia certo quodam modo sunt inter se affectæ.

DE EXERCITATIONE.

Tractatus III.

CAP. XVI.

CAP. XIV.

EXERCITATIONIS autem & meditandarum huiuſcemodi diſputationum cauſa, primum aſſueſcere oportet in argumentationibus conuertendis. ſic enim & ad id, de quo diſſeritur, maior nobis copia ſuppetet, & in paucis multas argumentationes probe ſciemus. nam conuertere eſt, tranſſumpta concluſione, cum reliquis interrogationibus euertere aliquid eorum, quæ data ſunt. neceſſe enim *eſt*, ſi concluſio non ſit, aliquam propoſitionum euerti: ſiquidem his omnibus poſitis neceſſe erat concluſionem eſſe.

1 Exerceri oportet in conuertendis argumentationibus. De hac conuersione vide Prior lib. 2. c. 8. 9 10.

2 Ad omnem etiam theſim in vtramque partem argumentatio conſideranda *eſt*: & *hac* inuenta, ſolutio ſtatim *eſt* quærenda: ſic enim fiet, & vt ad interrogandum & ad reſpondendum exercitati ſimus. & ſi nemo alius ſit quo cum *diſputemus*, per noſmetipſos *id faciendum*: & comparari inter ſe debent ſelecta ad oppoſitionem argumenta. hoc enim & ad vrgendum magnam copiam parit, & ad redarguendum magnum affert adiumentum, cum alicui ſuppetunt argumenta in vtramque partem: ſic enim fiet, vt aduerſarium oporteat ſibi à contrariis cauere. Ad cognitionem quoque ad philoſophicam prudentiam non eſt exiguum inſtrumentum, poſſe perſpicere & *iam* perſpexiſſe, quid ex vtraque hypo-

2 De quacunque theſi conſideretur argumentatio in vtramque partē, & quæratur argumentationis ſolutio.

thesi eueniat. *tantum* enim reliquum erit, vt horum alterum recte eligatur.

3 Naturali ingenii bonitate est opus, vt discerni possit verum a falso.

3 Sed ad id oportet esse natura bene informatum: atque hæc reuera est naturæ bonitas, posse recte eligere verum, ac declinare falsum: quod quidem ij, qui bene à natura sunt informati, possunt recte facere. nam qui recte diligunt & oderunt quod affertur, hi seligunt quod *est* optimum.

4 Scientiæ sunt argumentationes de problematis, de quibus sæpe disputari solet.

4 Ac de problematis quæ sæpe *in disputationem* incidunt, argumentationes probe scire oportet.

5 Item de primis thesibus.

5 Et maxime de primis thesibus. in his enim *ea quæ* afferuntur, respondentes fastidiunt sæpe *ac respuunt*.

6 Paretur copia definitionis.

6 Præterea & definitionibus abundare oportet, & eorum quæ probabilia primaque sunt, *definitiones* in promptu habere. Ex his enim syllogismi conficiuntur.

7 Memoriæ mandentur loci illi, in quos sæpe disputationes incidunt, vt à coniugatis, ab oppositis, & c.

7 Enitendum quoque *est*, vt ea teneamus, in quæ sæpe numero disputationes incidunt.

8 Sic geometræ in promptu habere debent prima elementa: & arithmetici cephalismos, id est, multiplicationem numerorum vsque ad denarium.

8 Nam vt in Geometria è re *est* in elementis esse exercitatum, & in numeris summa capita in promptu habere, multum confert ad cognoscendum alium quoque numerum multiplicatum: similiter & in disputationibus *vtile est*, in principiis promptum esse, & propositiones memoriter tenere. Quemadmodum enim in memoratiua *animæ facultate* tantum loci positi, statim faciunt eadem meminisse: *ita* etiam hæc efficiunt maxime syllogisticum, quod ad ipsas *propositiones* numero definitas respiciatur.

9 Memoriæ mandetur potius propositio communis quã tota argumentatio.

9 Ac propositionem communem potius quam argumentationem memoriæ mandare oportet: principij namque & hypothesis copiam habere, mediocriter difficile *est*.

10 Vna argumentatio generalis diuidatur in multas speciales.

10 Præterea ex vna argumentatione multas facere assuescendum *est*, quam obscurissime dissimulan-

do.quod quidem fiet, si quis quam lōgissime recedat à cognatione *eorum*, de quibus *instituta est* disputatio. Possunt autē argumentationes illæ hoc ferre quæ sunt maxime vniuersales: veluti, nō esse vnam multarum *rerum* scientiam: sic enim & in relatis, & in contrariis, & in coniugatis erit. 11 Oportet enim rationum commentarios vniuersales fieri, etiam si disputatum sit in parte. sic enim ex vna plures facere licebit. Similis est in Rhetoricis enthymematum ratio. Ipse autem *differens* quam maxime *poterit*, vniuersale declinabit in afferendis syllogismis. 12 Ac semper videre oportet, an argumentationes in communibus versentur. omnes enim particulares *argumentationes* etiam in vniuersali versantur, & inest in probatione particulari demonstratio ipsius vniuersalis, quia nihil syllogismo concludi potest sine vniuersali.

13 Instituenda autem est exercitatio inductiua *probationum* erga iuniores: syllogisticarum vero, erga peritos.

14 Enitendum autem est, vt ab iis, qui apti sunt ad conficiendos syllogismos, accipiantur propositiones: ab iis, qui inducendi facultate sunt præditi similitudines *sumantur*: in his enim vtrique sunt exercitati. 15 Et omnino ex dialectica exercitatione enitendum *est* referre aut syllogismum de *re* aliqua, aut propositionem, aut obiectionem: aut *notare* rectene quispiam interrogarit, an non recte, siue ipse, siue alius & qua ratione vtrumque acciderit: in his enim *posita est differendi* facultas: & *huius* facultatis gratia exercitatio instituitur: præsertim in propositionibus, & obiectionibus. *is* enim est (vt vno verbo dicam) dialecticus, qui est ad proponendum, & obiiciendum aptus: est autem proponere, vnum

11 Referantur in commentariorum rationes vniuersales, etiam si sumantur ex disputationibus particularibus. In disputando autem opponens declinet vniuersale quam maxime potest.

12 In omni argumentatione est aliquid vniuersale.

13 Instituatur exercitatio cū iunioribus per inductiones cū peritis per syllogismos. Confer hunc locum cū cap. 2 part. 1.

14 Ab iis qui sunt apti ad syllogismos cōficiendos, propositiones: ab iis qui inductionib. valent similitudines, sumantur.

15 Ex omni disputatione aliquid colligatur quod in posterum vsui esse possit.

facere ex multis: quoniam oportet in toto sumere *id* ad quod argumētatio *refertur*. obiicere autem *est* vnum ex multis facere: aut enim distinguit, aut refellit, partim concedens, partim negans, *quæ* proposita fuerunt.

16 Non est disputandum cum hominibus protervis.

16 Non *est* autem cū quouis disputandum, neque aduersus quemuis exercitatio instituēda: quoniam necesse est aduersus nōnullos prauas fieri argumentationes. nam aduersus eū, qui omnino nititur vt videatur effugere, licet quidem omnem conatum adhibere, vt syllogismo cōcludatur, sed non decet. Quare non oportet cum quibusuis facile congredi. *inde* enim necessario accidit *vt* praua *sit* disputatio. etenim qui se exercent, nequeunt sibi temperare, quominus differant contensiose.

17 In promptu habeantur argumentationes vniuersales aduersus ea problemata de quibus paucæ rationes suppetunt.

17 Oportet etiam paratas argumentationes habere aduersus eiusmodi problemata: in quibus cum paucæ *argumentationes* suppetant, aduersus plurima *problemata* vtiles erunt. Hæ vero sunt *argumentationes* vniuersales, & quas adsumere ex rebus passim obuiis difficile *est*.

ARISTOTELIS DE SOPHISTICIS ELENCHIS, LIBER VNVS.

IVL. PACIO Interprete.

AN SINT ARGVMENTATIONES SOPHISTICÆ.

TRACTATVS I.

CAP. I.

CAP. I.

1 *Argumentū huius operis.*

DE sophisticis autem elēchis, & iis qui, cum videantur esse elenchi, sunt paralogismi, non elēchi, dicamus, sumpto initio secundum naturam à primis.

2 *Alii sunt syllogismi, alii esse videntur.*

2 Alios igitur esse syllogismos: alios cum non sint, videri, perspicuum *est*. quemadmodum enim & in aliis rebus hoc fit ob quandam similitudinem, ita etiam in argumentationibus accidit. Etenim habitum *corporis* alii bene *constitutum* habent: alii *habere* videntur, instar tribuariarum hostiarum tumentes, & apparentes semetipsos. & pulchri alii *sunt*

propter pulchritudinem, alii per fucum videntur. In rebus etiam inanimis itidem *se res habet*: harum enim quædam argentum, quædam aurum sunt reuera: aliæ, cum non sint, tamen, quod ad sensum videntur *esse*: vt lithargyrina & stannea *videntur esse* argentea: quæ vero felle tincta sunt, aurea. Eodem modo & syllogismus & elenchus alias est *re vera*, alias non est, sed *esse* videtur propter imperitiam: nam imperiti, quasi procul distantes, contemplantur. 3 Syllogismus enim ex quibusdam est *sic* positis, vt necessario aliquid ab iis quæ sunt posita diuersum colligatur ob ea quæ posita sunt. 4 Elenchus autem *est* syllogismus cum contradictione cõclusionis. 5 Hi vero hoc quidem non faciunt, sed *facere* multis de causis videntur: quorum vnus *est* locus naturæ conuenientissimus & vulgatissimus ex *rerum* nominibus. cum enim non liceat res ipsas per se in disserendo afferre, sed nominibus vice rerum vtamur *tamquam* notis: id quod in nominibus euenit, etiam in rebus putamus euenire, quemadmodum in calculis accidit iis qui rationes subducunt. Hoc vero non est simile: nomina enim sunt finita, & orationum multitudo: res autem numero infinitæ sunt: necesse igitur *est*, vt eadem oratio vnumque nomẽ plura significet. sicut igitur ibi qui calculorum vsum non tenent: à scientibus circumueniuntur: eodem modo & in disputationibus, qui nominum potestatis *sunt* imperiti, paralogismis decipiuntur, & cum ipsi disputant, & cum alios audiunt. Ergo & ob hanc causam, & ob eas quæ *posterius* dicentur, est tam syllogismus quam elenchus, qui videtur, cum non sit.

3 Syllogismi definitio. Vide Prior lib 1. c. 1 partic. 8. & Topic. lib. 1. cap. 1 part. 3.

4 Elenchi definitio

5 Quidem falso videntur esse elenchi, vel propter homonymiam, vel propter aliam causam.

CAP. II.

6 Qui videntur elenchi ad sophistam: quia sophistæ magis videri sa-

6 Quando autem nonnullis magis è re est videri sapientes, quam esse, nec videri: (nam sophistice

est sapientia quæ videtur, cum *re vera* non sit, & sophista *est*, qui quæstum captat ex *ea* sapientia quæ videtur *esse*, nec est) patet his magis opus esse vt sapientis officium facere videantur, quam vt faciant, nec videantur. est autem (vt singula cum singulis conferam) officium in quaque re scientis, nec mentiri ipsum in iis quæ nouit, & posse *alium* mentientem patefacere: quorum alterum in rationis reddendæ, alterum in sumendæ facultate *positum est*. Necesse igitur, vt qui sophistice cauillari volunt, dictarum argumentationum genus quærant. nam è re est: huiusmodi namque facultas sapientem videri faciet: quod *quidem* hi præeligunt. *piens, vt quæstum faciat, quam esse sapiens.*

7 Esse igitur eiusmodi quoddam argumentationum genus, & huiuscemodi facultatem *eos* expetere, quos vocamus sophistas, manifestum *est*. *7 Epilogus.*

DE SCOPIS SOPHISTARVM.

Tractatus II.

CAP. II.

1 QVot vero sint species argumentationum sophisticarum, & quot numero *sint ea* ex *quibus* hæc facultas constet, & quot partes sint huius tractationis, ac de aliis conducentibus ad hanc artem, iam dicamus. *1 Quæ sint deinceps explicanda.*

2 Argumentationum genera quatuor.

2 Sunt igitur argumentationum, quarum in disserendo *est usus*, genera quatuor. Didascalicæ, Dialecticæ, Tentatiuæ, & Litigiosæ. Didascalicæ *sunt*, quę ex propriis cuiusque disciplinæ principiis, non ex respondentis opinionibus concludunt: oportet enim discentem credere. Dialecticæ vero, quæ ex probabilibus aptæ sunt ad cōcludendam contradictionem. Tentatiuæ autem, quæ ex iis quæ respondenti videntur, & quæ necesse est eum scire qui sibi scientiam arrogat: quo autem modo, definitum est in aliis *libris*. Litigiosæ vero, quæ ex iis, quæ videntur probabilia, cum *reuera talia* non sint, aptæ sunt ad concludendum, aut videntur aptæ ad concludendum.

3 Scopus & nexus huius libri
a In Topicis.

3 Ergo de didascalicis & demonstratiuis, in Analyticis dictum fuit: de dialecticis vero ac tentatiuis, in aliis *libris a*. de contentiosis autem ac litigiosis nunc dicamus.

Scopi Sophistarum. CAP. III.

CAP. III.
1 Enarrandi sunt scopi sophistarum.

PRimum autem sumendum *est*, ad quod colliment, qui in disputationibus contendunt, ac vincere student.

2 Scopi sophistarum sunt quinque.

2 Hæc vero quinque numero sunt, elenchus, falsum, inopinabile, solœcismus: & quintum, efficere vt is quicum disputat, nugetur: hoc vero est, cogere vt sæpius idem dicat: aut quod non est, sed videtur esse quoduis horum. 3 Maxime igitur *hoc* præligant, vt videantur elencho redarguere: secundo *vt* de aliqua re mentiri ostendant: tertio, *vt* ad inopinabile ducant: quarto, *vt* solœcismum committere faciant: hoc est, efficiant argumentatione, vt respondens barbare loquatur: postremo, *vt* sæpius idem dicere *cogant*.

3 Inter dictos scopos est certus ordo, quem Aristoteles hic declarat.

DE

DE INVENTIONE.

Tractatus III.

De fallaciis in dictione consistentibus.

CAP. IV.

Modi autem elenchis redarguendi duo sunt. alii namque sunt in dictione, alii extra dictionem.

1 Loci elenchorum sophisticorum partim in dictione consistunt, partim extra dictionem.

2 Sunt autem, quæ dictionis ratione *elenchum* videri faciunt, numero sex: hæc vero sunt, homonymia, amphibolia, compositio, diuisio, accentus, & figura dictionis. Huius *rei* fides fit inductione, & syllogismo: cum quia si sumatur alius quispiam *modus ad aliquem ex his referri poterit*; tum etiam quia tot modis possumus iisdem nominibus & orationibus non idem significare.

2 In dictione sunt sex.

3 Ex homonymia sunt eiusmodi argumentationes: veluti, eos qui sciunt, μανθάνειν: quoniam ea quæ memoriter recitantur, Grammatici μανθάνουσι. nam *verbum* μανθάνειν est homonymum, *quod significat* & intelligere vtendo scientia, & acquirere scientiam. Rursus mala *esse* bona: quoniam τὰ δέοντα *sunt* bona: quæ vero *sunt* mala, *sunt* δέοντα. nam duplex est τὸ δέον: *nimirum* & quod necessarium *est*, quod & in malis sæpe euenit: (est enim malum quidpiam, necessarium) & bona quoque δέοντα esse dicimus. Præterea, eundem sedere ac stare, & ægrotare ac valere. nã qui surgebat, stat; & qui conualesc-

3 Homonymia.

cebat, valet: surgebat autem sedens, & conualescebat ægrotans: etenim ægrotantem quoduis facere aut pati, non vnum significat: sed interdum eum qui nunc ægrotat, vel sedet: interdum vero *eum* qui ægrotabat prius, *vel sedebat*. Verumtamen conualescebat & ægrotans & ; ægrotans: valet autem, non ægrotans, sed ; ægrotans, non *qui* nunc, sed *qui* prius. 4 Ex amphibolia *ducuntur* hæ *rationes*. Velle capere me hostes. & Num quod quispiam cognoscit, hoc cognoscit? nam & qui cognoscit, & quod cognoscitur, potest ceu cognoscens significari hac oratione, & Nunquid quod quis videt, hoc videt? videt autem columnam: quare videt columna. &, Num quod tu dicis esse, hoc tu dicis esse? dicis autem lapidem esse: tu igitur dicis lapis esse: &, Num licet σιγῶντα dicere? duplex enim hoc quoque est σιγῶντα dicere: *quia* & cum silere *significat*, qui dicit, & ea quæ dicuntur.

4 II Amphibolia.

5 Sunt autem tres modi *argumentationum*, *quæ* ab homonymia & amphibolia *sumuntur*. vnus, cum oratio, vel nomē propriè multa significat, vt aquila, & canis. alter, cum soliti sumus ita loqui. tertius, quando coniunctum plura significat, separatum vero simpliciter *accipitur*: vt scire litteras. ponatur enim vtrumque, vnam rem significare, & scire, (*inquam*) & literas: tamen ambo *simul iuncta* plures res *significant*, *nempe* aut ipsas literas habere scientiam, aut literarum alium. Ergo amphibolia & homonymia his modis continentur.

5 Homonymia & amphibolia mod. tres sunt.

6 Ad compositionem autem hæc *referuntur*: veluti, posse sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Non enim idem valet, si quis separatim dixerit & coniunctim, posse sedentem ambulare, & non scribentem scribere. Atque hoc itidem si quis

6 III Cōpositio

coniunxerit, non scribentem scribere: significat enim habere potestatem, vt non scribendo scribat. Si vero non coniunxerit, habere potestatem, quando non scribit, vt scribat. Ac, Discit nunc literas, siquidem didicit, quæ scit. Præterea, eum, qui vnam tantum ferre potest, multa ferre posse. 7. Ad diuisionem autem *hæc pertinent*: Quinq; esse duo & tria, atq; imparia & paria & *quod* maius *est*, *esse* æquale: tantum n. *esse*, & etiamnum amplius, nam eadem oratio diuisa, & coniuncta non semper idem significare videtur: veluti. 7 *IV. Diuisio.*

Ego te reddidi seruum existentem liberum.

Et illud.

Quinquaginta e viris centum liquit diuus Achilles.

8 Ex accentu vero in non scriptis dissertationibus haud facile est efficere argumentationem: sed in scriptis, & poëmatis potius, sicut Homerum nonnulli tuentur aduersus eos, à quibus reprehenditur, quasi absurde dixerit, 8 *V. Accentus.*

--- τὸ μὲν οὐ καταπύθεται ὄμβρῳ.

hoc enim per accentum soluunt. dicentes illud accentu acuto *esse notandum*. Sed & illud de Agamemnonis somnio *defendunt*, quia non ipse Iupiter dixit,

--- δίδομεν δέ οἱ εὖχος ἀρέσθαι,

sed somnio mandauit διδόναι. Quæ igitur *sunt* eiusmodi, ex accentu sumuntur.

9 Hæ vero *argumentationes* ex figura dictionis ducūtur, cum quis eodem modo interpretatur, quod non idē *est*: veluti masculum *vt* feminā, aut feminā *vt* masculum, aut neutrum *vt* alterum horum: vel rursus quantum *vt* quale, aut quale *vt* quantū, aut faciēs *vt* patiens, aut affectū *vt* faciēs, & cætera, vt antea diuisa fuerūt. nam fieri potest, vt quod nō est 9 *VI. Figura dict. onis.*

in faciendi *categoria*, perinde quasi in ea sit dictione significetur. vt puta valere simili dicendi forma effertur, qua secare vel ædificare: quamquam illud, quale quidpiam, & certo modo affectum declarat: hoc vero, aliquid facere. Eodem modo & in aliis *res habet*. 10 Qui igitur ex dictione elenchi *ducuntur*, his modis fiunt.

De fallaciis extra dictionem.

Cap. V.

Cap. IV. 1 Extra dictionem sũt septem loci sophisticorũ elenchorum.

Paralogismorum autem qui extra dictionem *consistunt*, species sunt septem: vna ex accidente: secunda *quia* simpliciter, vel non simpliciter, sed quadam tenus, vel alicubi, vel aliquando, vel ad aliquid dicitur: tertio ob elenchi ignorantiam: quarta ex consequenti: quinta, quia sumitur, quod initio *quæsitum fuit*: sexta, quia non causa vt causa ponitur: septima, quia multæ interrogationes pro vna accipiuntur.

2 I. Ex accidente.

2 Ex accidente igitur paralogismi sunt, cum quiduis postulatum fuerit æque rei atque accidenti inesse. cum enim multa eidem accidant, non *est* necesse & attributis & subiecto hæc omnia inesse: alioqui omnia erunt eadem, vt sophistæ dicunt, veluti si Coriscus *est* diuersus ab homine, ipse à se ipso diuersus *erit*, quoniam homo est. aut si à Socrate *est* diuersus, Socrates autem *est* homo, diuersum *esse* ab homine aiunt concessisse: propterea quod à quo diuersum esse dixit, ei accidit vt sit homo.

3 II. Ex eo quod dicitur simpliciter vel quadamtenus.

3 Si vero *sunt* ex eo quod simpliciter tale dicitur, vel quadamtenus, non proprie; cum id quod in parte dicitur, vt simpliciter dictum sumitur. Veluti

si quis colligat, si id quod non est, opinabile est, id quod nõ est, esse. non enim idem *valent*, esse aliquid *tale*, & esse simpliciter. Aut rursus *si quis concludat* id quod est non esse, si non est aliquid eorum quæ sunt. verbi gratia, si non *est* homo. non enim idem *valent*, non esse aliquid *tale*, & simpliciter non esse. Videtur autem *vtrumque recte colligi*, propter vicinitatem dictionis, & exiguitatem discriminis, quod est inter esse aliquid & esse, necnon inter non esse aliquid & non esse. Similiter *paralogismi ducuntur* ex eo quod quadamtenus & simpliciter *dicitur*. Vt puta, si Indus, cum sit totus niger, albus est dentes: albus igitur & non albus est. Aut, si ambo quadamtenus *insunt*, contraria simul inesse. Porro huiusmodi *paralogismum* in nonnullis *orationibus* animaduertere cuiuis facile est: vtputa si *quis*, cum sumpserit Æthiopem esse nigrum, roget, an *sit* albus dentes: perfecta igitur interrogatione, arbitretur syllogistice disputatum, *ac probatum Æthiopem esse* nigrum & non nigrum. In quibusdam autem sæpe latet: *nempe* in quibus, cum quadamtenus dicitur, consequi videtur, *vt* etiam simpliciter *dicatur*: & in quibus non facile *est* perspicere, vtrum proprie *sit* attribuẽdum. hoc autem *in iis* euenit, in quibus opposita pariter insunt. nam aut ambo, aut neutrum inesse, *siue* attribui, dandum videtur. vt puta *si totius cuiusdam* dimidium *sit* album, dimidium nigrum, vtrum *id* album an nigrum *est*?

4 Hi vero *paralogismi* fiunt, quia non est definitum, quid sit syllogismus, vel quid elẽchus, sed omissa est definitio. Elenchus enim est contradictio vnius & eiusdẽ, non nominis, sed rei ac nominis, non synonymi, sed eiusdẽ: *quæ* ex concessis necessario *colligitur*, non cõnumerato eo quod in principio *quæsitum* *4 III Ignoratio elenchi.*

fuit & *ſumitur* ſecundem idem,& ad idem,eodemque modo,& eodem tempore. Eodem autem modo & mentiri de aliquo *contingit*. Nonnulli vero,aliquo horum prætermiſſo, videntur elencho redarguere. vtputa idem eſſe duplum & non duplum: quoniam duo vnius dupla *ſunt*, trium vero non dupla.aut ſi idem eſt eiuſdem duplum & non duplum, non tamen ſecundum idem, ſed ſecundum longitudinem duplum, ſecundum latitudinem non duplum.aut ſi eiuſdem, & ſecundum idem, & eodem modo,ſed non ſimul:idcirco eſt ſpecie tantum elenchus.Sed hic *paralogiſmus* & ad eos referri poteſt qui in dictione *conſiſtunt*.

5 IV. Petitio quæſiti.

5 Qui autem ex eo *oriuntur* quod ſumitur *quæſitum* initio *propoſitum*, iiſdem & tot modis fiunt, quot modis accidit id quod ab initio quæſitum eſt, peti. videntur autem redarguere: quia diſcerni non poteſt, quod *eſt* idem, & quod diuerſum. 6. Propter conſequens elenchus *videtur*, quia *nonnulli* putant reciprocari conſecutionem. quando enim, ſi illud ſit,neceſſario hoc eſt, etiam putant,ſi hoc ſit, alterum neceſſario eſſe,vnde etiam in opinione ex ſenſu deceptiones fiunt. ſæpe enim fel pro melle accipimus, quia melli conſequens eſt flauus color: & quoniam accidit,vt terra, cum pluit, madefiat, etiã pluiſſe exiſtimamus,ſi madida ſit *terra*; ſed hoc non *eſt* neceſſarium. 7. Oratoriæ quoque demonſtrationes quæ à ſigno ducuntur, ex conſequentibus ſunt. nam volentes oſtendere mœchum eſſe,conſequens ſumunt *nimirum* accuratius eſſe comptum, aut noctu oberrantem conſpici. Multis autem hæc inſunt,*quibus* attributum non ineſt.

6 V. Ex conſequente.

7 Vitium ſeu fallacia ex conſequente committitur etiam ab oratoribus.

8 Committitur etiam interdum à philoſophis.

8 Similiter *accidit in probationibus* ſyllogiſticis: cuiuſmodi *eſt* illa Meliſſi ratio, *qua probare nititur*

vniuersum esse infinitum, sumptis *his principiis*. Vniuersitatem esse ingenitam: (ex eo namque, quod non est, fieri nihil posse) quod autem genitum *est*, ex principio genitum esse. quare si vniuersum non est genitum, principium non habet: proinde *est* infinitum. Atqui necesse non *est* hoc euenire. non enim, si quicquid genitum est, principium habet; etiam, si quid principium habet, genitum est: quęadmodum nec si febricitans *est* calidus; necesse *est* etiam calidum febricitare.

9 Ex eo autem, quod non causa *accipitur* pro causa *paralogismus est*, cum adsumpta fuerit non causa, quasi ob eam fiat elenchus. Hoc autem accidit in syllogismis *ducentibus* ad impossibile: quoniam in his necesse *est* refellere aliquid eorum, quæ posita fuerunt. si igitur numeratum sit in necessariis interrogationibus ante conclusionem eueniens illud impossibile, sæpe videbitur ob id fieri elenchus. verbi gratia: non idem esse animam & vitam: quia si interitui ortus *est* contrarius, etiam cuidam interitui erit quidam ortus contrarius. atqui mors *est* interitus quidam, & vitæ contraria: quare vita *est* ortus, & viuere *est* oriri: sed hoc *est* impossibile: non *sunt* igitur idem anima & vita. *Hoc* vero non est conclusum syllogismo: quoniam euenit impossibile, etiam si quis non afferat, vitam *esse* idem atque animam: sed tantum, morti, quæ est interitus, vitam *esse* contrariam; interitui autem ortum. Ergo huiusmodi argumentationes non sunt ad concludendum ineptæ omnino, sed propositum non concludunt: atque eiusmodi *vitium* plerumque non minus ipsos interrogantes latet.

9 V I. Ex eo quod non causa sumitur pro causa.

10 Ex consequente igitur, & ex non causa argumentationes eiusmodi sunt.

10 Epilogus.

11 VII. Ex eo quod duę interrogationes pro vna accipiuntur.

11 Hæ vero ex eo quod duæ interrogationes pro vna accipiuntur, cum latet plures esse, & quasi vna sit *interrogatio*, datur vna responsio. Sane quasdam facile *est* animaduertere multas *esse*, nec dandam esse responsionem *vnam*: veluti, vtrum terra est mare, an cœlum? in nonnullis autem minus *perspicitur*: & quasi vna sit *interrogatio*, responsionem dant, ac redarguuntur elencho: aut assentiuntur quia non respondent quod rogatum est, & redargui videntur, veluti, Num hic & hic est homo? quare si quis hunc & hunc verberet, hominem, non homines verberabit. Aut rursum, Quorum alia sunt bona, alia non bona; hæc omnia *sunt ne* bona, an non bona? vtrũuis enim dixerit, fieri potest, vt *aut in* elenchum *incidere*, aut quod videtur falsum, dicere videatur. nam siue dicatur aliquid eorum, quæ non sunt bona, esse bonum, siue *aliquid* eorum, quæ *sunt* bona, non *esse* bonum: falsum *dicitur*. Interdum vero assumptis quibusdam etiam verus elenchus fieri potest. veluti si quis concesserit æque vnum ac multa dici alba, & nuda, & cæca. nam si cæcum *est*, quod non habet aspectum, cum sit natura comparatum vt habeat: etiam cæca erunt, quæ non habent, cum natura sint comparata vt habeant. quando igitur aliud habet, aliud non habet ambo videbunt, aut cæca erunt: quod *est* impossibile.

Reductio omnium fallaciarum ad ignorationem elenchi.

CAP. V. — CAP. VI.

1 Omnes fallaciæ resoluuntur in ignorantiam elenchi.

AVt igitur sic diuidendi sunt, qui videntur syllogismi, & elenchi: aut omnes reuocandi

ad ignorantiam elenchi, hac pro principio sumpta. licet enim omnes dictos modos resoluere in elenchi definitionem.

2 Ac primum, si sint inepti ad concludēdum. oportet enim ex iis, quæ posita *sunt*, effici conclusionem, adeo vt necessario dicatur, non *effici tantum* videatur. 3 Deinde & secundum partes definitionis. Nam eorum *paralogismorum*, qui in dictione *cernuntur*, nonnulli ex duplici *significatione* oriuntur: cuiusmodi est homonymia, & *ambigua* oratio, & *dictionis* figura similis. solent *a* enim *hæc* omnia, quasi hoc aliquid significantia *vsurpari*. Compositio vero, & diuisio, & accentus *ideo captionem efficiunt*, quod non eadem est oratio, vel nomen *est* diuersum. oportebat autem & hoc *idem esse*, quemadmodum res eadem *est*, si futurus est elenchus, aut syllogismus. vtputa si tunica *concludi debet*: non *oportet* vestem concludere, sed tunicam. quamuis enim id verum *sit*, tamen non est syllogismo conclusum: sed adhuc interrogatione est opus, vt idem significare *assumatur*, erga quærentem quid ita?

2 Primo paralogismi qui nō concludunt.

3 Secundo specialiter paralogismi in dictione consistentes.

a Lege ἐστι γὰρ τὸ πάντα ὡς τὸδε τι σημαίνειν. nam omnia quodammodo duplicem significationem habent. Lege nostrū cōmentariū.

4 *Paralogismi* autem, qui ex accidente *sumuntur*, definitio syllogismo fiunt manifesti. oportet enim eandem esse definitionem elenchi, præterquam quod adiungitur contradictio. nam elenchus *est* syllogismus contradictionis. quare si nō est syllogismus accidentis, non fit elenchus. non enim si cum ea sunt, necesse *est* hoc esse, hoc autem est album, necesse *est* album esse propter syllogismum. nec si triangulum duobus rectis æquales *angulos* habet: ei autem accidit, vt sit figura, vel primum, vel principium; *consequens est*, vt figura vel principium, vel primum sit tale. non enim *de eo demonstratio fit* quà *est* figura, nec quà primum, sed quà triangulum *est*. Similiter & in

4 Tertio paralogismi ex accidente.

aliis *se res habet*. Quapropter si elenchus *est* syllogismus quidam: qui ex accidente *est*, elenchus esse nequit. Sed hinc & artifices & omnino docti ab indoctis redarguuntur; quoniam ex accidente syllogismos faciunt aduersus sciẽtes: hi vero, cum videre nõ valeãt, aut rogati dant, aut non dantes videntur dixisse.

5 Quarto paralogismi ex eo quod dicitur simpliciter vel quadamtenus.

5 *Ex eo* vero, quod quadam tenus vel simpliciter *dicitur ducti paralogismi in eo versantur*, quod non de eodem *accipitur* affirmatio & negatio. eius enim quod quadamtenus *est* album, id quod quadamtenus non est album, negatio *est*. si igitur dato esse quadamtenus album *alius* quasi simpliciter dictum, accipiat, non efficit elenchum, sed *efficere videtur*, quoniam ignoratur quid sit elenchus.

6 Quinto paralogismi ex elenchi definitione.

6 Maxime autem omnium perspicui sunt, qui supra dicti sunt ex elenchi definitione: ideoque sunt ita appellati. nam ob definitionis defectionem fit vt elenchus videatur: & si diuidantur *paralogismi* sicut *nunc diuisimus*, *hoc* omnibus commune ponendum *est*, definitionis (inquam) defectio.

7 Sexto, petitio quæsiti.

7 *Sed* & *hi*, qui ex eo *ducuntur*, quod sumitur, *quæsitũ* nitio *propositum*, *& qui ex eo* quod ponunt non causam pro causa, per *elenchi* definitionem fiunt manifesti. oportet enim conclusionem euenire eo quod illa sunt, *quæ fuerunt posita*: quod certe non est in non causis. rursus non connumerato eo quod ab initio *quæsitum fuit*: quod *requisitum* non habent, qui propter petitionem *quæsiti* initio *propositi* peccant.

8 Septimo, paralogismi ex consequente.

8 Qui vero ex consequente *ducuntur*, accidentis pars sunt. nam consequens, accidit: sed *eo* differt ab accidente, quod licet in vno tantum accidens sumere: vtputa idem esse flauum & mel, nec non album & cycnum: quod vero ex accidente *ducitur*, semper in

pluribus *cernitur.* nam quæ vni & eidem *sunt*, eadem etiam inter se eadem esse postulamus: vnde oritur elenchus, qui ex consequente *appellatur. Id* autem non est omnino verum: veluti si album sit ex accidente: etenim nix & cycnus, quod ad alborem, idem *sunt.* aut rursus, vt in Melissi ratione: *qui* idem esse sumit Factum esse, & Principium habere aut *idem esse.* Fieri æqualia, & Eandem magnitudinem accipere. nam, quia quod factum est, principium habet: & quod principium habet, factum esse postulat sibi concedi: quasi hæc duo, factum & finitum, eadem sint, propterea quod *vtraque* principium habent. similiter & in iis, quæ æqualia fiunt, si ea, quę vnam & eandem magnitudinem accipiunt, æqualia fiunt; vicissim etiam, quæ æqualia fiunt, vnam magnitudinem accipiunt. Itaque consequens sumit. Quoniam igitur elenchus ex accidente *ductus*, in ignorantia elenchi *cernitur*: apparet eodem referri etiam *elenchum* ex consequente. *Est* autem hoc & alio modo considerandum.

9 Qui vero *ex eo ducuntur*, quod ex pluribus interrogationibus vna fit, in eo *consistunt*, quod non articulatim seu non distincte expendimus definitionem propositionis. nam propositio est vnum de vno. *est* enim eadem definitio vnius tantum, & simpliciter rei: vt hominis, & vnius tantum hominis. similiterque in aliis *res habet.* si igitur vna tantum propositio *est*, quæ vnum de vno postulat: etiam simpliciter propositio erit interrogatio eiusmodi. quia vero syllogismus ex propositionibus *constat*, elenchus autem *est* syllogismus, etiam elenchus erit ex propositionibus. Quocirca si propositio est vnum de vno, apparet etiam hunc in elenchi ignorantia *versari*: videtur enim esse propositio, quæ non est propositio,

9 Octauo, paralogismus ex eo quod multæ interrogationes pro vna sumuntur.

10 Cum elenchus definiatur syllogismus contradictionis: paralogismi in dictione consistentes, non sunt elenchi, quia non probant contra dictionem: qui vero extra dictionem consistunt, non sunt syllogismi.

Itaque si responsionem dedit quasi ad vnam interrogationem, erit elenchus. si non dedit, sed videtur *dedisse*, videbitur elenchus.

10 Quare omnes modi cadunt in elenchi ignorantiam: illi quidem, qui in dictione *consistunt*, quia videtur contradictio, quod erat proprium elenchi: reliqui autem propter syllogismi definitionem.

CAP. VI.

1 Paralogismi ex homonymia vel amphibolia fallunt, quia non possumus distinguere quod accipitur multis modis.

2 Ex compositione ac diuisione fallunt, quia nihil putamus interesse inter orationem diuisam ac coniunctam:

3 Ex accentu fallunt, quia non videtur mutatio accentus mutare significationem.

4 Ex figura dictionis fallunt, propter dictionis similitudinem, quia putamus vbicumque est similis figura loquendi, esse etiam similem significationem.

Rationes deceptionum.

CAP. VII.

PORRO nos fallunt *paralogismi*, qui ex homonymia, & *qui* ex *ambigua* oratione *ducuntur*: quia non possumus distinguere, quod multifariam dicitur, quorundam enim distinctio non est in promptu: vt vnius, & entis, & eiusdem.

2 Qui vero ex compositione, ac diuisione: quia nihil putamus interesse inter coniunctam & diuisam orationem, sicut in plurimis *accidit*.

3 Similis ratio est eorum, qui ex accentu *ducuntur*. aut enim in nulla re, aut *saltem* non in multis videtur idem significare contentus & remissus sermo.

4 Qui autem ex figura *dictionis*, propter dictionis similitudinem. nam difficile *est* discernere, quæ eodem, & quæ diuerso modo dicuntur: (fere enim qui potest hoc facere, prope est vt verum perspiciat, maxime autem scit annuere) quicquid enim alicui attribuitur, existimamus *esse* hoc aliquid, & quasi vnum accipimus. nam vni *a* & substantiæ maxime videtur consequens esse hoc aliquid, & ens. *b*

a Lege τῷ ὄντι, enti. Vide nostrũ commẽtarium. *b* Lege ἕν, vnum, Lege commentarium.

5 Quocirca inter eos *paralogiſmos*, qui in dictione *conſiſtunt*, hic *fallendi* modus *eſt* ponendus, primum quia magis decipimur conſiderantes cum aliis, quam apud noſmetipſos: nam conſideratio cum aliis per ſermonem *inſtituitur*: apud noſmetipſos autem non minus *fit* per rem ipſam. Deinde & per noſmetipſos, vt fallamur accidit, cum in *rebus* conſiderandis ſermo adhibetur. Præterea deceptio *eſt* ex ſimilitudine: ſimilitudo autem ex dictione.

5 Fallacia ex figura dictionis in dictione conſiſtit non extra dictionem.

6 *Paralogiſmi* vero ex accidente *fallunt*: quia non poſſumus diiudicare, quod *eſt* idem vel diuerſum, & quod *eſt* vnum vel multa: nec quibus attributis omnia eadem ac rei accidant.

6 Ex accidente fallũt, quia nõ diſtinguuntur inter accidens & id cui accidit.

7 Similis ratio *eſt* eorum, qui ex conſequenti ducuntur. nam conſequens *eſt* pars quædam accidentis. † Præterea & in multis videtur, & poſtulatur ita, ſi illud ab hoc non ſeparatur, neque hoc ab illo ſeparari.

7 Similis eſt ratio conſequentis, quia conſequens eſt pars quædam accidentis.

† Præterea ex accidente vel conſequente fallunt, quia putamus, ſi illud ab hoc non ſeparatur, etiã hoc ab illo non ſeparari.

8 Qui vero ex defectione definitionis *ſumuntur*, & qui ex eo quod quoddammodo vel ſimpliciter dicitur, propter *diſcriminis* exiguitatem fallunt. vniuerſaliter enim concedimus, quaſi hæc nihil adſignificent, aliquod, quadamtenus, ſimpliciter, quodammodo, nunc.

8 Ex ignorantia elenchi, & ex eo quod dicitur ſimpliciter aut quadãtenus fallunt propter exiguitatem diſcriminis quia quod parum differt putamus nihil differre.

9 Similis eſt ratio eorum, qui ſumunt *quæſitum* initio *propoſitum*, & non cauſarum, & eorum, qui multas interrogationes faciunt quaſi vnam. in omnibus enim propter exiguitatem captio *eſt*: quia *ſcilicet* non expedimus accurate definitionem propoſitionis, & ſyllogiſmi, ob ante dictam cauſam.

9 Similiter petitio quæſiti, & ſumptio non cauſæ pro cauſa, & ſumptio multarũ interrogationum pro vna, fallunt ob diſcriminis exiguitatem.

Ex locis supra expositis colligi non solum eos qui videntur syllogismi & elenchi, sed etiam falsos & sophisticos.

Cap. VIII.

Cap. VII.
1 Ex quibus locis sumuntur, qui videntur syllogismi. ex iisdem sumuntur sophistici syllogismi & elenchi.
2 Sophisticus elenchus & syllogismus vel peccat in forma vel in materia atque hic distinguitur à demonstratiuo & tentatiuo.

CVm autem teneamus ex quibus efficiuntur, qui videntur syllogismi: tenemus etiam ex quibus fieri possunt sophistici syllogismi & elenchi. 2 Voco autem sophisticum elenchum & syllogismum, non solum eum, qui videtur Syllogismus, vel Elenchus, cum non sit: sed etiam qui *re vera* est *syllogismus vel elenchus*, sed *falso* videtur *esse* proprius rei *qua de agitur.* tales sunt, qui non ex re *ipsa* redarguunt, ignorantesque detegunt: quod erat pirasticæ *proprium*; (est autem pirastice pars dialecticæ: quæ quidem potest falsum concludere propter ignorantiam eius qui argumentationem concedit) sed sophistici elenchi, etiam si concludant contradictionem, tamen non faciunt manifestum, an *aduersarius* ignoret: quoniam & scientem impediunt *sophistæ* hisce argumentationibus. 3 Quod autem habeantur eadem methodo, manifestum *est*. Nam propter quę videntur audientibus, vtpote in interrogationem deducta, conclusum esse, propter hæc ipsa videri etiam respondenti potest. erunt igitur syllogismi falsi per hæc, aut omnia, aut reliqua; quod enim *se* non interrogatus *quispiam* dedisse putat, vtrique etiam interrogatus daret. Quamquam in nonnullis accidit vt simul ac adiungitur interrogatio eius quod *ad conclusionem perficiendam* deerat, falsitas detegatur: vt in *captionibus*, quæ propter dictionem & solœcismum fiunt. Si igitur paralogis-

3 Eadem methodo inueniuntur qui videntur syllogismi, siue elenchi. & sophistici elenchi.

mi contradictionis in eo consistunt, quod videtur elenchus: patet ex totidem *locis* duci falsos syllogismos, ex quot *sumitur*, qui videtur elenchus. 4 Atqui videtur elenchus, ob *singulas* partes *veri elenchi prætermissas efficitur.* nam quacumque parte deficiente videbitur *tantum, non erit verus elenchus*: vt qui ex eo *sumitur*, quod *conclusio* non euenit propter argumentationem, *id est*, qui ad impossibile *ducere tentat*: & qui ex duabus interrogationibus vnā facit, qui *scilicet* ob propositionem *male acceptam peccat*: & qui loco eius quod *est* per se, *id sumit quod est* per accidens: & huius pars, qui *ducitur* ex cōsequenti: præterea non in re, sed in sermone cōtingere: deinde loco contradictionis vniuersaliter, & secundem idem, & ad idem, & eodem modo *sumēda*, in aliquo *accipere* aut secundum vnumquodque horum *peccare*: præterea quia connumerato eo quod initio *quæsitum fuit, quæsitum* initio *propositum* postulatur. Quare tenemus, ex quibus fiunt paralogismi: ex pluribus enim *locis* esse nequeunt, sed ex commemoratis *locis* omnes ducentur.

4 Ideo videtur esse nec est elenchus, quia est aliquid prætermissum quod definitio elenchi requirit.

5 Porro sophisticus elenchus non est simpliciter elenchus, sed aduersus aliquem: itidemque *sophisticus* Syllogismus, nisi enim sumat qui ex homonymia *ducitur*, vnam habere significationem: & qui ex simili *dictionis* figura *significare* solum hoc: & alii eodem modo: neq; elenchi, neq; syllogismi erunt, nec simpliciter, nec aduersus eum, qui interrogatur. sin id sumāt, erunt quidem *elenchi & syllogismi* aduersus eum qui interrogatur: simpliciter autem nō erunt: quia non sumpserunt, quod vnam rem significaret, sed quod *significare* videretur, idque ab hoc respondente *duntaxat*.

5 Sophisticus elenchus, vel syllogismus non est simpliciter elenchus, vel syllogismus, sed aduersus aliquem.

CAP. VIII.

1 Tot sunt elenchi demonstrativi, quot sunt demonstrationes in omnib. scientiis.

De numero elenchorum, & de eorum locis.

CAP. IX.

EX quot autem *locis* redarguantur, qui elenchis redarguuntur, non est tentandum sumere sine rerum omnium scientia. hoc autem nullius est artis *proprium*. infinitæ enim fortasse *sunt* scientiæ: proinde & demonstrationes. elenchi autem sunt etiam veri. nam quæcumque licet demonstrare, licebit etiam eum redarguere, qui *thesim* veritati contradicentem posuerit. verbi gratia, si diametrum posuerit habere communem mensuram, redarguere *eum* quispiam potest demonstrans non habere cõmunem mensuram. Quare omnium *rerum* scientiã habere oportebit. alij namque *elenchi* erunt ex geometricis principiis, & horum conclusionibus: alij ex *principiis* medicis, alij ex *principiis* aliarum scientiarum.

2 Tot sunt falsi elenchi, quot sunt syllogismi apatetici, seu pseudographi.

3 Non omnium elenchorum loci quæruntur à dialectico, sed tantum eorum qui sunt communes omnib. artibus & scientiis.

4 Elenchi singularum scientiarum proprii in singulis scientiis traduntur: communes in dialectica.

5 Dum in Topicis expositi sunt loci syllogismorum probabilium, certè expositi sunt loci elenchorum dialecticorum.

2 Sed & falsi elenchi æquè *sunt* infiniti: quoniam in vnaquaque arte est falsus syllogismus: vt in geometria geometricus, & in medicina medicus. dico autem *esse* in arte, quod *est* secundum illius principia. 3 Patet igitur non omnium elenchorum, sed eorum *tantum* qui ad dialecticam *pertinent*, locos sumendos *esse*. hi namque communes sunt omnibus artibus & facultatibus.

4 Sane elenchus qui in quaque scientia cernitur, essene videatur, an *reuera* sit, & quamobrem, dispicere ad scientem pertinet. qui vero ex communibus *sumitur*, nec sub vllam artem *cadit*, ad dialecticũ *spectat*. 5 Nam si tenemus ex quibus probabiles syllogismi de qualibet re fiunt, tenemus etiã ex quibus

probabiles

probabiles elenchi *fiant*. elenchus enim est contradictionis syllogismus. quare aut vnus, aut duo syllogismi contradictionis, elenchus est. tenemus igitur, ex quot *locis* ducuntur, qui *sunt* huiusmodi.

6 Quod si hoc tenemus, etiã solutiones tenemus: quoniam horum obiectiones, solutiones sunt.

7 Tenemus autem, ex quot locis fiunt, quæ vidẽtur *elenchi*, videntur, inquam, non cuiuis, sed certis quibusdam. infiniti enim *loci* sunt, si quis consideret, ex quibus videntur quibuslibet.

8 Itaque perspicuum *est*, dialectici esse, vt sumere possit, ex quibus per communes *propositiones* fiãt, qui elenchus est. videturve elenchus, vel dialecticus, vel qui videtur dialecticus, vel pirasticus.

6 In iisdem Topicis quum sunt expositæ obiectiones aduersus locos, certe expositæ sunt solutiones elenchorum dialecticorum.

8 Ad dialecticam pertinent elenchus dialecticus, & qui videtur elenchus, & elenchus qui videtur dialecticus, & elenchus tentatiuus. Addo & qui videtur tentatiuus.

CAP. IX.

1 Male quidam argumentationes diuiserunt, quasi aliæ pertineant ad nomen, aliæ ad sententiam.

2 Disputatio nõ pertinet ad sententiam, sed ad nomen, cum nomen aliter accipitur ab opponente, aliter à respondente.

Male argumentationes diuidi in eas quæ ad nomen, & eas, quæ ad sententiam pertinent.

CAP. X.

NOn est autem argumentationum differentia, quam nonnulli dicunt, quasdam argumentationes ad nomen, alias ad sententiam pertinere. quippe absurdum *est* existimare quasdam argumentationes ad nomen pertinere, diuersas autem ad sententiam non easdem.

2 Quid enim *aliud* est non *pertinere*. *disputationem* ad sententiam, nisi cum *is qui argumentatur*, non vtitur nomine *in ea significatione*, in qua *se* interrogari putans, cõcessit *is* qui *fuit* interrogatus? sed hoc ipsum & ad nomen pertinet. † Ad sententiam vero, cum, in qua significatione *respondens* concesserit, *opponens* intellexit. † Si quis igitur, cum nomen plura

†

Disputatio ad sententiam pertinet, cum nomina in eadem significatione, accipiuntur ab opponente & à respondente.

†

Eadem disputatio diuersarum personarum respectu potest esse ad nomen & ad sententiam.

significet, vnam significationem habere putet, *hoc est*, & qui interrogat, & qui interrogatur: (vt fortasse Ens & vnum multa significat: sed & respondens, & interrogans, Zeno *scilicet*, vnam *significationẽ* esse putantes, *hic* interrogauit, *ille respondit*: atque est argumentatio omnia vnum esse *concludens*) hæc disputatio & ad nomen spectat, & ad sententiam interrogati. Si quis autem multis modis accipi putet: sine dubio *disputatio* non *pertinet* ad sententiam.

3 Exposita diuisio impugnatur. primo quia no est communis omnibus argumentationibus, sed propria earum in quibus significatio est multiplex, vt in homonymiis, & amphibologicis

3 Primum enim illud pertinere ad nomen, & ad sententiam, in iis argumentationibus cernitur, quæ multas habent significationes.

4 Secũdo quia hæc differentia potius spectatur in personis disputantibus quam in argumentationib.

4 Deinde in quocunque *respondente locum habet.* nam illud, pertinere ad sententiam, non consistit in argumentatione, sed in eo quod respondens certo modo affectus est ad ea quæ conceduntur.

5 Tertio, quia omnes fallaciæ possunt pertinere ad nomen.

5 Deinde eædem pertinere omnes possunt ad nomen, quoniam *pertinere* ad nomen, in præsentia *nihil aliud* est, *quam* non pertinere ad sententiam. Nisi enim omnes *hic referri possint*, erunt aliquæ aliæ, quæ nec ad nomen nec ad sententiam *pertinebunt*: illi autem aiunt *ad alterum horum generum* omnes argumẽtationes *referri*, ac ita diuidũt, *vt dicant pertinere* omnes vel ad nomen, vel ad sententiam, alias autem *præter has* non esse.

6 Quarto, quia diuisionis illius auctores male pro eodem acceperunt, pertinere ad nomen, & in dictione consistere

6 Atqui ex iis syllogismis qui ex multiplici *significatione ducuntur*, quidam non ex nomine sumuntur. Absurde namque dictum est ad nomen pertinere omnes *captiones*, quæ ex dictione *oriuntur*, sed certe sunt quidam paralogismi, non eo quod respondens sit ad hos certo modo affectus, sed quod ipsa argumentatio continet interrogationem talem, *id est*, multa significantem.

7 Quinto. quia melior est diuisio ex definitione elenchi supra tradita ca 6. part. vlt.

7 Et omnino absurdum *est* de elencho *statim* disse-

rere, nec prius de ſyllogiſmo: nam elenchus eſt ſyllogiſmus: quare etiam oportet prius de ſyllogiſmo, quam de falſo elẽcho *diſpicere*. nam eiuſmodi elenchus, eſt fucatus ſyllogiſmus contradictionis. Idcirco vel in ſyllogiſmo eſt *captionis* cauſa, vel in contradictione (ſiquidem adiungere contradictionem oportet) quandoque in vtriſque ſi ſit fucatus elenchus. Eſt autem *cauſa* huius *captionis* σιγῶντα λέγειν in contradictione, non in ſyllogiſmo, huius autem, Quæ quis non habet, dare poteſt, in vtriſque. huius autem Homeri poeſim eſſe figuram, quia *ſit* circulus, in ſyllogiſmo. qui vero in neutro *peccat*, verus *eſt* ſyllogiſmus.

8 Sed, *vt eo reuertamur*, *a* vnde oratio profecta eſt *b* argumentationes mathematicæ ad ſententiamne pertinent, an non? Ac ſi cui triangulum multa videatur ſignificare, ac *de eo* conceſſerit, non quatenus eſt figura, de qua concluditur, quod *eius anguli ſint* duo recti, eſt ne ad illius ſententiam hęc diſputatio, an non?

9 Præterea ſi nomen multa ſignificat: hic vero nec intelligit, nec putat *multiplicem eſſe ſignificationẽ*: quomodo hæc diſputatio non ſpectat ad ſententiam? Aut quo *tandem* modo interrogare oportet, niſi *vt* eum qui diuiſionem conceſſit, poſtea interroget aliquis, *verumne* ſit σιγῶντα λέγειν necne, an partim non *ſit*, partim ſit? Si quis igitur conceſſerit nullo modo, *contra* autem alius diſputauerit: nonne erit aduerſus ſententiam diſputatum? Atqui hæc diſputatio videtur ad eas referenda, quæ ex nomine *oriuntur*. Non eſt igitur *proprium* quoddam genus argumentationum, quod ad ſententiam pertinet.

10 Sed quædam ad nomen ſpectant nec tales ſunt

8 Sexto, quia dicta veterum diuiſio non ſolum aptari poteſt ad communes diſputationes ſed etiam ad ſcientiarum proprias, vt mathematicas.

a Ad argumẽta contra veterũ diuiſionẽ afferenda

b Dum expoſuimus noſtram captionum diuiſione n.

9 Septimo, quia captio in dictione conſiſtens poteſt pertinere ad ſententiam, & ſecundũ veteres illius diuiſionis auctores pertinet ad nomen. eadem igitur eſt ad nomen & ad ſententiam.

10 Octauo, quia diuiſionis illius auctores deducuntur ad hanc abſurditatem quod omnis argumentatio, & non omnis argumentatio poſſit pertinere ad nomen.

omnes, non *duo* qui *sunt* veri elenchi, sed ne quidem qui videntur elenchi: sunt enim & qui extra dictionem elenchi videntur: vt qui *ducitur* ex accidente, & alii *nonnulli*.

11 Opponens non debet distinguere, si respondens non animaduertat orationem esse multiplicem.

11 Quod si quis putet distingui *hoc modo oportere*, A io σιγῶντα λέγειν partim hoc, partim illo modo: primum quidem absurda est hæc opinio: quia quod interrogatur, interdum non videtur multis modis accipi: non potest autem *quis* diuidere, quod non putat *esse multiplex*. Deinde docere quid aliud erit? nam declarabit, quomodo *res* habeat, ei qui neque considerabat, neque sciebat, neque suspicabatur aliter accipi. Nam & in his quæ non sunt duplicia, quid vetat hoc facere? *Veluti*: Suntne æquales vnitates binariis in quaternario? binarii vero partim hoc, partim illo modo insunt. &, Contrariorum *est*ne vna scientia an non? contrariorum autem alia sunt cognita, alia ignota. Quapropter videtur ignorare, qui hoc putat, aliud esse docere, quam disserere: & opus esse, vt docens non interroget: sed ipse declaret: is autem *qui disputat*, interroget.

Collatio dialectici, pirastici, sophistici, litigiosi, demonstrantis, & pseudographi.

CAP. X.

1 Hoc principium aut verā esse affirmationem aut negationem non ponitur in elencho demonstratiuo, sed in tentatiuo.

CAP. XI.

AD hæc postulare vt affirmetur vel negetur, non est demonstrantis, sed periculum facientis. nam pirastice est dialecticæ pars: ideoque de omnibus dispicit, atque examinat, non eum qui scit, sed eum qui ignorat, & *scire se* fingit.

2 Qui igitur re vera considerat communia, dialecticus est. qui vero hoc facere videtur, sophista.

3 Porro syllogismus litigiosus & sophisticus est *in duplici differentia*. Vnus *enim est*, qui videtur syllogismus de *iis*, *in* quibus dialectica pirastice versatur, etiamsi vera sit conclusio: quia in causa tradenda fallit. *In altero genere sunt* paralogismi, qui cum non sint secundum cuiusque *rei* methodum, *tamen* videntur secundum artem esse. Nam falsæ descriptiones non sunt litigiosæ: (quia sunt paralogismi secundum ea quæ arti subiiciuntur) ne quidem si quæ sit falsa descriptio *pertinens* ad veram *conclusionem* vt *falsa descriptio*. Hippocratis, & Tetragonismus, qui per lunulas fit. sed vt Bryso quadrauit circulum, etiamsi circulus quadretur, quia tamen non *est* secundum rem, ideo *est* sophisticus. Quare & qui de his videtur syllogismus, *est* argumentatio litigiosa: & qui videtur secundum rem syllogismus, quamuis sit syllogismus, est litigiosa argumentio; quia videtur secundum rem esse: proinde *est* fallax & iniustus. vt enim iniustitia quæ in certamine *committitur*, speciem quandam *æquitatis* habet, & est iniusta quædam pugna: sic studiosa contradictio *est* iniusta pugna litigiosa. nam & illic, qui omnino vincere præeligunt, omnia tentant: & hic qui *sunt* contentiosi.

2 Dialecticus communia considerat: sophista hoc facere videtur

3 Syllogismus litigiosus seu sophisticus ex communibus constat, ac fallit, vel quia falso videtur syllogismus vel quia falso videtur demonstratio pseudographus autem ex propriis principiis male acceptis ignorantiam parit.

4 Et *ii* quidem, qui ipsius victoriæ gratia tales *sunt*, litigiosi homines & litium amatores esse videntur: qui vero gloriæ causa ad lucrum *conducentis*, sophistæ. est enim sophistice, vt *supra* diximus, facultas quædam lucrum captans ex ea quæ videtur sapientia.

4 Captiosa argumentatio quæ fit gloriæ causa, propriè vocatur litigiosa. quæ vero lucri gratia, sophistica.

Idcirco fucatam demonstrationem expetunt, & iisdem argumentationibus vtuntur litigiosi & sophistæ

non tamen eorumdem finium gratia. eademque argumentatio erit & sophistica & litigiosa, sed non eadem ratione. verum qua victoriæ fucatæ *causa adhibet*, litigiosa *est*: qua vero *vt* sapientiæ *opinio comparetur*, sophistica. etenim sophistice est sapientia quædam, quæ videtur, cum non sit.

5 Eadem est ratio inter syllogismum litigiosum seu sophisticum & dialecticum, quæ est inter pseudographũ & demonstratiuum.

5 Litigiosus autem est quodammodo sic affectus ad dialecticum, vt pseudographus ad geometricum. nã *litigiosus* ex iis vitiose concludit in quibus versatur dialectica: quomodo & pseudographus *affectus est* ad geometriam. sed hic quidem non *est* litigiosus, quia ex principiis & conclusionibus arti *subiectis* falso describit: eum vero qui dialecticæ sub*iicitur*, quod ad alia litigiosum esse constat. Exempli causa, quadratio *circuli*, quæ per lunulas fit, non *est* litigiosa: Brysonis autem *quadratio est* litigiosa, & illam quidem referre non licet nisi ad geometram tantum, quoniam est ex principiis propriis *geometriæ*: hanc vero aduersus multos *transferre licet*, qui *scilicet* non norũt, quid in quaque *re* fieri possit, & quid fieri non possit: quia congruet. Vel vt Antipho quadrauit, vel si quis negat melius esse post cœnam deambulare propter Zenonis rationem: non *est ratio* geometrica, quia *est* communis. Si igitur eodem plane modo affectus est litigiosus ad dialecticum, quo pseudographus ad geometram, nõ erit in illis litigiosus.

CAP. XI.

6 Dialecticus non versatur in aliquo certo subiecto: proinde nec metaphysico est similis

6 Iam vero non versatur dialecticus in genere aliquo definito: nec *est* comparatus ad quidpiam demonstrandum: nec *est* talis, qualis vniuersalis *philosophus*: quia nec sunt omnia in vno aliquo genere: nec, si essent, fieri posset, vt res omnes sub iisdem principiis continerentur.

7 Dialecticus interrogat, vt principia sumat ex ore ad-

7 Quocirca nulla earum artium, quæ naturam aliquam demonstant, percontatrix *est*, quia non potest

vtrauis pars *contradictionis* concedi: syllogismus enim ex vtrisque non fit. Dialectica vero est percontatrix. *quæ* si demonstraret, etsi non omnia, ac certe prima *pronunciata*, & propria principia non rogaret. nam *aduersario* non concedente, non haberet amplius, ex quibus aduersus obiectionem dissereret.

uersarii: demõstrator aũt non interrogat. Cõiunge lib. 1 Posterior. cap. 11. partic. vlt.

8 Sed eadem *est* etiam pirastica. nam pirastice talis non est, qualis geometria, sed quam habere etiam indoctus aliquis possit, fieri enim potest, vt periculum faciat, qui rem non nouit, de eo qui *est æque* imperitus: siquidem concedit, non ex quibus nouit, nec ex propriis, sed ex consequentibus: quæ talia sunt, vt qui ea norit, eum artem nescire nihil vetet: qui vero non norit, *eum* necesse *sit artem* ignorare. Quare perspicuum *est*, pirasticen nullius definiti generis scientiam esse, ideoque in omnibus versari. omnes enim artes etiam communibus quibusdam vtuntur.

8 Tentatiua nõ separatur à dialectica, sed sub ea continetur.

9 Idcirco omnes, etiam idiotæ, quodammodo vtuntur dialectica, & pirastica: omnes enim quadamtenus conantur iudicium ferre de iis qui *aliquid* profitentur, hęc vero sunt communia: quoniam hæc non minus hi sciunt, etiam si valde extra *rem* loqui videantur. Redarguunt igitur omnes: quia sine arte sunt participes eius, in quo dialectica artificiose versatur: ac dialecticus *is demum est*, qui arte syllogistica *est* pirasticus. Quoniam autem multa hæc sunt, & in omnibus reperiuntur, non tamen *sunt* eiusmodi. vt natura quadam & *certo* genere contineantur, sed vt negationes: alia vero non talia, sed propria *sunt*: ideo potest ex his de omnibus periculum fieri & esse ars quædã, non tamen talis, quales sunt quæ demõstrãt.

9 Omnes quodãmodo vtuntur tentatiua, quemadmodum & dialectica. Adde & Rhetorica. Rhetor. lib. 1. c. 1.

10 Quocirca litigiosus non omnino ita est affectus, vt pseudographus: quandoquidem litigiosus nõ est

10 Litigiosus arguit ex communibus: pseudographus ex propriis.

comparatus ad vitiose concludendum ex principiis definiti alicuius generis, sed in omni genere versatur.

11 Elenchi sophistici pertinent ad dialecticam Conunge c. 9. part. vlt. & Rhet. li. 1. c. 1. in fine.

11 Modi igitur hi sunt sophisticorum elenchorum. Quod autem ad dialecticum pertineat de his dispicere, & posse hæc facere, facile perspici potest: quoniam methodus, quæ in propositionibus *versatur*, vniuersam hanc considerationem complectetur.

12. Epilogus.

12 Ac de fucatis quidem elenchis dictum est.

Loci ad probandum falsum, vel paradoxum.

CAP. XIII.

CAP. XII.

1 Loci communiter pertinentes ad probandum falsum, & paradoxũ sunt tres. I. Prætermissio certi problematis.

QVod vero ad id vt *aliquis* falsum quidpiam dicere ostendatur, ac disputatio ad inopinabile ducatur (hoc enim erat, quod sophistæ secundo loco præeligebant) primum ex certo percontandi modo, & per interrogationem *id* maxime accidit. ad nullam enim rem propositam accommodata interrogatio, ad hæc inuestiganda valet: nam temere dicentes magis peccant: temere autem dicunt, cum nihil propositum habent.

2 II. Multitudo interrogationum.

2 Item multa interrogare, etiam cum definitum est id, contra quod disseritur, ac postulare, vt dicat *respondens*, quid sibi in singulis videatur, copiam quandam *argumentorum* præbet ac *facultatem* ducendi ad inopinabile, aut falsum: & siue interrogatus aliquid ex his affirmet, siue neget, ducendi ad *ea*, aduersus quæ argumentorum copia suppetat. Sed nunc minus licet per hæc cauillari quã olim: quia *nunc respondentes* quærunt, quid hoc ad *quæsitum* initio *propositum pertineat*.

3 III. Simulatum studium sillendi.

3 *Est* autẽ elementum perueniẽdi ad falsum quidpiam, vel inopinabile, si quis non interroget

confestim aduersus vllam thesim, sed dicat *se* discẽdi studio interrogare. locum enim argumento hæc consideratio facit. 4 Ad hoc autem vt quis mendacii coarguatur, proprius est hic sophisticus locus, ad ea *se aduersarium* ducere, aduersus quæ argumentorũ copia suppetat. Licebit autẽ & recte & vitiose hoc facere, vt supra dictum fuit. 5 Rursus ad hoc vt paradoxa dicantur videre *oportet*, ex quo *philosophorũ* genere sit qui disputat: deinde interrogare, quod hi *qui in eo genere philosophantur*, præter multorum opinionem dicunt. nam singulis quibusque est aliquid tale. Horũ elementũ est, sumpsisse singulorum theses in propositionib. 6 Sed horum solutio conueniens affertur, vt pateat non ex argumentatione euenire quod *est* inopinabile: semper autẽ hoc vult qui contendit. 7 Prçterea *arguendũ est* ex voluntatibus & apparentib. opinionibus: quia non eadem volunt, ac dicunt: sed orationib. honestissimis vtuntur: ea vero volũt, quæ videtur prodesse. veluti mori honeste potius, quã iucunde viuere aiunt oportere: & in paupertate iuste viuere potius quã ditari turpiter: sed contraria volunt. Qui igitur voluntatib. consentanea dicit, ad apparentes opiniones ducendus *est*: qui vero his *consentanea*, ad *voluntates* occultas: vtroque enim modo necesse *est* paradoxa dicere: quia vel apparentibus, vel occultis opinionibus contraria dicent.

8 Latissime autem patet locus ad efficiendum vt paradoxa dicantur, (sicut Callicles in Gorgia dicens inducitur, & veteres omnes euenire putabant) ex natura, & lege contraria. namque esse naturam & legem inquiunt: ac iustitiam secundum legem quidem esse rem honestam: secundum naturam vero non *esse* rem honestam. Oportet igitur ei qui

4 Locus proprius deductionis ad falsum est translato disputationis ad id de quo argumentorum copia suppetet

5 Loci paradoxorum sunt quatuor.

I. Sumantur propositiones admirabiles ab iis philosophis, quorũ sectam aduersarius sequitur.

6 Argumentũ ex primo loco sumptum facile soluitur quia inopinabile nõ efficitur vi disputationis, sed culpa respondentis.

7 II. Thesi hominum voluntatib. consentaneæ opponantur communes sermones. Thesi autem sermonibus consentaneæ opponantur voluntates hominum.

8 III. Thesi, quæ est naturæ consentanea, opponatur lex: thesi legitimæ, natura.

secundum naturam loquitur, secundum legem occurrere: eum vero qui legi consentanea *dicit*, ad naturam ducere. vtrouis enim modo esse dicantur, inopinabile *est*. vocabant autem illi secundum naturam, quod verum *est*: secundum legem autem, quod multitudini videtur. Quare patet eos quoque vt qui nunc *disputant*, conatos fuisse aut elencho redarguere, aut ad paradoxa dicenda cogere respondentem.

9 Ad quasdam interrogationes vtrouis modo respondeatur, incidititur in paradoxum.

10 IV. Thesi quę multitudini probatur, opponatur auctoritas sapientũ, thesi autem quę sapientib. probatur, opponatur auctoritas multorum.

9 Quædam autem interrogationes vtrimque responsionem opinionibus non congruentem habent: veluti. Vtrum sapientibus, an patri parere oportet? & *Sunt ne* facienda quæ prosunt, an quæ *sunt* iusta? & Pati *ne* iniuriam *est* optabilius, an facere?

10 Oportet autem ducere ad ea quæ multitudini & *ad ea quæ* sapientibus *sunt* contraria: nempe si quis *ita* dicat vt ii qui in disputationibus *versantur*, ad multitudini *contraria duci debet*: sin autem vt multitudo, ad iis *contraria*, qui in disputationibus *versantur*. hi namque aiunt eum qui beatus *est*, iustum esse: multitudini autem inopinabile videtur regem non esse beatum.

11 Quartus locus à tertio non differt re sed verbis.

11 Hoc autem modo inopinabilia colligere, idem est, quod ad naturæ & legis repugnantiam ducere, lex enim *est* multitudinis opinio: sapientes vero secundum naturam & secundum veritatem loquuntur.

12 Epilogus.

12 Ac paradoxa quidem ex his locis quærere oportet.

De tautologia seu nugatione.

Cap. XIII.

QVod vero ad efficiendum vt *quis* nugetur: *quid illud sit* quod appellamus nugari, supra *a* diximus.

2 Omnes autem huiusmodi argumentationes hoc volunt efficere, si nihil refert, vtrum nomen, an oratio dicatur, duplum autem, & duplum dimidii, idem *valent*: si igitur, duplum, est dimidii duplum, erit dimidii dimidii duplum. Rursus si loco illius *verbi* duplum, positum sit duplum dimidii, ter erit dictum dimidii dimidii dimidii duplum. Et, num est cupiditas iucundi? hoc autem est appetitio iucundi: cupiditas igitur erit appetitio iucundi iucundi.

3 Cernuntur autem huiusmodi argumentationes in iis quæ ad aliquid referuntur, vbi *scilicet* non solum *eorum* genera, sed etiam ipsamet ad aliquid dicuntur, atque ad vnum & idem referuntur. veluti, appetitio *est* alicuius appetitio: & cupiditas, alicuius cupiditas: & duplum, alicuius duplum, ac duplum dimidii. 4 Cernuntur etiam in iis quorum essentia non *est re* vera *in iis quæ* ad aliquid *referuntur*: sed omnino quorum sint habitus vel affectiones, vel tale quidpiam, in horum definitione explicatur, cum hæc illis attribuantur. vt puta impar *est* numerus medium habens: est autem numerus impar: est igitur numerus medium habens numerus. Et si simitas est concauitas nasi: nasus autem est concauus: est igitur nasus nasus concauus.

5 Videntur autem interdum *nugationem* efficere

CA. XIII.

1 *Nugatio supra definita fuit.*

a Ca. 3. par. 2.

2 *Nugationis paralogismus in eo consistit, quod pro eodem accipitur, nomen, vt duplũ, & oratio, vt duplum dimidii.*

3 *Hæc captio fieri solet, Primo in iis quæ tam ratione generis quam speciei ad vnũ quidpiam referuntur.*

4 *Secundo in affectionibus, quæ attribuũtur secundo modo dicendi per se, id est quæ definiuntur per suũ subiectum.*

5 *Non concluditur nugatio.*

nisi concedatur idem significari nomine & oratione.

huiuscemodi captiones cum *re vera* non efficiant: propterea quod non additur percontatio, an duplum per se acceptum significet aliquid, an nihil: & si quid significat; vtrum idem, *quod coniunctum*, an diuersum *significet*: sed conclusio statim profertur: ac videtur propter idem nomen, eadem esse res, atque *eadem* significatio.

De solœcismo. Cap. XIV.

1 Solœcismus supra definitus fuit.
a Ca. 3. par. 3.
2 Solœcismus vel manifeste committitur: vel videtur cōmitti, cum non committatur: vel non videtur committi, cum reuera committatur.
3 Arte fieri potest vt solœcismus committi videatur.

SOlœcismus autem cuiusmodi sit, dictum antea est *a*. 2 Sane vluuenire potest, vt *qui solœcismum* faciat: & vt non faciens, videatur facere: & vt faciēs non videatur facere, quemadmodum Protagoras dicebat, si μῆνις & πήληξ masculum est. nam qui dicit ὐλομένην, secundum eum committit solœcismum, aliis autem *committere* non videtur: qui vero *dicit*, ὐλόμενον, videtur quidem *committere*, non tamen cōmittit solœcismum. 3 Patet igitur etiam artem quādam posse hoc facere. Ideo multæ argumentationes non concludentes solœcismum, videntur *eum* concludere, sicut in elenchis *contingebat*.

4 Solœcismus potissimùm committitur propter pronomen Hoc, & nomina generis neutrius.

4 Sunt autem fere omnes, qui solœcismi videntur, ex *articulo*, Hoc: & quando casus nec masculum, nec fœminam significat, sed interiectum *medium*: nam Hic, masculum significat: Hæc, feminam: sed Hoc, debet quidem *medium in* interiectum significare, veruntamen sæpe alterum eorum significat: veluti, Quid *est* hoc: Caliope, lignum, Coriscus. Masculi igitur & feminini *generis* casus omnes differunt: eius vero quod *est* interiectum, alii *differunt*, alii non. itaque sæpe, cum datum sit Hoc *perinde* concludunt, ac si dictū fuisset Hūc. Similiter & aliū casū pro alio *accipiūt*. Paralogismus autē propterea fit, quod *articu-*

lus, Hoc, multis casibus est communis. nam Hoc, modo significat hic, modo hunc. opus autem est, vt mutatis vocibus significet, cum *verbo* Est, hic: cū *verbo* Esse, hunc: vt, Est Coriscus, Esse Coriscum. Eadem est ratio femininorū nominum: & eorum, quæ cum appellentur *σκεύη id est*, *vasa*, femineam aut masculam habent inflexionem. nam quæ in ο, & ν terminantur, hæc sola vasis inflexionem habēt: vt ξύλον, χοινίον. quæ vero non ità *terminantur*, maris aut feminæ *inflexionem habent*: quorum nonnulla referimus inter *σκεύη*: vt ἀσκὸς, *est* nomen masculinū: κλίνη vero, femininum Idcirco etiam in his *verbum* Est & verbum Esse, eodem modo differentiam constituent.

5 Ac similis quodammodo est solœcismus elenchis, qui ex eo appellantur, quod non similia similiter *accipiuntur*. vt enim illic in rebus fit elēchus: ita hic in vocabulis committitur solœcismus. homo enim & album, tam res quam vocabulum est.

5 Vt in rebus fit captio ex figura dictionis, ita in verbis solœcismus.

6 Apparet ergo nitendum esse, vt solœcismus ex dictis casibus concludatur.

6 Conclusio.

7 Sunt igitur hæ species contentiosarum argumentationum, & partes specierum & modi, qui commemorati sunt.

7 Epilogus.

DE DISPOSITIONE, ET INTERROGANDI RATIONE,

Tractatus IV.

Cap. XIV.

Cap. XV.

1 Dispositio valet ad occultandum.

AD celandum autem non parum refert, si quendam in modum disponantur, quæ ad interrogationem pertinent. quemadmodum & in dialecticis. quare deinceps postea, quæ cõmemorata fuerunt, hæc primum dicenda sunt. 2 Valet autem ad elencho redarguendum prolixitas *orationis*: quia difficile *est* multa simul conspicere. Ad prolixitatem autem elementis antea commemoratis vtendum *est*. 3 Item celeritas quia tardiores minus prospiciunt. 4 Præterea ira & altercatio: nam perturbati minus possunt omnia obseruare. Elementa vero ad iram *excitandam sunt*, si quis voluntatem iniuste & omnino impudenter agendi præ se ferat.

2 Ad elencho redarguendum valent. Primo prolixi as orationis.

3 Secundo celeritas.

4 Tertio, ira & altercatio.

5 Præterea interrogationum permutato ordine positio: siue ad idem *probandum* habeat quis multas argumentationes, siue *ad ostendendũ* ita *esse*, & nõ ita *esse*. fit enim *hac ratione*, vt aduersarius à multis, aut à contrariis simul cauere sibi debeat. 6 Et omnino quæcũque ad occultationem valere antea diximus, conferunt etiam ad contentiosas argumẽtationes. nam occultatio est latendi gratia: latere autem, fallendi causa. 7 Sed aduersus abnuẽtes quæcumque putant ad argumentationem *facere*, *aut* per negationem interrogandum, quasi contrarium sumere velit, *qui interrogat*: aut saltem ex æquo *Vtraque contradictionis* pars in interrogationem deducenda: quia

5 Quarto, ordo propositionum turbatus.

6 Quinto quæ de occultatione tradita sunt lib. 8. Top c. 1.

7 Sexto interrogatio eius partis contradictionis, quam interrogans sumere non vult aut saltem vtriusque partis.

cum incertum est, quid *interrogator* sumere velit, minus morosos se præbent, *qui respondent*.

8 Cum autem per partes concedit aliquis singula, inducendo vniuersale sæpe non est interrogãdum, sed *eo* vt concesso vtendum, interdũ enim & ipsi *respondentes* se concessisse putant, & audientibus videntur, ob inductionis commemorationem, ceu non frustra sint interrogata *singularia*. 9 Sed in quibus non significatur nomine *aliquo* vniuersale, similitudine vtendum *est*, prout expedit. sæpe enim similitudo latet.

8 Septimo, vsus conclusionis vniuersalis non illatæ ex particularibus concessis.

9 Octauo, vsus similitudinis, quatenus expedit.

10 Iam vero vt propositio sumatur, per collationem contrarii percontari oportet. veluti si oporteat sumere, omnibus in rebus patri esse obtẽperandũ, *sic interrogetur*, vtrum in omnibus oportet obtempe-rare parentibus, an in omnibus repugnare? Et *si oporteat sumere obtemperandum*, sæpius *ita interrogetur*, vtrũ multa concedenda *sunt*, an pauca? magis enim, si quidem *obsequi parentibus* necesse *est*, multa videbantur esse *concedenda*, *quam pauca*. cum enim contraria inter se componuntur, & magna & maiora videntur hominibus, & deteriora, & meliora.

10 Nono, interrogatio per collationem contrarii.

11 Decimo, illatio conclusionis quasi probatæ.

12 Vndecimo, interrogatio, ad quam responsio necessario vel est præter opinionem, vel aduersabitur ei quod ab initio visum fuit respondenti: veluti si respondes negaris improbum esse beatũ, & sophista interroget, an non Archelaus, tyrannus sit beatus.

11 Vt autem elencho *aliquis* conuictus videatur, vehementer ac sæpe facit impostura illa maxime sophistica, cum qui nihil syllogistice proposuerunt, extremum non interrogant, sed concludendo dicunt, quasi facto syllogismo, non igitur hoc & hoc.

12 Est enim hoc sophisticum, posito paradoxo, postulare, vt quid videatur, respondeatur, proposito eo quod ab initio visum fuit: atque horum interrogationem sic instituere, vtrum tibi videtur: necesse enim *est*, si interrogatio *in eorũ numero* sit, ex quibus syllogismus *extruitur*, aut elenchum, aut

paradoxum confici, aut speciem *habere* elenchi: elenchum, si concedat: inopinabile, si neque concedat, neque *sibi* videri dicat: speciem elenchi, si nõ concedat, fateatur tamen *sibi* videri.

13 Duodecimo consideratio eorum quæ repugnant: sententiæ & verbis respõdentis, aut auctorum quos respondens sequitur vel sequi videtur.

13 Præterea, vt in rhetoricis, *ita* etiam in elenchicis similiter animaduertenda *sunt* ea, quæ repugnãt vel iis, quæ ab ipso *respondente* dicta sunt, vel iis quos *ipse* fatetur recte loqui aut agere: necnon iis, qui videntur tales, aut similibus: *inque* aut plurimis, aut omnibus.

14 Decimotertio, obiectionũ solutio per distinctionem.

14 Sicut autem qui respondent: sæpenumero, quando elencho redarguuntur, distinctionem adhibent, si futurum est, vt elencho redarguantur: *ita* etiam interrogantibus vtendum *est* hoc *præsidio* contra obiicientes, vt si illo modo contingit, hoc modo non *contingit*, illo modo se accepisse *dicant*, vt etiã Cleophon facit in Mandrobulo *b*.

b Ita inscribitur tragœdia Cleophõtis, quæ non extat.

15 Decimoquarto, transitio ad alias propositiones: omissis iis quæ probari nõ possũt.

15 Oportet etiam recedendo à *cœpta* disputatione reliquas argumentationum *partes* præcidere, ac respondentem oportet, cum præsentiat, ante occurrere & prædicere.

16 Decimoquinto, translatio disputationis à thesi ad aliud cõtra quod argumenta suppetant.

16 Nonnumquam etiam argumentandum *est* contra aliud *quiddam* ab eo quod dictum *est diuerso*, illud sumendo, si quis non habeat argumenta contra propositum *problema*. quod quidem Lycophron fecit, cum propositum problema esset lyræ encomium.

17 Decimosexto si formula non exigitis et specialiter quid probare velit: sed generaliter dicat se id velle probare quod aduersatur sententiæ respondentis.

17 Sed aduersus eos, qui requirunt, vt contra certum quid argumenta dirigantur (quia videtur opus esse, vt explicetur, in quo culpetur: quibusdam autem expressis, facilius caueri potest) dicendum est, quod vniuersaliter accidit in elenchis, *nos scilicet instituisse probare* contradictionem: *nempe*, quod ille affirmauit, esse negandum: aut, quod negauit, affirmandum:

mandum: non autem *dicendum, nos instituisse probare*, quod contrariorum *sit* eadem scientia, vel non eadem.

18 Non oportet autem conclusionem in modum propositionis interrogare. nonnulla vero ne quidem interrogari debent: sed his vt concessis vtendum.

18 Decimo septimo, ut non solum conclusio non interrogetur, sed etiam quædam propositiones non interrogentur, sed adhibeantur quasi concessæ.

19 Ex quibus igitur *locis* interrogationes eruantur, & quomodo *sit* interrogandum in contentiosis congressibus, dictum est.

19 Epilogus.

DE SOLVTIONE SOPHISMATVM.

Tractatus V.

De Vtilitate huius tractatus, ac de ratione respondendi.

CAP. XVI.

LIB. II. CAP. I.

POst hæc, de responsione, & quomodo oporteat soluere, & quid, & ad quem vsum disputationes huiusmodi valeant dicendum *est*.

1 Deinceps agendum de solutione sophismatum

2 Sane vtiles sunt ad philosophiam ob duas *causas*.

2 Tres sunt vtilitates huius tractatus, quarum duæ pertinent ad philosophiam.

3 Primum quia, cum plerumque sumantur ex dictione, faciunt vt melius affecti simus ad *dignoscendum*, quot modis vnumquodque dicatur, & quæ similia, & quæ diuerso modo accidant, tam in rebus, quam in nominibus.

3 Primo facit ad hoc vt facilius possimus distinguere.

4 Secundo *quia conferunt* ad inquisitiones *quas aliquis ipse* secum *facit*. nam qui ab aliis facile paralogismo

4 Secundo inquisitiones quas aliquis secum facit.

decipitur, nec id animaduertit, ipse quoque à semetipso hoc pati sæpenumero potest.

5 Tertio ad gloriam consequendam.

5 Tertium & reliquum *emolumentum pertinet* ad gloriam *consequendam:* quod *hac ratione* videatur *quis* in omnibus *rebus* exercitatus, ac nullius esse imperitus. Qui enim cum altero disputans, vituperat argumentationes, nec certum quid dicere potest de earum vitio, suspicionem præbet, quasi videatur *eas* cum indignatione audire, non propter veritatem, sed propter imperitiam.

6 Sophisma soluitur, si ostendatur in quo fallacia consistat.

6 Quomodo autem respondentes occurrere debeant huiusmodi argumentationibus, apparet: si quidem antea, ex quibus locis ducantur paralogismi, recte commemorauimus: & *sophistarum* in percontando imposturas sufficienter enucleauimus.

7 In disputãdo solutio debet esse in promptu.

7 Neque vero idem est, accepta argumentatione, videre ac diluere *eius* vitium, atque celeriter posse respondentem accurrere. quod enim nouimus, sæpe transpositum ignoramus. Præterea sicut in aliis *rebus*, celeritas ac tarditas exercitatione accipit incrementum, ita etiam in disputationibus *se res* habet. Quare si *quid* nobis manifestum sit, sed meditationis expertes simus, tempore sæpe destituimur.

8 Quemadmodum in mathematicis difficilis est compositio, ita in elenchis resolutio.

8 Interdum autem accidit, vt in descriptionibus *mathematicis*, (etenim cum eas resoluerimus, quandoque rursus componere nequimus) ita etiam in elenchis: nam cognoscentes, vnde argumentationis connexus eueniat, argumentationem illam dissoluere non valemus.

De ea quæ videtur solutio.

Cap. XVII.

PRimum igitur, sicut dicimus syllogismos probabiles interdum esse præeligendos potius quam veros, ita & soluendum *est* nonnunquam probabiliter potius, quam secundum veritatem. prorsus enim cum *hominibus* litigiosis pugnandum *est*, non quasi elencho redarguant, sed quasi videantur redarguere: si quidem non dicimus eos *aliquid* concludere. quapropter eo dirigenda *est responsio* ne videantur *concludere*. Etenim si elenchus est contradictio, non homonymia, *quæ* ex nonnullis *sumptionibus colligitur*: nulla vtique distinctione opus est aduersus ambigua & homonymiam: quoniam *is qui talia interrogat* non facit syllogismum. Verum non alia de causa distinctio est permittenda, nisi quia conclusio speciem quandam elenchi præ se fert. Non est igitur cauendum, ne redarguamur, sed ne videamur *redargui*.

Cap. II.
1 Alia est vera solutio alia videtur solutio: atque hæc interdum est afferenda.

2 Quandoquidem interrogationes ambiguæ, vel propter homonymiam *multiplices*, & eiusmodi aliæ captiones, etiam verum elenchum obscurant, & sitne aliquis elencho conuictus necne, incertum reddunt. Cum enim ad extremum, facta conclusione, liceat *respondenti* dicere, non quod *ipse* affirmauit, negasse interrogantem; sed homonymos, vel ambigue interrogasse: ideoque aliud se affirmasse, aliud sumpsisse interrogantem, ac negasse in conclusione: etsi maxime ad idem *retulit*: incertum *est*, an sit conuictus elencho: quia incertum est an nunc verũ dicat. Quod si *interrogans* distinctione ad-

2 Captiones tantum abest vt vere redarguant, vt etiam verum elenchũ obscurent.

hibita interrogasset homonymum, vel ambiguum, non obscurus esset elenchus.

3 Captiones sophistarum sunt in causa, vt respondens nō teneatur simpliciter affirmare aut negare.

3 Et quod litigiosi *interrogatores* nunc minus requirunt, olim magis *requirebant*, vt *scilicet* interrogatus responderet aut Etiam, aut Non: *id* certe fieret. Nunc vero, quia non scite interrogant, qui percontantur, necesse *est*, vt interrogatus adiiciat aliquid responsioni, quo vitium interrogationis corrigat. nā si *interrogans* distinxisset, sufficienter necesse *esset*, vt respondens vel Etiam, vel Non, diceret.

4 Si secundum homonymiam fieret verus elenchus, non posset solui.

5 Elenchus ex homonymia in singularibus soluitur tribus modis: Primo male per distinctionem inter hunc Coriscum & hunc Coriscum

6 Secundo male per distinctionem inter Coriscum & hunc Coriscum.

7 Tertio recte per distinctionem diuersarū significationū: quæ distinctio adhibenda est in principio. Primo, quia etiamsi quis post argumentationem conclusam distinguat, tamen videri potest elencho conuictus.

4 Si quis autem existimet eum esse elenchum, qui secundum homonymiam fit: nullo modo licebit respondenti effugere, quo minus elencho redarguatur. In iis enim, quæ cernuntur *oculis*, necesse *est* negare nomen quod affirmauit, aut affirmare quod negauit.

5 Vt enim corrigunt nonnulli, nihil prodest, aiunt n. *hi*, non Coriscum esse musicum: & immusicum, sed hunc Coriscum esse musicum, & hunc Coriscū immusicum. Nam eadem erit oratio, Coriscum *esse musicum*, & hunc Coriscum esse musicum: quod quidem simul affirmat & negat, *qui respondet*. sed fortasse non *vnum & idem significat verbū illud Hic Coriscus*: quia nec illic *nomen* Coriscus *vnam habebat significationem*, itaque *vtrum Coriscus: an Hic Coriscus dicatur* nihil interest.

6 Sin autem illi simpliciter loquendo attribuet, huic vero aliquem, vel hunc adiunget, absurdum *erit*: quia non magis alteri inerit, *quam alteri*: vtriuis enim *attribuatur*, nihil interest.

7 Verumenimuero quoniam incertum est, an is qui non distinxit amphiboliam, sit conuictus elencho, necne: in disputationibus namque concessum est distinguere: apparet eum, qui non distinguit,

ſed ſimpliciter concedit interrogationem, peccare. quocirca ſi non ipſe *reſpondens* ac certe *eius* oratio elencho refutatæ ſimilis eſt.

8 Sæpe autem accidit, vt qui ambiguitatem vident, diſtinguere cunctentur propter frequentiam eorum, qui talia proponunt ne in omnibus videantur tergiuerſari: deinde, *ipſis* non putantibus ex eo pendere argumentationem, incidit paradoxum.

8 Secũdo, quia non diſtinguentes ſæpe incidũt in aliquam ab ſurditatem preter opinionem.

9 Quare, cum ſit conceſſum diſtinguere, non *eſt* cunctandum, vt antea dictum fuit.

9 Tertio, quia diſtinguere licet.

10 Niſi vero duas interrogationes pro vna quis acciperet, non fieret ex homonymia vel amphibolia paralogiſmus, ſed aut *eſſet verus* elenchus, aut ne *quidem ſpeciem elenchi præ ſe ferret*: quid enim intereſt vtrum interrogetur, ſintne Callias & Themiſtocles Muſici: an *ſub vno communi nomine*, ſi ambobus inter ſe differentibus vnum ſit nomen commune? nam ſi *nomen illud commune* plura ſignificat quam vnum, *certe qui eo eſt vſus*, plura interrogauit. Si igitur non recte petitur, vt ad duas interrogationes vna reſponſio ſumatur ſimpliciter: apparet, ad nihil homonymum reſpondendum eſſe ſimpliciter, ne quidem ſi in omnibus verum *ſit*, vt nonnulli putant. hoc enim idem valet, ac ſi interrogaretur, vtrum Coriſcus & Callias ſint domi, an non *ſint* domi: ſiue adſint ambo, ſiue non adſint: quoniam vtroque modo propoſitiones plures ſunt. non enim, ſi vere dicitur, propterea interrogatio vna *eſt*. nam poſſunt ſexcentæ diuerſæ interrogationes alicui proponi, ad quas omnes vere poſſit reſpondere Etiam, aut Non: veruntamen non *eſt ad illas omnes* vna danda reſponſio: ſic enim tollitur diſputatio. hoc vero perinde eſt, ac ſi *rebus diuerſis* idem nomen poſitum eſſet. ergo ſi non oportet ad duas interrogationes vnam reſponſio-

10 Quarto quia non diſtinguens accipit plures interrogationes pro vna.

nem dare : perſpicuum *eſt*,etiam in homonymis non *eſſe* dicendum Etiam, vel Non.

11 Quinto, quia non diſtinguens, non reſpondet de re, de qua diſputatur, ſed tantum de nomine.

12 Concluſio.

11 Non enim qui *id* dixit, reſpondit, ſed locutus eſt: hoc tamen probatur quodammodo in differentibus: quia non apparet, quod inde ſequitur. 12 Sicut igitur diximus: quia videntur quidam elenchi eſſe, qui non ſunt: eodem modo etiam ſolutiones *quædam* videbuntur eſſe, quæ non erunt: quas ſcilicet dicimus interdum eſſe afferendas potius quam veras, in contentioſis diſputationibus, & cum *paralogiſmo* ex duplicitate *ducto* occurritur.

13 In iis quæ vera videntur, reſpondendum Eſto.

† In paradoxis reſpondendum Videtur

13 Porro autem in reſpondendo ad ea quæ *vera* videntur, dicendum, Eſto : ſic enim minime fiet parexelenchus. † Vt ſi *quis* aliquod paradoxum cogatur dicere, hic maxime adiungendum *reſponſioni verbum* Videri : ſic enim neque elenchus, neque paradoxum effici videbitur.

14 Ad id quod problemati propinquum eſt, ſi per id euertatur problema, reſpondeatur petit quæſitum

14 Quia vero manifeſtum *eſt*, quomodo poſtuletur *quæſitum* initio *propoſitum*: ac omnes *id poſtulari* putãt, ſi *quæſito* proximũ ſit *quod petitur*: *idcirco* tollẽda ſunt, non concedenda nonnulla, quaſi *quæſitum* initio *propoſitum interrogator* petat: & cum tale *quid* poſtulat aliquis, quod neceſſario quidem conſequitur ex theſi, falſum autem eſt, vel inopinabile: dicendum *eſt eſſe* idem *quod quæſitum*. nam quæ neceſſario conſequuntur, ipſius theſis *partes* videntur.

15 Ad eũ qui ſimilitudinis collatione vſus eſt, reſpondeatur enim nõ eſſe vſum ſimilitudini prout à nobis conceſſa fuit.

15 Præterea cũ vniuerſale non nomine, ſed *ſimilitudinis* collatione ſumptum fuerit: dicendum *eſt aduerſarium*, non vt datũ fuit, nec vt *ipſe* propoſuit, *id* ſumere *in concluſione*: quia propter hoc ſæpe fit elenchus.

16 Qui non poteſt vti aliqua eu ſupra expoſitũ reſpõſionib. dicat aduerſarium non probaſſe quod ei erat probandũ.

16 Qui vero his *reſponſionibus* excluduntur, ad *id* confugere debent, *vt* non recte probatum eſſe *contendant*, occurrendo ſecundum traditam *ſyllogiſmi & elenchi* definitionem.

17 Sane cum nomina proprie accipiuntur, necesse *est* respondere vel simpliciter, vel per distinctionem. 18 Sed *quod ad ea* quæ *tacite* subintelligētes ponimus: veluti quę non perspicue, sed deminute interrogantur; hinc sæpe accidit elenchus, vtputa, Quod est Atheniensium, estne possessio Atheniensium? vtique. similiter autem & in aliis *dicendum*, at enim *nonne* homo (*vt Græci loquuntur*) est animaliū? etiam. homo igitur *est* animalium possessio. nā hominem ideo *Græca phrasi* dicimus esse animalium, quia est animal: & Lysandrum *esse* Lacedæmoniorum, quia *est* Lacedæmonius. Patet igitur, vbi obscurum est quod proponitur, non esse concedendum simpliciter. 19 Cum autem duo sint *ita inter se affecta*, vt si alterum sit, alterum quoque necessarium esse videatur: *contra* vero si hoc sit, non *sit* necessario & illud: *tunc* qui interrogatur, vtrum *eorum esse putet*, *id* dare debet, quod minus *late patet*: quia difficilius *est* concludere ex multis. 20 Si quis autem inde argumentetur, quod alteri *est aliquid* contrarium, alteri non est: *etiam* si ratio vera sit, *tamen* dicere *oportet esse quidem etiam* alterius contrarium, sed nomen ei non esse positum. 21. Quia vero ex iis, quæ multi dicunt nonnulla *sunt eiusmodi*, vt si quis *illa* non admittat eū falso respondere autument: quædam vero *talia* non *sunt*, vt ea de quibus in vtramque partem sunt opiniones *contrariæ*: (vtrum enim corruptibilis, an incorruptibilis sit animantium anima, non est exploratum multis) in quibus igitur incertum est, vtro modo dici soleat, quod ita proponitur, *vt quæratur* vtrum *respondenti videatur*, quales *sunt* quæ sententiæ *appellantur*: nam sententias appellant & veras opiniones, & vniuersas enunciationes, vt, diameter non habet cōmunē mensuram) & præterea de cuius

17 Cum nomina propria accipiuntur, simpliciter est negandum, aut distinguendū.

18 Cū aliquid subauditur, nō est simpliciter respondendum, sed adhibenda est limitatio.

19 Concedenda potius est proposit o particularis, quam vniuersalis.

20 Aduersus eum qui ex eo argumentatur, quod altera res habet contrarium altera cōtrario caret: dicendum est hāc quoque habere contrarium sed hoc non videri, quia nomine vacat.

21 In iis de quib. in vtranque partem sūt opiniones argumentatio eluditur afferendo contrarium nominibus mutatis.

veritate in vtramque partem sunt opiniones: in his (inquam) *omnibus* nomina transferens, maxime latere poterit. nam quia incertum est, vtro modo veritas habeat, non videbitur sophistice cauillari: & quia in vtramque partem sunt opiniones, non videbitur falso respondere: translatio vero efficiet, ne oratio possit elencho redargui.

12 Obiiciatur contra propositiones nondum interrogatas, si præsentiantur.

12 Præterea quascumque interrogationes quis præsenserit, *illis antequam dicantur*, debet obiicere, ac prædicere: sic enim maxime percontantem impediet.

De Vera solutione.

CAP. III.

CAP. XVIII.

1 Argumentatio concludens soluitur negatione: quæ vero concludere videtur, distinctione.

QVoniam autem recta solutio est patefactio falsi syllogismi, *docendo*, ex qua interrogatione falsum efficiatur: falsus autem syllogismus dicitur bifariam: nempe si aut falso conclusum est, aut si cum non sit syllogismus, videatur esse syllogismus: erit vtique & quæ nunc dicta est solutio, & eius qui syllogismus videtur, correctio *docens*, ob quam interrogationem *falso* videatur *esse syllogismus*. Vnde fit, vt argumentationes concludentes, negatione: quæ autem *concludere* videntur, distinctione soluantur.

2 Argumentatio concludens, aut veram aut falsam conclusionem colligit. Illa soluitur per negationem propositionis: hæc per negationem propositionis, aut conclusionis.

2 Rursus quia concludentium argumentationum aliæ veram, aliæ falsam conclusionem habent: eæ quidem, quarum falsa est conclusio, dupliciter solui possunt, nempe & tollendo aliquam interrogationem, & ostendendo non ita *se* habere conclusionẽ. quæ vero propositiones falsas habent, tantummodo tollendo aliquam *interrogationem*, *solui possunt*:

quandoquidem conclusio vera *est*.

3 Quocirca qui argumentationem soluere volunt: primum considerare debent, concluseritne, an vi concludendi careat: deinde, vtrum conclusio vera *sit*, an falsa: vt vel distinguendo, vel tollendo soluamus: tollendo, inquam, aut hoc, aut illo modo, sicut antea dictum fuit. 4 Plurimum autem interest, vtrum quis interrogatus, an non *interrogatus* soluat argumentationem. nam statim prospicere, difficile *est*: per otium autem videre, facile.

3 Primo videndum an argumentatio concludat: deinde, vtrum conclusio sit vera an falsa.

4 Solutio est p[ræ]stantior & in disputationibus necessaria, quæ fit ex tempore.

De solutione captionum, quæ ex homonymia, vel amphibolia ducuntur.

Cap. XIX.

Elenchorum igitur, qui ex homonymia & amphibolia *ducuntur*, alii habent aliquam interrogationem plura significantem, alii conclusionem multifariam acceptam. vt in *captione illa* σιγῶντα λέγειν, conclusio duplex *est*, in *hac* vero eum qui scit, non simul scire, (vt in hac *argumentatione*, Qui scit dicere aut facere, illud quoque simul scit quod dicit, aut facit: atqui hic scit dicere *carmina* iambica, hic igitur simul scit etiam iambica) vna interrogatio *est* ambigua. ac quod duplex *est*, alias est *verum*, alias non est *verum*: quod enim *est* duplex, partim significat quod est, partim quod non est. 2. Quibus igitur in fine *in est* multiplicitas, nisi *opponens* adsumpserit contradictionem, non fit elenchus: vt in *captione illa*, cæcum videre: quia sine contradictione non erat elenchus. 3 Quibus vero *multiplicitas inest* in interrogationibus, *in his* non *est* necesse prius negare *a* quod duplex *est*: quia non ad hoc, sed ex hoc *extruitur* argumen-

1 Multiplicitas inest. vt. in propositione, vel in conclusione.

2 Cum multiplicitas inest in conclusione, nō fit elenchus, nisi opponens accipiat eandem significationem, quam respondens.

3 Cum multiplicitas est in propositionib. non est opus negare in omni significatione, sed in ea quę ad rem facit.

a Ait, prius negare. quia in seq parte iubebi... ri ab...

4 Cum est multiplicitas in sermone opponentis distinguendum est ab initio. Si tunc distinctio omissa fuerit, postea corrigenda est oratio adiectione. Hoc obseruandum est, Primo cum multiplicitas est in conclusione.

tatio. 4 Initio igitur, *cum* duplex *est* nomen & oratio sic respondendum, partim esse, partim non esse. vtputa Σιγῶντα λέγειν, vno modo esse verum, altero falsum, & facienda *esse* τὰ δέοντα de his vere *dici*, de illis falso: quia τὰ δέοντα multis modis dicuntur. Sin ab *initio multiplicitas* lateat, ad extremum adiectione interrogatio *est* corrigenda: Est igitur *verum*, σιγῶντα λέγειν: minime: sed τὸν δὲ σιγῶντα.

5 Secundo cum multiplicitas est in propositionibus.

5 Sed & in iis quæ multiplicitatem habent in propositionibus, similiter *est faciendum veluti*: Non igitur simul sciunt, quod sciunt. vtique: sed nō qui ita sciunt: neq; enim hæc idem valent: non accidere, vt *qui sciant*, simul sciant: & non accidere, vt qui ita sciunt, *simul sciant*.

6 In summa, respondens dicat sophistam non probasse reipsa contrariū suæ assertioni, sed tantum verbo tenus.

6 Et omnino pugnare debet *respondens*, etiamsi *aduersarius* simpliciter concluserit, *ac dicere* non rem à se affirmatam, sed nomen *eum* negasse: ideoq; non *esse* elenchum.

De solutione captionum ex compositione, & diuisione.

CAP. XX.

1 Fallacia ex compositione soluitur per diuisionem fallaciа ex diuisione per compositionem.

PErspicuum etiam *est*, quomodo soluendæ sint *argumentationes*, quæ ex compositione & diuisione *ducuntur*. nam si diuisa & composita oratio diuersam habet significationem, *id in solutione est* dicendum, quod conclusioni repugnat.

2 Exempla eiusmodi fallaciarum.

2 Sunt autem omnes eiusmodi argumentationes ex compositione & diuisione: Num quo tu vidisti hunc vapulantem, eo hic vapulauit? & quo vapulauit, eo tu vidisti?

3 Hæ fallaciæ sunt similes interrogationi ambiguæ, ab ea tamen differunt.

3 Habet sane *hæc fallacia* aliquid ambiguæ interrogationis: sed nihilominus est ex composi-

tione. neque enim duplex eſt, quod *ſumitur* ex diuiſione: quia non eadem oratio efficitur, *cum eſt* diuiſa, *quæ ante erat coniuncta.* niſi & ὄρος & ὅρος cum accentu prolata, accipiuntur diuerſis modis: ſed in ſcriptis idem *eſt* nomen quando iiſdem elementis ſcriptum eſt, & eodem modo. & illic igitur notæ eædem fiunt: ſed quæ pronunciantur, *ſunt* diuerſa. Quare duplex non *eſt*, quod ex diuiſione *ſumitur*. 4 Perſpicuum quoque *eſt*, non omnes elenchos *ſumi* ex multiplicitate, vt nonnulli autumant. *4 Non omnes elenchi ſumuntur ex multiplicitate.*

5 Diſtinguere igitur debet, qui reſpondet, non enim idem *valet*, ſi quis dicat *aliquẽ* videre oculis vapulantem: & ſi dicat videre oculis vapulantem. *5 Fallaciæ ex compoſitione & diuiſione ſoluuntur per diſtinctionem.*

6 *Huc referatur* & Euthydemi ratio, Num vidiſti tu nunc ſtantes in Piræo triremes in Sicilia *exiſtens*? *6 Aliud exemplum.*

7 Et rurſus; Num poteſt bonus cum ſit ſutor prauus eſſe? atqui poteſt aliquis, cum ſit bonus ſutor, prauus eſſe: proinde ſutor prauus. *7 Aliud exemplum.*

8 Item, Num quorum bonæ *ſunt* ſcientiæ *ea ſunt* bona mathemata? ſed mali bonum *eſt* mathema: malum igitur *eſt* bonum mathema: atqui malum, & mathema *eſt* & malum: malum igitur *eſt* malum mathema. *8 Aliud exemplum.*

9 Num quid vere dicitur nunc te natum eſſe? natus igitur es nunc, An aliud ſignificat diuiſum *quam cõiunctum*? Vere enim dicitur nunc, te natum eſſe: ſed non vere dicitur, nunc te natum eſſe. 10 Num quomodo potes, & quæ potes, hæc & eo modo vtique feceris? atqui non pulſans citharam, præditus es facultate pulſandi citharam: Ergo citharam pulſaueris, citharam non pulſans. An non hac præditus eſt facultate, vt non pulſans pulſet citharam: ſed quãdo *hoc* nõ facit, *habet facultatem* faciendi? *9 Aliud exemplum.* *10 Aliud exemplum.*

11 *Referri prauam à quibusdam allatam solutionem sophismatis nouissime propositi.*

11 Soluntautē nonnulli & aliter hoc *sophisma*. nam si *respondens* concessit *se facturum*, quomodo facere potest: negant *inde* sequi vt non pulsans citharam pulset: quia non quocumque modo facere potest, concessit se facturum: nec idem valet, quomodo potest, & quocumque modo potest facere.

12 *eandem solutionem impugnat, quia non potest accommodari omnibus eiusdem generis captionibus.*

12 Sed apparet *eos* non recte soluere. nam argumentationum quæ ex eodem *loco* sumuntur, eadem *est* solutio: hæc vero non conueniet omnibus *eiusdem generis argumentationibus*, nec quouis modo interrogatis: sed est ad interrogantem, non ad argumentationem *accommodata solutio*.

De solutione captionum ex accentu.

CAP. XXI.

1 *Captiones ex accentu raro fiunt.*

EX accentu vero argumentationes non sunt, neque in scriptis, neque in pronunciatis: nisi paucæ quædam fiant: vt hęc argumentatio. Estne τὸ οὗ καταλύεις, domus? certe non ne τὸ οὐ καταλύεις est negatio τοῦ καταλύεις? etiam. dixeras autem τὸ οὗ καταλύεις, esse domum: domus igitur *est* negatio.

2 *Huiusmodi captiones soluuntur per distinctionem significationis, quę pro diuersitate accentus diuersa est.*

2 Quomodo autem soluendæ *sint huiusmodi captiones*, manifestum *est*: quoniam illud *ου* non idem significat, cum acutius & cum grauius profertur.

De solutione captionum, quæ ducuntur ex figura dictionis.

Cap. XXII.

Patet etiam, quomodo *sit* occurrendum argumentationib. ex eo *ductis*, quod eodem modo dicuntur, quæ non eadem *sunt*: quandoquidem tenemus genera categoriarum. nam ille quidem interrogatus concessit nō esse quidpiam eorum quæ essentiam significant: hic vero probauit esse quidpiam eorum quæ *referuntur* ad aliquid, vel *sunt in* quantorum *numero*, ac videntur essentiam significare propter *similem* dictionem.

1 Captionēs quæ sumuntur ex figura dictionis, in eo peccant quod trāscendunt de genere in genus, & confundunt categorias, quasi eadem sit categoria, ubi est eadem figura dictionis.

2 Vt in hac argumentatione: Acciditne idem simul facere & fecisse? nequaquam. atqui eandem rem & secundum idem simul videre & vidisse contingit.

2 Exemplum primum.

3 Estne aliquid facere & pati? minime, quin hæc, τέμνεται, καίεται, αἰσθάνεται, *id est, secatur, vritur, sētit*, similiter efferuntur, & omnia pati quiddam significant, rursus λέγειν, τρέχειν, ὁρᾶν, *id est, dicere, currere, videre*, simili inter se modo dicuntur. atqui τὸ ὁρᾶν, *id est videre*, est αἰσθάνεσθαί τι, *id est, species quædam* τ̃ *sentire*: proinde simul *est* & facere & pati. 4 Si qui autem illic, *a* cum concesserit, non posse *aliquem* simul eandem rem facere & fecisse: fateatur *aliquem* posse videre & vidisse: nondum est conuictus elenchus, si videre non dicat esse facere quiddam, sed pati: quoniam opus est etiam hac interrogatione. sed auditores existimant *eum hoc* concessisse, quando concessit secare, esse facere quiddam: & secuisse, fecisse quiddam: & quæcumque alia similiter dicuntur.

3 Exemplum secundum.

4 Elench: ex figura dictionis sumptio non redarguitur respondens nisi rei similitudinem concesserit ob similem dictionis figuram sed videtur redargui, si videatur id concessisse.

a In primo exemplo posito in part. 2.

reliquum enim ipse auditor supplet, quasi similiter dicatur. sed hoc non similiter dicitur, sed *ita* videtur propter *similem* dictionem. Idem autem hic accidit, quod in homonymiis. nam qui verborum vim ignorat, in homonymis putat, quum rem affirmauit *respondens*, eam negasse *opponentem*, non *tantum* nomen: cum tamen insuper sit opus interrogatione, an ad vnam rem respiciens vtatur *verbo* homonymo: hoc enim concesso, erit elenchus.

5 Exemplum tertium.

5 His *quas exposui*, similes sunt hæ quoque argumentationes *quæ sequuntur*. Num quod quis habẽs, postea non habet, amisit? nam qui vnũ modo talum amisit, non habebit decem talos. An quod non habet, cum prius haberet, amisit: quantum vero, aut quod non habet, non *est*. necesse tot *eum* amisisse? cũ igitur in interrogatione dixerit quod habet, in conclusione ponit tot: nam decem *sunt* aliquot. Si igitur interrogasset ab initio, quot aliquis non habet, cum prius haberet, totne amisit? nemo concederet: sed, vel tot, vel horum quidpiam.

6 Exemplum quartum.

6 Item *captio qua concluditur* posse aliquem dare quod non habet quia nõ habet vnũ solum talũ. An *qui dedit vnum solũ talũ*, non dedit quod non habebat, sed quomodo non habebat, *nẽpe* vnum? nam *illa dictio*, Solum, non significat hoc, nec quale, nec quantum, sed quomodo refertur ad alterum, veluti non *haberi vna* cum alio. *Perinde* igitur *est*, ac si *quis* interrogasset. Quod quis non habet potestne dare? *altero* vero negante *hoc fieri posse*, quæreret, an possit aliquis dare cito, non habens cito: atque *illo* assentiente, concluderet dare aliquẽ posse, quod non habet, perspicuumque *est eum* non *recte* conclusisse: quia cito *dare*, non est hoc dare, sed ita dare: vt vero quis non habet, dare potest; verbi gratia liben-

cet habens, dare poteſt grauate.

7 *Expoſitis captionibus* hæc quoq; ſimiles ſunt: Num *ea*, quam non habet, manu verberare poteſt? aut, *Num eo*, quem non habet, oculo videre poteſt? quia non habet vnum tantum.

7 Exemplu quintum & ſextum.

8 *Huiuſmodi captiones* ſoluunt nonnulli, dicentes & vnum ſolũ ſiue oculum, ſiue aliud quiduis, habere *eum* qui plura habet. 9 Alii vero *aiunt* & accepiſſe *quempiam*, quod habet, dedit enim alter vnum ſolũ calculum: & hic habet (inquiunt) vnum ſolum ab illo calculum. 10 Alii autem, ſtatim interrogationẽ tollentes, *affirmant* fieri poſſe, vt *quis* habeat quod non accepit: veluti qui vinum accepit dulce, ſi corruptum *ſit* inter accipiendum, habeat acidum.

8 Refert quintæ & ſextæ captionis ſolutiones ab aliis traditas, primam.
9 Secundam.
10 Tertiam.

11 Verum, vt antea dictum fuit, omnes hi non ad argumentationem, ſed ad hominem ſolutionem accommodant. nam ſi eſſet hæc ſolutio, *quam afferunt*, qui contrarium daret ſoluere non poſſet: ſicut in aliis *quoque captionib. vſuuenit*. vtpura ſi ſolutio eſt *quia* partim eſt, partim non *eſt*: ſi ſimpliciter conceſſerit, concluditur, ſin autem non concluditur, non poteſt *ea* eſſe ſolutio, in *captionib.* vero *paulo* antedictis, conceſſis omnibus, negamus fieri ſyllogiſmũ.

11 Impugnat dictas ſolutiones, quia non poſſunt accommodari ad omnes captiones eiuſdem generis.

12 Præterea hæ quoq; *in* huiuſmodi argumentationum numero ſunt: Nũquod ſcriptũ eſt, ſcripſit aliquis? ſcripta autem eſt, nunc te ſedere, falſa oratio: ſed vera erat, quando ſcribebatur: ſimul igitur ſcribebatur falſa & vera. nã veram aut falſam orationẽ, opinionẽve eſſe, non hoc, ſed tale ſignificat. eadem namque ratio *eſt* etiam opinionis *quæ orationis*.

12 Exemplum vltimum.
13 Exemplum octauum.

13 Item, Num quod diſcit diſcens, hoc eſt quod diſcit? diſcit autem qui τὸ βραδὺ, ταχὺ, *id eſt, tardum, celeriter*, non enim *opponens* dixit, quod *quis* diſcit, ſed quomodo diſcit.

14 Exemplum nonum
15 Exemplum decimum.

16 *Exemplum vndecimum.*
17 *Exemplum duodecimum.*
b Quia ſcit aliquis hominem ambulare, puta quem eminus videt cũ neq; ſciat hominem vniuerſalem ambulare, (hic enim quẽ videt ambulantẽ eſt particularis, & homo vniuerſalis non ambulat) neque aliquem ex ſingularibus hominibus ambulare, quoniam ignorat quis ſit ille qui ambulat.
c Non poteſt oſtendi Coriſcus muſicus, quaſi hoc aliquid diuerſũ à Coriſco: nec hominẽ, quaſi hoc aliquid, diſtinctum à ſingulis hominib.

14 Et, Num quod quis perambulat, calcat? perambulat autem totum diem. An non dixit, quod quis perambulat ſed quando perambulat?

15 Neque cum *dicimus*, Calicem bibit, *indicamus*, quod bibit, ſed ex quo.

16 Item, Num quod quis nouit, inueniens vel diſcens nouit? quorum autem alterum inuenit, alterum didicit, *hus ſi* ambo *ſimul accipiantur*, neutrum *conuenit*. An hic omne *accipitur*, ibi vero non omne?

17 Item Eſſe quendam tertium hominem præter ipſum *hominem*, & ſingulos *homines*. *b* Nam homo, & quicquid commune *eſt*, non hoc aliquid, ſed quale quidpiam, vel ad aliquid, vel quomodo, vel eiuſmodi quidpiam ſignificat. Idem *contingit in quæſtione*, vtrum Coriſcus & Coriſcus muſicus *ſint* eadem res, an diuerſa. nam alterum, hoc aliquid: alterum quale ſignificat. Quare non licet hoc exponere *c*. Neque vero expoſitio tertium hominem facit: ſed *illa* conceſſio, *id quod eſt commune*, eſſe id ipſum quod hoc aliquid. ſic enim *fit*, vt hoc aliquid eſſe, non ſit id ipſum quod Callias, & ſit id ipſum quod homo. Nec, ſi quis dicat id quod exponitur non eſſe idipſum quod hoc aliquid, ſed id ipſum quod quale quicquam refert. erit enim *nihilominus* præter multos vnum aliquid, vt homo. Apparet igitur, non eſſe concedendum, hoc aliquid eſſe quod communiter multis attribuitur: ſed vel quantum. vel quale, vel ad aliquid, vel huius generis *aliud* quidpiam ſignificare.

Communia

Communia de solutione captionum in dictione consistentium.

CAP. XXIII.

OMnino autem in disputationibus à dictione *sumptu*, semper oppositum ei ex quo argumentatio ducitur, erit solutio. *1 Sophisma in dictione consistens soluitur, cum dic tur oppositum & ex quo sumpta est argumentatio.*

2 Vt puta, si ex compositione *sumitur* argumentatio, solutio *erit* per diuisionem, sin ex diuisione per compositionem. *2 Ita soluuntur, Primo captiones ex compositione & diuisione*

3 Rursus si ex accentu acuto *arguatur*, grauis accentus *erit* solutio, si vero ex graui, acutus. *3 Secundo captiones ex accentu.*

4 Sin autem ex homonymia: licet, oppositum nomen dicendo, soluere. vt puta si *ex argumentatione* sequitur, vt negando dicatur non esse animatum, ostendatur esse animatum. quod si *respondens* dixit animatum; ille autem, *qui argumentatur*, conclusit *esse* animatum: dicere oportet esse animatum. *4 Tertio captiones ex homonymia.*

5 Similiter *faciendum est* & in amphibolia. *5 Quarto captiones ex amphibolia.*

6 At si ex similitudine dictionis *ductum sit argumentum*: oppositum erit solutio, *veluti*, Num quod non habet, dare aliquis potest? An non *potest*, quod non habet, sed quomodo non habet? vt vnum solum talum. Num, quod scit, discens an inueniens scit? Sed non quæ scit. Et, Num quod perambulat, calcat? sed non quando. Similiter & in alijs *eiusmodi captionibus est faciendum.* *6 Quinto captiones ex figura dictionum.*

De solutione captionum ductarum ex accidente.

CAP. XXIV.

CAP. IV.

1 Captio ex accidente soluitur negãdo esse necessarium, vt quod accidenti inest, etiã subiecto attribuatur.

QVod vero ad captiones, quæ ex accidente *ducuntur*, vna *&* eadem *est* omnium solutio. nã quia incertum *est*, quando dicendum *sit* de re, quod accidẽti inest: ac in nonnullis quidem hoc videtur: & *vulgo* concedunt: in aliis vero negant esse necessarium: dicendum *est* igitur, accommodata ad omnes *eadem solutione*, non esse necessariũ. Oportet autem habere *in promptu* exẽplum, quod proferatur.

2 Exempla varia.

2 Sunt autem omnes hæ argumentationes ex accidente. Scisne quod sum interrogaturus? non eum qui accedit? aut, qui absconsus est? Num hæc statua tuum est opus? Numquid hic canis tuus *est* pater? Numquid pauca paucis vicibus *accepta*, pauca *sunt?* Perspicuum enim *est*, in his omnibus non necesse *esse* vt quod de accidente *vere dicitur*, etiã de re *ipsa* vere dicatur. nam in iis solis quæ secundum essentiam indifferentia & vnum sunt: omnia videntur eadem inesse. ei vero quod *est* bonum, non idem est, esse bonum, & fore interrogandum. neque ei qui accedit, vel absconsus est, idem est; accedentem vel *absconsum* esse, & Coriscum *esse*. Itaque non, si Coriscum noui, eum vero qui accedit, non noui. *propterea* eundem noui & non noui. Neque, si hoc est opus, mieumque est, *ideo* meum est opus: sed vel possessio, vel res, vel aliud quoduis. Eodem modo & in aliis *se res habet*.

3 Aliorum solutio prima, quia idem diuersis modis potest sciri & ignorari.

3 Soluunt autem *has captiones* nõnulli distinguendo interrogationem: aiunt enim fieri posse, vt eadem res sciatur & ignoretur, non tamen secundum idem, cum igitur eum qui accedit, non co-

gnoſcant, Coriſcum vero cognoſcant, idem ſe cognoſcere & ignorare fatentur, non tamen eodem modo.

4 Atqui primum quidem, ſicuti iam diximus, oporteat earum argumentationum, quæ ex eodem *loco* ducuntur, eandem eſſe correctionem: hæc autem nō erit *ſolutio*, ſi quis non ex *verbo* Cognoſcere, ſed ex *verbo* Eſſe, aut modo quodam affectum eſſe, idem axioma ſumat: veluti, Si hic eſt pater & eſt tuus. Vt enim in quibuſdam id verum ſit, idemque poſſit ſciri & ignorari: at certe huc ducta *ſolutio* nullo modo quadrat. *4 Refutatur dicta ſolutio, Primo, quia non poteſt accommodari omnibus eiuſdem generis captionibus.*

5 Ceterum nihil vetat eandem argumentationem pluribus vitiis laborare: attamen non cuiuſcũque peccati patefactio, ſolutio eſt. nam fieri poteſt vt quis oſtendat falſum eſſe concluſum: vnde autem, non oſtendat: vt puta *ſoluens* argumentationem Zenonis, qua *concluditur* nihil poſſe moueri. Quapropter & ſi quis *reſpondens* nitatur argumentando ducere tamquam ad impoſſibile, peccat etiamſi decies millies concludat, quia non eſt hæc ſolutio. erat enim ſolutio, patefactio falſi ſyllogiſmi *oſtendens* cur falſus ſit. Si igitur *opponens* nihil concludat: ſiue verum ſiue falſum conetur argumentatione colligere, eius rei declaratio, ſolutio eſt. *5 Secundo, quia non patefacit præcipuum vitium argumentationis.*

6 An fortaſſis hoc in quibuſdam vſuuenire nihil prohibet, ſed in his *captionibus*, neque hoc videri poteſt, nam & Coriſcum nouit *eſſe* Coriſcum, & eum qui accedit, eſſe eum qui accedit. Sed contingit idem ſcire ac *neſcire*: veluti, album *eſſe*, ſcire: muſicum vero *eſſe*, ignorare: ſic enim idem nouit & non nouit: non tamen ſecundum idem. verum *hic* & id quod accedit & Coriſcum ſcit *eſſe* id quod accedit, & *eſſe* Coriſcum. *6 Tertio, quia in exemplo quo de agitur, non ſunt diuerſi modi cognoſcendi.*

7 Solutio secunda concedens conclusionem esse veram impugnatur, qua sophista non conclusit.

7 Similiter vt hi quos diximus, peccant & qui ita soluunt *captionem*, dicentes omnem numerum & multum & paucum *esse*, etenim si, cum nihil concludatur, hoc prætermisso, verum conclusum esse fateatur, (omnem enim numerum & multum *esse*, & paucum) *profecto* peccant.

8 Solutio tertia consumitur ex duplicitate, quasi tuum esset homonymum.

8 Sunt etiam qui ex duplicitate dissoluunt hos syllogismos. *quibus* concluditur tuum esse patrem, aut filium, aut seruum.

9 Impugnatur dicta solutio, quia nulla est homonymia in verbo tuum.

9 Atqui perspicuum *est*, si ex multiplicitate videtur sumi elenchus, opus esse vt nomen vel oratio proprie multorum dicatur: hunc vero esse huius filium, nemo dicit proprie, si dominus est filii: sed ex accidente est hæc compositio: Estne hoc tuum? etiam. hoc autem est filius: hoc igitur est tuus filius: quoniam accidit, vt sit & tuus & filius non tamen tuus filius.

10 Aliud exemplum.

10 *Huic similis est* & *captio qua concluditur* aliquod bonum esse τῶν κακῶν *id est malorum*, quia prudentia est scientia malorum. Sed hoc esse horum non dicitur multifariam, sed *tantum* possessionem *significat*. Aut si forte multifariam dicitur: (etenim dicimus hominem esse τῶν ζώων. i. *animalium*, non tamen *esse eorum* possessionem) etiam, si quid ad mala *ita* referatur, vt *aliquid dicitur esse* alicuius, ob id τῶν κακῶν, *id est, malorum*, est: sed hoc non *est* omnino & simpliciter τῶν κακῶν. Ergo propter *significationem* quadamtenus & simpliciter *acceptam* videtur *elenchus*. At fortasse contingit, vt aliquid bonum sit τῶν κακῶν bifariam: non tamen in hac argumentatione: sed potius *in illa*. Estne aliquod mancipium bonum praui *domini*? Quamquam fortasse ne sic quidem *est multiplicitas*, neque enim si bonum *est*, & huius *est*, coniunctim quoque *est* bonum huius.

Quin ne illud quidem, cum dicimus hominem esse τ̃ ζώων multifariam accipitur. non enim si quando aliquid significamus suppressa *aliqua parte*, id dicitur multipliciter. nam & dimidio versu pronunciato, Da mihi Iliadem significamus : veluti, *Da mihi* Μῆνιν ἄειδε θεά.

De solutione captionum ex eo ductarum quod est simpliciter, vel κατά τι.

CAP. XXV. CAP. V.

ARgumentationes autem ex eo *ducta*, quod propriè dicitur hoc, vel quadamtenus, vel alicubi, vel quodammodo, vel ad aliquid, non simpliciter, soluendæ sunt perpendendo conclusionem *collatam* cum contradictione, *vt intelligatur*, an aliquid eiusmodi *in ea* contingat. nam contraria, & opposita, & affirmatio ac negatio, simpliciter quidem eidem *rei* inesse nequeunt, sed quominus quadamtenus vtrumque, aut *facta* ad aliquid *comparatione*, aut quodammodo, aut alterum quadamtenus, alterum simpliciter *insit*, nihil prohibet. Quare si alterum simpliciter *dicitur*, alterum quadamtenus: nondum *est* elenchus. Hoc autem in conclusione ad contradictionem *collata* spectandum *est*.

1 Hæc fallacia soluitur, si ostendatur, conclusionem sophistæ non contradicere thesi: quoniam altera accipitur simpliciter, altera secundum aliquid: vel altera secundum aliquid, altera secundum aliud.

2 Omnes autem eiusmodi argumentationes hoc habent: Fierine potest, vt quod non est, sit? atqui aliquid est id quod non est. Simili ratione, quod est, non erit: quia non erit aliquid eorum quæ sunt. Fierine potest, vt idem simul liquido iuret, ac peieret? Fierine potest, vt idem eidem simul credat & non credat? An neque esse aliquid, & esse *simpliciter*, idem sunt? (quod vero non est, non si est aliquid,

2 Exempla quatuor.

propterea etiam ſimpliciter eſt) neque ſi liquido iurat hoc & quadamtenus, neceſſe eſt eum liquido iurare? (etenim iurans ſe peieraturum, dum peierat, liquido iurat hoc ſolum, ſed non *ſimpliciter* liquido iurat) nec qui fidem non habet, credit?

3 *Exemplum quintum.* 3 Similis quoque eſt argumentatio illa, *qua* eundem aliquid ſimul falſo & vere dicere *oſtenditur*. verum quia non facile intelligitur, vtrũ illud, ſimpliciter, aptandum ſit ad veracem eſſe, an ad mẽdacem eſſe, *ſophiſma explicatu* difficile videtur. ſed nihil vetat, eundem ſimpliciter quidem eſſe mendacem, quadamtenus autem veracem, vel de aliquo: aut eſſe vera quædam, vera autem *ſimpliciter* non *eſſe*.

4 *Alia exempla.* 4 Similiter *ſe res habet* in his *limitationibus*, ad aliquid, alicubi, aliquando. omnes enim huiuſmodi argumentationes hinc proficiſcuntur: Eſtne ſanitas, vel diuitiæ, res bona? ſed imprudenti ac non recte vtenti non *eſt* res bona; eſt igitur res bona & non bona. Numquid bene valere, aut in ciuitate potentem eſſe, bonum *eſt*? ſed aliquando *hoc* non *eſt* melius: idem igitur eidem *eſt* bonum & non bonum. An nihil prohibet quod ſimpliciter eſt bonum, huic non eſſe bonum? vel huic quidem eſſe bonum, non tamen hoc tempore aut non hoc loco?

5 *Aliud exemplum.* 5 Num, quod nollet prudens, malum *eſt*? non vult autem perdere, quod *eſt* bonum: malum igitur *eſt*, quod *eſt* bonum. Non *eſt* enim idem, ſi quis dicat bonum eſſe malum, & bonum perdere, eſſe malum.

6 *Aliud exemplum.* 6 Similiter ſoluenda *eſt* argumentatio de fure, non enim, ſi fur eſt res mala, etiam *eum* capere eſt res mala. *qui* igitur *eum vult capere*, non rem malam vult, ſed bonam: quia *furem* capere, *eſt* res bona.

7 *Aliud exemplum.* 7 Et morbus *quoque* eſt res mala (non tamen per-

dere morbum. 8 Numquid iustum *est* optabilius, quam iniustum; & iuste, quam iniuste? atqui iniuste mori, est optabilius, quam *mori* iuste. *8 Aliud exemplum.*

9 Non iustum est, sua quemque habere? quæ tamen ex sententia sua quis iudicauerit, etiam si falsa *ea sententia* sit, rata sunt lege: idem igitur *est* iustum & non iustum. *9. Aliud exemplum.*

10 Et, vtrum oportet condemnare eum, qui iusta dicit, an eum qui iniusta: atqui iustum est, vt & is, qui iniuria est affectus, sufficienter dicat quę passus est: hæc vero sunt iniusta. *10 Aliud exemplum.*

11 Non enim si quid pati iniuste, optabile *est*: ideo iniuste, *est* optabilius quam iuste. sed simpliciter quidem *τὸ* iuste, *est optabilius*: hoc vero *quominus* iniuste sit optabilius quam iuste, nihil vetat. *11 Solutio fallaciæ expositæ in part. 8.*

12 Et sua *quemque habere*, iustum *est*: aliena vero *habere*, non iustum: hoc tamen iudicium iustum esse, nihil vetat. veluti, si ex sententia iudicantis sit. Non enim si iustum est hoc, vel sic, etiam simpliciter *est* iustum. *12 Solutio fallaciæ expositæ in part. 9.*

13 Similiter, cum hæc iniusta sint, nihil prohibet, quominus ea dicere, iustum sit. non enim, si iustum *est ea* dicere, necesse *est ea* iusta esse; quemadmodum nec, si vtile *est ea* dicere, necesse *est ea esse* vtilia. similiter *enim* & de *rebus* iustis, *est sentiendum*. Itaque non, si ea quæ dicuntur, iniusta *sunt*: *propterea* qui dicit iniusta, vincit: ea namque dicit, quæ dicta sunt iusta: simpliciter autem, & adferendum, iniusta. *13 Solutio fallaciæ expositæ in part. 10.*

De ſolutione captionum ex definitione elenchi.

Cap. XXVI.

1 Hæc fallacia ſoluitur, quia, cum idem diuerſimode conſideratum, poſſit eſſe & non eſſe, concluſio ſophiſtæ non contradicit theſi.

2 Non eſt concedendum ſophiſtæ, idem non poſſe eſſe (exempli gratia) duplum & non duplum.

a Non ſimpliciter, quia eſſet contradictio, ſed diuerſo reſpectu.

3 Exemplum ſecundum

4 Exemplum ſecundum.

Is autem *argumentationibus*, quæ ex definitione elenchi exiſtunt: prout *elenchus* deſcriptus antea fuit, occurrendum *eſt* concluſione ad contradictionem examinata, quomodo erit eiuſdem, & ſecundum idem, & ad idem, & eodem modo, & in eodem tempore.

2 Quod ſi quis ab initio rogetur, non *eſt ei* fatendum, quaſi non poſſit idem eſſe & duplum & non duplum: ſed concedendum, non ſic tamen, vt fieri elenchum in confeſſo *eſt a.*

3 Sunt autem hæ omnes argumentationes ex hoc loco: Num qui vnumquodque nouit *eſſe* vnumquodque, rem nouit? & qui ignorat, itidem? ſed fieri poteſt, vt aliquis ſciens Coriſcum *eſſe* Coriſcum, ignoret *eum eſſe* muſicum: itaque eandem rem & ſcit & ignorat.

4 Et rurſus, Num quadricubitum tricubito maius *eſt*? ſed fieri poteſt ex tricubito quadricubitum in longitudinem: maius autem *eſt* minore maius: igitur ſe ipſo maius *eſt* & minus.

De ſolutione captionum quibus petitur quæſitum.

Cap. XXVII.

1 Soluitur hoc ſophiſma trib. modis. Primo, commodiſſime, ſi ab initio negetur propoſitio qua petitur quæſitum.

Quæ vero ex eo *ducuntur* quod poſtulatur & ſumitur *quæſitum* initio *propoſitum*, percontanti quidem, ſi *id* manifeſtum ſit, non *ſunt* concedendæ, ne quidem ſi probabile ſit *eum* vera dicere.

2 Sin *ab initio id* latuerit, *ad postremum* ignorātia propter huiusmodi argumentationum vitium, in *ipsum* interrogantem *est* retorquenda, ceu qui non *bene* disputarit. nam elenchus *tum demum est, cum syllogismus extruitur* sine eo quod ab initio *quæsitum fuit*.

3 Deinde quod datum *id* sit, non quasi *aduersarius* eo vsurus esset, sed quasi argumētando probaturus contrarium, quam in parexelenchis *a* fecerit.

2 Secundo si vitiū petiti quæsiti obiiciatur sophistæ post cōclusam argumentationem.

3 Tertio si dicatur sophistæ datum, non vt principium ex quo argumentaretur, sed quasi problema aduersus quod disputaret.

a Parexelenchus est vitio sus elenchus, vt paralogismus est vitiosus syllogismus.

De solutione captionum, quæ ducuntur ex consequentibus.

CAP. XXVIII.

Quæ autem ex consequente probant, in ipsa argumentatione *illud vitium continere* ostendātur.

2 Est autem duplex consequentium consecutio: aut enim, vt particulari vniuersale *consequens est*, puta homini animal: quia postulatur, si hoc cum illo *iunctum est*, etiam illud cum hoc *esse connexum*. aut secundum oppositiones: quia si hoc illi consequens est, etiam oppositum opposito *consequens esse videtur*.

3 Vnde & Melissi argumentatio *orta est*. nam si quod est genitum, habet principium, etiam ingenitum non habere postulat sibi cōcedi: atque si cœlum est ingenitum, est etiam infinitum. Sed hoc non *ita* est: conuerso enim ordine *a valet* consecutio.

1 Hæc fallacia soluitur, si negetur cōsequentia sophistæ.

2 Recte consequentia negatur, Primo si sophista arguat à positione consequentis ad positionem antecedentis. Secundo si arguat ab euersione antecedentis ad euersionem consequentis.

3 Melissus male argumentatus est ab euersione antecedentis. *a* Id est, ab euersione consequentis ad euersionem antecedentis: veluti, Non habet principium, ergo non est genitum.

† *Fallacia ex non causa soluitur, si dicatur, eo dempto quod sophista vt aduersus thesim vtere tur, concessum fuit nihilominus ex ceteris propositionibus colligi conclusionem impossibilem, ad quam sophista deduxit*

De solutione captionum, quæ non causam accipiunt pro causa.

CAP. XXIX.

IN † iis autem, quæ propter aliquã adiectionem concludunt, videre *oportet*, an aliquo dempto nihilominus eueniat impossibile: deinde hoc patefaciendum *est*, ac dicendum *se* id concessisse, non quasi *sibi* videretur, sed quasi ad disputationem *esset accommodandum*, illẽ autem non est vsus ad disputationem.

De solutione captionum, quæ plures interrogationes pro vna accipiunt.

CAP. XXX.

1 *Ad multiplicem interrogationem non est danda vna responsio.*

SEd aduersus eas, quæ ex pluribus interrogationibus vnam faciunt, statim adhibenda est definitio. interrogatio namque vna *est*, ad quam vna est responsio. quare nec plura de vno, nec vnum de multis, sed vnum de vno vel affirmandum vel negandum.

2 *Qui vnam responsionem dedit ad multiplicem interrogationem, tum demum ad repugnant a ducitur, cum propositio multiplex partim est vera, partim falsa vt in sequentibus exemplis.*

2 Sicut autem in homonymis *accidit; quia* interdum vtrisque *significatis*, interdum neutri inest *attributũ*: adeo vt, cum non sit simplex interrogatio, qui simpliciter respondent, nihil inde *incommodi* patiantur: similiter & in his, quando vel plura vni, vel vnum multis inest, aut non inest; nihil ei qui simpliciter concessit, & hoc peccatum admisit, repugnans colligitur: sed *tunc*, cum alterum est, alterum non *est*: aut multa de multis dicuntur, & vtraque vtrisque par-

tim insunt, partim non insunt: ideoque hoc *est* cauendum. 3 Vt in his argumentationibus: Si alterũ est bonum, alterum malum; hæc vere dici bonum & malum, rursusque nec bonum nec malum, quia vtrumque non est vtrumque. Itaque idem *est* bonum ac malum, & neque bonum neque malum. 4 Item, res quæque *est* ne ipsa secum eadem, & ab aliis diuersa? quia vero *hæc* non cum aliis, sed secum *sunt* eadem, & secum *sunt* diuersa: eadem ab iisdem diuersa & eadem erunt. 5 Pręterea si quod bonum *est*, malum fit: & quod malum bonum: vtique duo facta erunt.

6 Cumque duo inæqualia *sint*, vtrumque erit ipsum sibi æquale: itaque æqualia & inæqualia eadem iisdem *erunt*.

7 Incidunt autem hæ argumentationes & in alias solutiones. nam *&* *verbum* Ambo, *&* *verbum* Omnia, plures significationes habet. non igitur eiusdẽ, præterquam nominis, affirmatio & negatio colligitur: hoc autem non erat elenchus. Sed perspicuum *est*, nisi plures interrogationes pro vna sumãtur, sed vnum de vno affirmetur, vel negetur, non fore impossibile.

3 Exemplum primum.

4 Exemplum secundum.

5 Exemplum tertium.

6 Exemplum quartum.

7 Eadem argumentatio potest laborare multis vitiis, proinde referri ad diuersa captionũ genera & solui variis modis.

De solutione paralogismorum colligentium nugationem.

Cap. XXXI.

Qvod vero ad eos *paralogismos*, qui ad idem sæpius dicendum perducunt, perspicuum *est* nõ *esse* concedendum, relatorum categorias separatas *&* per se acceptas, aliquid significare: vt duplum, seorsum ab *oratione* duplum dimidii: quoniã vnum

Cap. VI.

1 Hac fallacia soluitur, si negetur nomen per se acceptũ, & cõiunctũ cũ alio, idem significare. Hęc solutio valet, primo in relatis.

esse apparet. nam & decem *ponuntur* in *oratione* vno minus decem; & *verbum* facere in *oratione* non facere: & omnino in negatione affirmatio: neque tamen, si quis dicat, hoc non esse album, dicit ipsum album esse. duplum vero fortasse, nihil significat solum *& per se*, sicuti nec quod in dimidio: aut si quid significat, non tamen idem atque coniunctum.

2 Secundo, in genere & specie. 2 Neque scientia in specie (veluti si est scientia medica) significat id quod commune: illud autem erat scientia *rei* scibilis. 3 In attributis autem quæ per subiecta declarantur, hoc dicendum *est*, non idem esse, quod seorsum, & quod in oratione significatur. nam curuum *si* communiter *ac per se accipiatur*, idem significat in simo, & *in* varo: adiunctum autem *subiecto*, nihil prohibet *quominus aliud atque aliud significet*: sed alterum naso, alterum cruri accidit: illic, n. simum, hic vero varum significat. nec quicquam refert, nasus simus, an nasus curuus dicatur.

3 Tertio in subiecto & eius affectione.

4 In affectionibus datur & altera solutio, quia non est nugatio, cum idem bis ponitur in eadem oratione, si ponatur in diuersis casib. 4 Præterea non *est* dictio concedenda in recto casu: quia id falsum est. non enim simum est nasus curuus, sed nasi hoc, puta affectio. Quare nihil absurdi sequitur, si nasus simus est nasus habens curuitatem nasi.

De vitandis solœcismis. CAP. XXXII.

1 Transitio. *a Cap. 14.* DE solœcismis autem, vnde videantur effici, diximus antea *a*: quomodo vero soluendi *sint*, in ipsis argumentationibus apparebit.

2 Exemplum primum. 2 Hæ namque omnes hoc volunt efficere: Num quod dicis verè, etiam est hoc reuera? ais autem aliquid esse lapidem: est igitur aliquid lapidem. An qui dicit lapidem, non dicit quod sed quẽ, neq; hoc sed hũc? Quare si quis *ita* interroget, Num quẽ vere

dicis, est hunc? non videbitur Latine loqui quemadmodum nec si interroget, Num quam dicis esse est hic? At *cum* hic lignum dixit, vel quæcumque *alia* neque feminam neque masculum significant, nihil refert. Ideoque non fit solœcismus; si. quod dicis esse, est hoc: lignum autem dicis esse; est igitur lignum. Sed Lapis, & *articulus* Hic, masculi habet appellationem. Si quis autem interroget, Num hic est hæc? deinde rursus. quid? nonne hic est Coriscus? postea dicat, hic igitur est hæc: non collegit syllogismo solœcismum, ne quidem si Coriscus significet, id quod hæc, non tamen concedatur à respondente: sed id prius interrogatum oportuit. Quod si neque est, neque conceditur: non est syllogismus, nec reuera, nec aduersus eum qui interrogatur. Ergo similiter & ibi oportet lapidem significare hic: si vero nec est, nec conceditur, non *est* admittenda conclusio: videtur tamen quia nominis casus dissimilis videtur similis.

3 Num vere dicitur quod hæc est id quod dicis hāc esse? ais autem esse parmam: est igitur hæc parmam. An non *est* necesse *hanc conclusionem* admittere, si hæc non significat parmam, sed parma, τὸ parmam vero *est* hanc. 3 *Exemplum secundum.*

4 Nec si, quod ais esse hunc, est hic, ais autem esse Cleonem, idcirco hic est Cleonem: non enim est hic Cleonem: quippe dictum fuit, Quem aio hunc esse, est hic, non, hunc: quia non est Latina sic prolata interrogatio. 4 *Exemplum tertium.*

5 Num scis hoc? est autem lapis: scis igitur lapis. An non idem significat in oratione, Num scis hoc? & in *oratione*, hoc autem *est* lapis: sed in priore, hunc, in posteriore hic. 5 *Exemplum quartum.*

6 Num cuius scientiam habes, hoc scis? habes au- 6 *Exemplum quintum.*

tem scientiam lapidis. scis igitur lapidis. An *cum dicis* huius, dicis lapidis: cum hoc, lapidem: concessum est autem, cuius scientiam habes, te scire, non huius, sed hoc: proinde non lapidis, sed lapidem.

7 Soph. ista non probat sed tantum videtur probare solœcismum.

7 Quod igitur huiuscemodi argumentationes non concludant solœcismum, sed *modo* videantur *concludere*, & cur videantur, & quomodo *sit* ipsis occurrendum, ex iis quæ diximus, apparet.

De facilitate vel difficultate cognoscendi genus captionis, & respondendi.

CAP. XXXIII.

Cap. VII. 1 Paralogismorum alii sunt cognitu faciles alii difficiles.

Oportet autem intelligere, ex omnibus argumentationibus quasdam esse in quibus facile perspicitur; alias, in quibus difficulter *deprehenditur*, quam ob causam, & in quo decipiant auditorem, cum *hæ* sæpe sint eædem atque illæ. nam eandem argumentationem oportet appellare, quæ ex eodem *loco* ducitur. eadem vero argumentatio aliis ex dictione *sumi*, aliis ex accidente, aliis ex alio *loco* videri potest: quia singula, cum transferuntur, non æque sunt perspicua.

2 Exempla fallaciarum facilium & difficilium.

2 Quemadmodum igitur in *captionibus* ex homonymia *ductis*, (qui quidem modus frequentissimus est inter paralogismos) quædam sunt quibuslibet perspicua, (ac fere omnes orationes ridiculæ sumuntur ex dictione: veluti, Vir ferebat per scalas δίφρον, &, ὅτι. σέμεσθε? ad antennam. &, Vtra boum ante pariet? neutra: sed retro ambæ. &, Est ne Boreas καθαρός? nequaquam: interfecit enim mendicum, & mercatorem. *Est* ne Euarchus? minime: sed Apollonides. eodemque modo *fiunt* aliæ ferme pleræque *captiones*) alia

vel maxime peritos videntur latere: (cuius *rei* signum est: quia contendunt sæpe de nominibus; veluti, vtrum Ens & Vnum eadem significatione de omnibus dicantur, an diuersa. nonnullis enim videtur & Ens & Vnum eodem modo semper accipi: alii vero Zenonis & Parmenidis argumentationem *ex eo* dissoluunt, quod Ens & Vnum multifariam dici videntur) ita argumentationum, quæ ex accidente & singulis aliis *locis* ducuntur, aliæ *sunt* visu faciliores, aliæ difficiliores: & perspicere, in quo *sint captionum* genere, & vtrum elenchus. an non elenchus *sit*, non æque facile *est* in omnibus. 3 Est autem acuta argumentatio, quæ dubitare maxime facit: hæc enim maxime mordet. 4 Dubitatio vero est duplex: altera in argumentationibus syllogistice concludentibus, vtra interrogatio sit tollenda; altera in litigiosis, quomodo quis dicat, quod propositũ est. Idcirco in syllogisticis *disputationibus* acutiores argumẽtationes maxime faciunt vt quæratur. 5 Est aũt syllogistica *argumentatio* acutissima, si quis ex iis quæ maxime videntur probabilia, id quod quam maxime est probabile, refutet, & adstruat. cum enim vna sit disputatio, transposita contradictione, similes omnes syllogismos habebit: quia semper ex probabilibus æque probabile refellet, aut adstruet: ideoque dubitare necesse *erit*. Ergo huiusmodi argumentatio *est* maxime acuta, quæ conclusionem interrogatis parem facit. 6 Secunda *est*, quæ ex omnibus *sumptionibus* similibus *constat*: hæc enim similiter faciet, vt dubitetur, quodnam interrogatum tollendum *sit*: hoc autẽ *est* difficile: quia tollendum quidẽ *est*, sed quodnã tollendum, non apparet. 7 Inter litigiosas autẽ acutissima *ea est*, in qua primum statim non apparet, an

3 Acuta argumentatio est, quæ maxime facit vt dubitetur.

4 Dubitatio spectatur vel in syllogismis dialecticis, vel in litigiosis seu sophisticis.

5 Dialecticarũ acutiorum argumentationũ duo sunt genera. Primũ est, cũ syllogismus conuersionis æque est probabilis ac prior syllogismus. Intellige conuersionem, de qua actũ fuit Prior. lib. 2. cap. 9.

6 Alterum est, cũ vtraque propositio est quæ probabilis, & alteram earum negare oportet.

7 Similiter sophismatum acutorum duo sunt genera. Primũ, cum nõ

apparet an concludat: nec vtrũ sit negandũ an distinguendum.

8 Alterum, cũ constat esse negandũ vel constat esse distinguendum, sed ignoratur, quid sit negandũ, vel quid distinguendum.

9 Argumentatio quæ non cõcludit interdum est fatua, interdum non contemnenda.

syllogistice cõcluserit, necne: & vtrum per id quod falsum *est*, *negatum*, an *per* distinctionem soluatur.

8 Secunda ex ceteris *est*, quam constat *soluendam* esse per distinctionem, vel *per* negationem; sed non apparet per cuius interrogati negationem aut distinctionem sit soluenda; immo vtrum hæc negatio vel distinctio ad conclusionem, an ad aliquod interrogatum sit *accommodanda*.

9 Interdum igitur non concludens argumentatio, fatua est, *videlicet* si sumptiones sint valde incredibiles, aut falsæ: interdum non contemnenda. Cum n. deest talis aliqua interrogatio, de qua, & per quã disputatio *est*: syllogismus *est* saluus, qui neque hãc sumpsit, neque conclusit. cum autem *deest interrogatio*, quæ extrinsecus *adsumi potest*: nullo modo est *argumentatio* aspernanda. quin ipsa argumentatio bona *est*, sed interrogans ille non bene interrogauit.

10 Tam solutio quã argumentatio modo pertinet ad rẽ, modo ad personam, modo ad tempus.

10 Sicut autem solutio modo ad argumentationem spectat, alias ad interrogantem & interrogationẽ, quandoque ad neutrum horum: sic licet interrogare atque cõcludere & aduersus thesim, & aduersus respondentẽ, & ratione temporis. nimirũ cum plus temporis solutio requirit, quam vt præsentis opportunitatis *sit* differere aduersus solutionem.

CAP. VIII.

1 Epilogus huius libri de sophisticis elenchis.

Epilogus, & peroratio.

CAP. XXXIV.

EX quot igitur & qualibus paralogismi fiant iis, qui disputant & quomodo falsum probemus, & paradoxa dicere cogamus: præterea ex quibus colligatur syllogismus, & quomodo interrogandũ, & quæ sit interrogationum collocatio: præterea ad quid

quid vtiles sint omnes huiusmodi disputationes, ac de omni responsione simpliciter, & quomodo *sint* soluendæ argumentationes & syllogismi: de *his* (*inquam*) omnibus hæc à nobis dicta sunto.

2 Reliquum *est*: vt eo in memoriam reuocato, quod initio *a* propositum *fuit*, pauca de eo dicamus, ac finem dictis imponamus.

3 Instituimus igitur inuenire quandam facultatem syllogisticam de re ad disserendum proposita, ex iis quæ *sunt* quam maxime probabilia, hoc enim officium est dialecticæ per se, & pirasticæ. Quia vero huic adiunctum est ob sophisticæ affinitatem, vt non solum possit *quis* periculum facere dialectice, sed etiam quasi sciens: idcirco non solum quod dictum est, supposuimus esse huius tractationis officium, *nempe* argumentationem sumere posse: verum etiam vt disputationem sustinentes tueamur thesim simili modo per quam maxime probabilia. Atque huius rei causam diximus. *b* Nam ideo Socrates quoque interrogabat, non respondebat: quia *se* nihil scire profitebatur. 4 Declaratum porro est in prioribus *libris*, & ad quot *problemata*; & ex qualibus & quot *sumptionibus* hoc erit, & vnde eorum copia nobis suppetat. præterea, quomodo sit interrogandum, vel *quomodo* collocanda *sit* omnis interrogatio: necnon de responsionibus & solutionibus, quæ ad syllogismos *afferuntur*, sed & cetera declarata sunt, quæcumque ad disputationum methodum pertinent. Ad hæc, de paralogismis egimus, vt paulo ante diximus. Quæ igitur *docere* instituimus, ea finem satis commode habere, perspicuum *est*.

5 Iam vero non oportet nos latere, quod in hac tractatione accidit.

2 Transitio.

a Topic. lib. 1. ca. 1. parc. 1.

3 Scopus dialect. ca.

b Ca. 1. par. 6.

4 Summa eorū quæ sunt exposita in Topicis & in Elenchis.

Cap. 1 x.

5 Explicanda super ll origo dialectica.

6 Aristotelis ætas alias artes vel scientias habuit recens inuentas: alias, vt rhetoricam olim repertas, ac temporis progressu paulatim auctas.

6 Nam eorum omnium, quę inueniuntur, quædã ab aliis accepta, prius elaborata *sunt*, postea per partes adaucta ab iis, qui exceperunt: alia vero ab initio inuenta, exiguum primo incrementum suscipere consueuerunt, multo tamen vtilius amplificatione, quæ ab his, *qui sequuntur, proficiscitur*. nam principium fortasse *est* maxima totius *pars*, vt dici solet: ideoque *est* difficillimũ. cum enim quo potentiore *est* facultate, eo minore sit magnitudine, difficillimum est visu. hoc autem reperto, facilius *est* adiungere & conferre quod reliquum *est*, quod quidem & in politicis orationibus accidit. & fere in omnibus aliis artibus. etenim qui principia inuenerunt, parum admodum sunt progressi. qui vero nunc sunt celebres, accepta, quasi per successionẽ, à multis per partes promouentibus, sic auxere: Tisias quidem post primos *auctores*, Thrasimachus vero post Tisiam, Theodorus autem post hunc, ac multi alii multas partes contulerunt.

Quocirca non *est* mirum artem illam continere multitudinem quandam *præceptorum*.

7 De arte dialectica nemo ante Aristotelem scripsit.

7 Huius autem *dialecticæ* tractationis, non aliud erat, aliud non erat excultum: sed nihil prorsus extabat.

8 Ante Aristotelem sophistæ multa argumentationum exempla, vt Gorgias multas orationes, tradiderunt, sed artem non docuerunt.

8 Nam eorum qui in litigiosis disputationibus quęstum faciebant, institutio quædam erat similis Gorgiæ tractationi. alii namque orationes rhetoricas, alii ad interrogandum comparatas, tradebant ediscendas, in quas vtrique putabãt mutuos sermones sæpenumero incidere. Idcirco celeriter quidem, sed citra artem discipulos suos docebant: non enim artem, sed quæ ab arte *efficiuntur*, tradendo putabãt *se recte* instituere: perinde ac si quis professus *se* traditurum scientiam *cauendi* ne pedes doleant, postea

non doceat corium incidere, nec vnde eiusmodi *instrumenta* parari possint, sed multa det genera variorum calceorum: hic enim ad vsum quidem profuit, sed artem non tradidit.

9 Ac de rhetoricis quidem multa & antiqua dicta extabant: de syllogismis autem conficiendis nihil aliud habebamus antea quod diceremus: sed exercitatione quærentes, multum temporis laborauimus.

9 De rethoricis multa ante Aristotelem ab aliis scripta extabant, sed rationem syllogismos conficiendi primus Aristoteles docuit.

10 Si igitur vobis *scripta nostra* inspicientibus videtur non esse hæc methodus ex talibus initio extantibus perfecta, *si cōparetur* ad alias tractationes, quæ ex traditione sunt auctæ: *quod* reliquum *est*, vestræ auditorum ve partes erunt, *ea quæ ad* huius methodi *consummationem* sunt prætermissa, venia *dignari*: quæ vero sunt inuenta, multa prosequi gratia.

10 Prætermissorum nomine venia, inuentorū nomine gratiarum actio Aristoteli debetur.

FINIS.

INDEX LIBRORVM, TRACTATVVM, ET CAPITVM hoc Organo contentorum.

LIBER SECVNDVS PRIORVM Analyticorum. 192

LIBER PRIMVS POSTERIORVM Analyticorum. 256

LIBER SECVNDVS TOPICORVM. 391

LIBER TERTIVS TOPICORVM. 414

Tract.

Tt

FINIS.

INDEX RERVM, QVÆ IN ORGANO VISÆ SVNT MEMOrabiliores.

A

D

F.

G

H

L

N

O

P

Rationum

T

V

X

Z

FINIS.